


ARTHVR
GALE

TABVLA QVINTILIANI.

CAPITVLA PRIMI LIBRI.

CAPITVLA SECVNDI LIBRI

CAPITVLA TERTII LIBRI.

De laude & uituperatione.
De suasoria & prosopopeia.
De partibus causarum iudicialium.
Quid & quæ sit ratio iudicatio continens & quatenus necessaria.

CAPITVLA QVARTI LIBRI.

De exordio.
De narratione.
De egressione.
De propositione.
De partitione.

CAPITVLA QVINTI LIBRI.

De probationibus inartificialibus.
De præiudiciis.
De rumore.
De tormentis.
De tabulis.
De iure iurando.
De testibus.
De probatione artificiali:
De signis.
De argumentis.
De exemplis.
De usu argumentorum.
De refutatione.
Quibus cōstet epicherema: & quibus refellatur.

CAPITVLA LIBRI SEXTI.

Procemiū in quo conquestio de forma sua continetur.
De conclusione.
De affectibus.
De diuisiōe affectuū: & quomō mouendi sunt.
De risu.
De altercatione.
De iudicio & consilio:

CAPITTVLA. VII. LIBRI.

De diuisione.
De finitione.
De qualitate.
De qualitate iudiciali.
De statu ex scripto & uoluntate.
De contrariis legibus.
De syllogismo seu rōcinatione.
De ambiguo seu amphibologia.
Quæ sit inter status cognatio: & quæ diuersitas.

CAPITVLA OCTAVI LIBRI.

De elocutione.
De uirtute elocutionis.
De perspicuitate.
Dr ornatu.
De amplificatione.
De generibus sententiarum.
De tropis.

CAPITVLA LIBRI NONI.

In quo differāt figuræ a tropis.
De figuris sententiarum.
De figuris seu coloribus uerborum:
De compositione.

CAPITVLA LIBRI DECIMI.

De copia uerborum.
De imitatione.

CAPITVLA LIBRI undecimi:

CAPITVLA LIBRI.XII.

REuerendissimo in christo patri: ac domino meo obseruandissimo domino Moysi de busarelis episcopo belumnensi Omnibonus Leonicenus salutem plurimam dicit. Cum hanc mihi prouinciam demandares obseruādissime pater ut Quintiliani institutiones oratorias emendarem: dubitaui fateor nunquid eam susciperem. Memineram &enim grauem illā ac perdifficilem fore: qui tertio ante anno librum ipsum auditoribus nostris exponere aggressus: ita uitiatum reppererā: ut nusquā ferme sincerus uideretur: interdum etiam fuisse ubi nullus omnino sensus elici posset. Ast ubi mādata tua obseruarentur animo: rursus hoc mihi oneris q̄tuncunq; ess& subeundum esse intelligebam. Id certe ne illa forte suspicio animum incesseret: noluisse me potius: q̄ nō potuisse: cum præsertim uiderem non tibi solum humanissime pater: sed omnibus ferme litterarum studiosis ita persuasum esse: me si quisquam alius huic oneri sufficere posse. Hac igitur etiā scholasticorum opinione cōpulsus: ne cui forte laborē subterfugere uiderer: ingressus sū rem sane periculosā: & quæ non minus mihi solicitudinis afferr&: q̄ scholasticis adiumēti: ut eorum studiis pro uirili parte cōsulerē. Accedebāt iustæ preces magistri Nicolai Ienson Gallici alterius (ut uere dicā) Dædali: qui librariæ artis mirabilis inuentor: non ut scribantur calamo libri: sed ueluti gēma imprimantur: ac prope sigillo primus omnium ingeniose mōstrauit. Vt huic uiro q de re litteraria tam bene meruerit: nemo sit qui non fauere sūmopere debeat. Iccirco nō difficulter impetrauit: ut nō hoc solum opus: uerum etiā utranque Ciceronis artē corrigerem. Nūc tamē hoc ut facerē tua me imprimis auctoritas adhortata est: quæ cum apud omnes pro sua singulari humaītate atq; præstātia plurimum ualere debeat: apud me qdē tātum ualet: ut paternitati tuæ qcqd illa iusserit: non parere nefas esse existimē. Sed bene deus q sua pro beīgnitate orsis nostris successus prosperos dedit: altero qdē tertio ue excæpto loco: ubi exempla ut uidentur græca latinis deprauata lituris uerius q̄ lr̄is emendationē non accipiunt: nec auctorum unde ea sumpta sunt nomīa ponūtur: ut ex his quæri possint. Cætera oīa: ut ego quidē arbitror ita sūt pro mediocritate ingenii mei castigata: ut eruditis īgeniis satisfactum iri nō dubitem. Valeat humanitas tua: cui me plurimum commendo.










FABIVS Quintilianus Victorio Salutem. Efflagitasti quotidiano cōuicio ut libros quos ad Marcellum meum de institutione oratoria scripseram: iam emittere inciperem. Nam ipse eos nondum opinabar satis maturauisse: qbus componendis ut scis paulo plus q̄ biennium: tot alioquin negociis districtus impendi. quod tempus non tam stilo q̄ inquisitioni instituti operis prope infiniti & legēdis auctoribus q sunt innumerabiles datum est. Vsus deinde Horatii consilio qui in arte poetica suadet ne præcipitetur editio nonumq; prematur in annum: dabam iis ociū: ut refrigerato inuētionis amore diligētius repetitos tanq̄ lector perpenderem. Sed si tantopere efflagitantur q̄ tu affirmas permittamus uela uentis: & oram soluentibus bene precemur. Multum aūt in tua quoq; fide ac diligentia positum est: ut in manus hominum q̄ emendatissimi ueniant.




PRimo procœmium. Secūdo quēadmodum prima elementa tradēda sint. Tertio utrum utilius domi an in scholis erudiātur. Quarto qua ratione in paruis ingenia dignoscant̄: & quæ tradēda sint. Quīto de grāmaticæ. Sexto de officio grāmatici. Septimo an oratori futuro necessaria sit pluriū artium sciētia. Octauo de musicæ. Nono de geometria. Decimo de prima pronunciationis & gestus institutione. Vndecimo an plura eodem tempore doceri prima ætas possit.

Procœmium



POst impetratam studiis meis quietem: quam per. xx. ānos erudiendis iuuenibus impēderam: cum a me quidam familiariter postularēt: ut aliquid de rōne dicendi cōponerem: diu sum equidem reluctatus: q; auctores utriusq; linguæ clarissimos nō ignorabā: multa quæ ad hoc opus ptinerēt diligētissime scripta posteris reliqsse. Sed qua ego ex causa faciliorem mihi ueniam meæ deprecationis arbitrabar fore: hac accendebant̄ illi magis: q; inter diuersas opiniones priorum & quasdam etiam inter se cōtrarias difficilis esset electio: ut mihi si non inueniendi noua: at certe



iudicādi de ueteribus iniungere laborem non iniuste uiderent: Quāuis autem non tam me uinceret præstandi quod exigebatur fiducia q̄ negādi uerecundia: latius se tamen aperiente materia plus q̄ imponebatur oneris spōte suscæpi: simul ut pleniori obseqo demererer amātissimos mei simul ne uulgaré uiam ingressus alieīs demum uestigiis insisteré. Nam cæteri fere qui arté orandi litteris tradiderunt ita sūt exorsi quasi perfectis omni alio genere doctrinæ summam in eloquentiæ manum imponerent: siue contemnétes tanq̄ parua quæ prius discimus studia: siue nō ad suū pertinere officium opinati: quando diuisæ ꝓfessionum uices essét: seu ꝙ proximum uero nullam ingenii sperantes gratiā circa res &si necessarias ꝓcul tamé ab ostentatiōe positas ut operum fastigia spectantur. Latent fundaméta. Ego cum existimem nihil arti oratoriæ alienum: sine quo fieri non posse oratorem fatendum est: nec ad ullius rei sūmam: nisi præcedétibus initiis perueniri ad maiora illa: sed quæ si negligas nō sit maioribus locus: demittere me nō recusabo: nec aliter q̄ si mihi tradatur educandus orator: studia eius formare ab īfantia incipiā. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quem cū amicissimū nobis: tum eximio litterarū amore flagrantem: nō ꝓpter hæc modo q̄q̄ sint magna: dignissimum hoc mutuæ inter nos caritatis pignore iudicabamus: sed ꝙ erudiendo nato tuo cuius prima ætas manifestum iter ad ingenii lumen ostendit: nō inutiles fore libri uidebantur: quos ab ipsis dicédi uelut in cunabulis per omés quæ mō aliqd oratori futuro cōferāt artes ad summam eius operis perducere destinabamus: atq; eo magis ꝙ duo iam sub nomīe meo libri ferebātur artis rhetoricæ: neq; editi a me: neq; in hoc comparati. Nanq; alterum sermonem per biduum habito pueri qbus id præstabatur excæperant: alterum pluribus sāe diebus q̄tū notādo consequi potuerant: intercæptū boni iuuenes uel nimiū amātes mei temerario editionis honore uulgauerāt. Quare in his quoq; libris erunt eadem aliqua multa mutata: plurima adiecta: omnia uero cōpositiora. et quam nos poterimus elaborata. Oratorem autem īstituimus illum perfectum qui esse nisi uir bonus non potest: ideoq; non dicédi modo eximiam in eo facultaté: sed omīs animi uirtutes exigimus. Neq; enim hoc concesserim ratione rectæ honestæq; uitæ ut quidā putauerūt ad phōs relegādam: cum uir ille uere ciuilis & publicarū priuatarumq; rerū administratiōi accōmodatus: q regere cōsiliis urbes: fūdare legibus: emédare iudiciis possit: nō alius sit ꝓfecto q̄ orator. Quare tā&si me fateor usurū quibusdam: quæ phōꝶ libris cōtinét: tamé ea iure uereq; cōtenderim esse operis nr̄i: proprieq; ad arté oratoriam pertinere: an si frequentissime: de iusticia: fortitudine: téperātia. cæterisq; similibus sit

differendum :& adeo ut uix ulla possit causa reperiri:in quã nõ aliqua quæstio ex his incidat : eaq; omnia inuentione atq; elocutione sint explicanda:dubitabitur ubicunq; uis ingenii & copia dicendi postulatur: ibi partes oratoris esse præcipuas? fuerũtq; hæc ut Cicero aptissime colligit:quéadmodum iuncta natura:sic officio quoq; copulata:ut iidem sapientes atq; eloquentes haberent͂. Scidit deinde se studiũ atq; inertia factũ est:ut artes esse plures uiderent͂. Nã ut primum lingua esse cœpit in quæstu institutumq; eloquentiæ bonis male uti :curam morum qui diserti habebantur reliquerunt. Ea uero destituta infirmioribus ingeniis uelut prædæ fuit:inde quidem contempto bene dicendi labore ad formandos animos :statuẽdasq; uitæ leges regressi partem quidem potiorem :si diuidi poss& retinuerunt :nomen tamen sibi insolentissimum arrogauerunt : ut soli sapientiæ studiosi uocarent͂. Quod neq; summi imperatores:neq; in cõsiliis rerum maximaꝝ ac totius administratione rei. p. præclarissime uersari sibi unq̃ uẽdicare sũt ausi:facere enim optia q̃ ꝓmittere maluerunt:ac ueterũ quidem sapientiæ professorũ multos & honesta præcæpisse:& ut præcæperunt etiam uixisse facile cõcesserim: nostris uero temporibus sub hoc nomĩe maxima in plerisq; uitia latuerũt. Non enim uirtute ac studiis ut haberẽt͂ philosophi laborabãt:sed uultũ & tristitiam & dissentiẽtem a cæteris habitum pessimis moribus prætendebant. Nunc autem quæ uelut propria phiæ asseruntur passim tractamus omnes. Quis enim non͂ de iusto æquo ac bono modo:non & uir pessimus loquitur. quis non etiam rusticoꝝ aliqua de causis naturalibus quærit? Nam uerborũ proprietas ac differẽtia oĩbus q sermonem curæ habent:deb& esse cõmunis. Sed ea & sci& optime & eloquetur orator:q si fuiss& aliquando ꝑfectuſ non a phõꝝ scholis uirtutis præcæpta peterent͂. Nunc necesse ad eos aliquando auctores recurrere:qui desertã ut dixi parté oratoriæ artis meliorem præsertim occupauerunt & uelut nostrum reposcere:nõ ut nos illoꝝ utamur inuentis:sed ut illos alienis usos esse doceamus. Sit igitur orator uir talis qualis uere sapiens appellari possit:nec moribus modo ꝑfectus:nam id mea quidé opinione:q̃q̃ sint qui dissentiant satis non est :sed etiam scientia & omni facultate dicendi:qualis adhuc fortasse nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad sũmam tendendũ est:quod fecerunt pleriq; ueterum:qui &si nõdũ quenq̃ sapienté repertum putabãt: præcæpta tamé sapientiæ tradiderũt. Nam est certe aliquid cõsumata eloquẽtia:neq; ad eam ꝑuenire natura humani ingenii ꝓhibet:quod si non contingat:altius tamen ibunt qui ad summa nitentur:q̃ qui præsumpta desperatione quo uelint euadédi ꝓtinus circa ima substiterĩt. quo magis ĩpetrãda uenia erit:si ne minora

quidē illa ue℞ operi quod īstituimus necessaria prætcribo. Nā liber primus ea quæ sūt ante officium rhetoris continebit. secūdo prima apud rhetorē elemēta: & quæ de ipsa rhetoricæ substantia quærūtur tractabimus. Quinq; deinceps inuētioni: nā & huic dispositio subiūgit᷑. Quattuor elocutioni: in cuius ꝑtem memoria ac ꝓnunciatio ueniūt dabūtur. Vnus accedet in quo nobis orator ipse informādus est: ut ꝗ mores eius quæ in suscipiendis: discendis: agendis causis ratio: quod eloquentiæ genus: quis agēdi debeat esse finis: quæ post finē studia: quātum nostra ualebit infirmitas differemus. His omnibus admiscebit᷑ ut quisq; locus postulabit docēdi ratio: quæ non eo℞ modo sciētia: qbus quidē nomen artis dederūt studiosos instruat. Et ut sic dixerim ius ipsum rhetorices interpretatur: sed alere facūdiā: uires augere eloquentiæ possit. Nā plerūq; nudæ illæ artes nimia subtilitatis affectiōe frāgunt atq; cōcidunt. Quicqd est in oratione generosius: & omnē sucū ingenii bibunt: & ossa detegunt quæ ut esse & astringi neruis suis debēt: sic corpore operiēda sūt. Ideoq; nos nō particulā illā sicut pleriq;: sed quicqd utile ad instituendum oratorē putabamus in hos. xii. libros cōtulimus breuiter omnia demonstrādo. Nā si quātum de quaq; re dici potest ꝓsequamur: finis operis nō repiet᷑. Illud tamē in primis testandū est: nihil præcepta atq; artes ualere nisi adiuuāte natura. Quapropter ei cui deerit ingeniū: nō magis hæc scripta sunt: ꝗ de agro℞ cultu sterilibus terris. Sūt & alia ingenita cuiq; adiumēta: uox: latus patiens laboris: ualitudo: constantia: decor: quæ si modica optigerunt: possūt ratiōe ampliari: sed nonnunꝗ ita desūt: ut bona etiā ingenii studiique corrumpant. Sicut et hæc ipsa sine doctore perito studio pertinaci scribēdi: legendi: dicēdi multa et cōtinua exercitatione per se nihil prosūt.

Quemadmodum prima elementa tradenda sunt.

IGit᷑ nato filio pater spē de illo primū ꝗoptimā capiat: ita diligentior a prīcipiis fiet. falsa enī est querella paucissimis homībus uim percipiendi quæ tradantur esse concessā: plerosq; uero laborem ac tempora tarditate ingenii perdere. Nam contra plures reperias & faciles in excogitando & ad discendū promptos. Quippe id ē homini naturale: ac sicut aues ad uolatum: equi ad cursum: ad scæuitiam feræ gignūtur: ita nobis propria est mētis agitatio atq; solertia: unde origo animi cælestis credit᷑. hebetes uero & indociles nō magis secūdū naturā hominis edūt᷑: ꝗ prodigiosa corpora & mōstris insignia. Sed hi pauci admodū fuerūt argumētum quod in pueris elucet: spes plurimo℞: quæ cū emorit᷑ ætate manifestum est non naturā defecisse: sed curam. præstat tamen ingenio alius alium concedo: sed plus efficiat aut minus: nemo tamen repitur:

q sit studio nihil consecutus. Hæc quippe ptinus ut erit parens factus acrem q̃ maxīæ curam spei futuri oratoris impendat. Ante omnia ne sit uitiosus sermo nutricibus: quas si fieri posset sapiētes Chrysippus optauit: certe quantum res pateret' optimas eligi uoluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio ē. Recte tamen etiā loquantur: has primū audi& puer: harum uerba effingere imitādo conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorū: quæ rudibus annis percipimus: ut sapor quo noua imbuas durat: nec lanarū colores: quibus simplex ille candor mutatus est elui possūt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærēt quæ deteriora sūt. Nam bona facile mutantur in peius: Nam quando in bonum uerteris uitia. Non assuescat ergo nedum infans quidē est sermoni qui dediscēdus sit. In parentibus uero q̃plurimū esse eruditionis optauerim. Verū nec de patribus tātum loquor: nam Gracchorꝫ eloquētiæ multum contulisse accepimus Corneliā matrem: cuius doctissimus sermo ī posteros quoque est epistolis traditus. Et Lælii filia reddidisse ī loquendo paternā eloquentiam elegantiorem dicitur. Et Quinti Hortensii filiæ oratio apud triumuiros habita legitur: non tantū in sexus honorē. Nec tamen ii quibus discere ipsis non contig t: minorem curam docēdi liberos habeant: sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligētes. De pueris inter quos educabit' ille huic spei destinatus idē quod de nutricibus dictum sit. De pedagogis hoc amplius ut aut sit eruditi plane q̃primum esse curam uelim: aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim peius est iis qui paulum aliquid ultra primas litteras progressi falsā sibi scientiæ persuasionem imbuerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignāt': & uelut iure quodam potestatis qua fere hoc hominum genus intumescit: imperiosi atq; interim sæuientes stultitiam suam perdocent. Nec minus error eorꝫ noc& moribus: siqdē Leonides Alexandri pedagogus: ut a babiloīo Diogene traditur: quibusdam eum uitiis imbuit: quæ robustum quoq; & maximū regē ab illa institutione puerili sūt prosecuta. Si cui multa uideor exigere: cogitet oratorem instituī rem arduam etiam cum ei formādo nihil defuerit: præterea plura ac difficiliora superesse. nā & studio perpetuo & præstantissimis præceptoribus & pluribus disciplinis opus est. Quapropter præcipienda sunt optima: quæ si quis grauabitur: nō rationi defuerit: sed homini. Si tamen nō continget quales maxīe uelī nutrices pueros habere pedagogus at unus certe sit assiduus dicendi non imperitus: qui siqua erunt ab his præsente alumno dicta uitiose corrigat protinus: nec insidere illi sinat: dum tamen intelligatur id quod prius dixi: bonum esse hoc remediū. A sermone græco puerum incipere malo: quia latinus q̃pluribus in usu est: uel nobis nolentibus

se perhibet: simul qa disciplinis quoq; græcis prius īstituendus est: ūde & nostræ fluxerunt: non tamen hoc adeo superstitiose uelī fieri: ut diu tantum loquatur græce aut discat: sicut plerisque moris est. Hæc enim accedunt & oris plurima uitia in peregrinum sonum corrupti: & sermonis: cui cū græcæ figuræ assidua cōsuetudine hæserunt: in diuersa quoq; loquēdi ratione pertinacissime durāt. Non longe itaq; latina subsequi debent: & cito pariter ire: ita fi&: ut cum æquali cura linguā utrāq; tueri cœperimus neutra alteri officiat. Quidam litteris instruendos qui minores septē annis essēt nō putauerūt: ꝙ illa primum ætas & intellectū disciplinarum capere & laborem pati possit. In qua sententia Hesiodū esse plurimi tradunt: qui ante grāmaticum Aristophanem fuerūt. Nā is primus   in quo libro scriptū hoc inuenitur negauit esse huius poetæ. Sed alii quoq; auctores inter quos Eratosthenes idem præceperunt. Melius autem qui nullum tempus uacare cura uolunt ut Chrysippus. nam is q̄uis nutricibus triennium dederit: tamen ab illis quoq; iam formandam q̄optimis institutis mentem infantiū iudicat. Cur autē nō pertineat ad litteras ætas quæ ad mores iam pertinet: neq; ignoro toto illo de quo loquor tempore uix tantum effici quantum cōferre unus postea possit annus. Sed tamen mihi qui id senserunt uidētur non tā discētibus in hac parte q̄ docētibus pepercisse. Quid melius alioquin facient ex quo loqui poterunt: faciāt enim aliquid necesse est: aut cur hoc quātuluncunq; est usq; ad septē ānos lucrum fastidiamus? Nam certe quālibet parū sit: quod contulerit ætas prior. Maiora tamē aliqua discet puer eo ipso anno quo minora didiciss&: hoc ꝑ singulos annos prorogatum in sūmam proficit: & quantū in infantia præsūptū est temporis adolescentiæ acquiritur. Idem etiam de sequentibus annis præceptum sit: ne quod cuiq; discendum est sero discere incipiat. Non ergo perdamus primum statim tempus: atq; eo minus ꝙ initia litteraꝝ sola memoria cōstant: quæ nō modo iā est in paruis: sed tum etiā tenacissima est. Non sum adeo ætatū imprudens: ut instandum teneris ꝓtinus acerbe putem exigēdamq; plenam operam. Nā id in primis cauere oportebit: ne studia qui amare nondum potest oderit: & amaritudiēm semel ꝑceptā etiam ultra rudes annos reformid&. Lusus hic sit & roget᷑ & laudet᷑: & nōnunq̄ fecisse se gaudeat: aliquando ipso nolente doceat᷑ alius cui īuideat: contendat interim: & sæpius uincere se put&: premiis quæ capit illa ætas euocet᷑. Parua docemus instituendū oratorem ꝓfessi: sed est sua etiam in studiis infātia & ut corporum fortissimoꝝ educatio a lacte cuiusq; initiū ducit: ita futurus eloquētissimus edidit aliquādo uagitum: & loqui primum īcerta uoce temptauit: & hæsit circa formas

litterarum . Nec siquid discere satis non est: ideo necesse nō est. Quod si nemo reprehendit patrem qui hæc nō negligenda in suo filio put&: cur īprobet: siquis ea quæ domi suæ recte faceret ī publicū promit: atq; eo magis quod minora etiam facilius minores ꝑcipiunt: & ut corpora ad quosdā membrorū flexus formari nisi tenera non possunt: sic aīos quoque ad pleraq; duriores robur ipsū facit? An Philippus macedonū rex Alexandro filio suo prima litterarum elementa tradi ab Aristotele sūmo eius ætatis philosopho uoluiss&? aut ille suscepiss& hoc officiū si non studiorum initia: & a perfectissimo quoque tractari & ptinere ad summā crediss&? Fingamus igitur Alexandrū dari nobis īpositū gremio dignum tanta cura infantē: q̄q̄ suus cuique dignus est: pudeat ne me statim ī ipsis elementis etiam breuia docendi mōstrare cōpēdia: Neque enim mihi illud saltē plac& : quod fieri in plurimis uideo: ut litteraꝶ nomina & cōtextum priusq̄ formas paruuli discant. Obstat hoc agnitioni earum non ītendentibus: mox animum ad ipsos ductus dū antecedentem memoriam sequuntur: quæ causa est præcipiētibus: ut etiam cū satis affixisse eas pueris recto illo quo primum scribi solēt contextu uidentur: retro agant rursus: & uaria permutatiōe perturbēt: donec litteras qui instituuntur facie norint non ordine. Qua propter optime sicut hominum pariter & habitus & nomina edocebuntur. Sed quod in litteris obest: syllabis nō nocebit . Nō excludo autem id quod ē notū: irritādæ ad addiscendū infantiæ gratia eburneas etiam litterarū formas in lusum offerre: uel siquid aliud quo magis illa ætas gaudeat: inueniri potest: quod tractare: intueri: nominare iucundum sit. Cum uero iam ductus sequi cœperit : non inutile erit: eas tabellæ q̄optime insculpi: ut per illos uelut sulcos ducatur stilus. Nā neque errabit quē admodum in cæris (continebitur enim utrinque marginibus) nec extra præscriptum poterit egredi: & celerius ac sæpius sequēdo cæsa uestigia formabit articulos: neq; egebit adiutorio manus sua manu supīposita regentis. Nō est aliena res quæ fere ab honestis negligi sol&: cura bene ac uelociter scribendi. Nam cum sit in studiis præcipuum quoque solo uerus ille ꝑfectus: & altis radicibus nixus paretur scribere ipsū: tardior stilus cogitationē moratur: rudis & confusus intellectu car&: unde seqť alter dictandi: quæ & transferenda sunt labor. Quare cum semper & ubique: tū præcipue in epistolis secretis & familiaribus delectabit: ne hoc quidem neglectum reliqsse: syllabis nullum compēdium est: per discendæ oēs: nec ut fit plerunque difficillima quæq; earū differenda: ut in omnibus scribendis deprehendantur: quin īmo ne primæ quidē memoriæ temere credendum: repetere & inculcare diu fuerit utilius :&

in lectione quoq; non properare ad cõtinuandam eam uel ad celerãdã: nisi cum ĩofẽsa atq; ĩdubitata litterarum inter se coniunctio suppeditare sine ulla cogitãdi saltẽ mora poterit. Tunc ipsis syllabis uerba cõplecti & his sermonem conectere incipiat. Incredibile est quantum moræ lectioni festinatione adiiciatur. Hinc enim accidit dubitatio: ĩtermissio: repetitio plusq̃ possunt audentibus: deinde cum errarunt etiam iis quæ iam sciũt diffidentibus. Certa sit ergo imprimis lectio: deinde coniũcta & diu lentius ordo: donec exercitatione cõtingat emẽdata uelocitas. Nã prospicere in dextrum quod omnes præcipiunt & prouidere nõ oratõis modo sed usus quoque est: quoniam sequentia intuenti priora dicẽda sũt: & quod difficillimum est: diuidenda intẽtio animi: ut aliud uoce: aliud oculis agatur. Illud non pœnitebit curasse cum scribere nomina puer quemadmodum moris est cœperit: ne hanc operam in uocabulis uulgaribus & forte occurrentibus ponat. protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris idest quas græci glosas uocant dum aliud agitur ediscere: & inter prima elementa cõsequi rem postea ꝓpriũ tempus desideraturam. Et quoniam ad hæc circa res tenues moramur: ii quoq; uersus qui ad imitationẽ scribendi præponentur nõ ociosas uelim sentẽtias habeant: sed honestum aliquid monentes prosequitur hæc meõria in senectutem: & impressa aĩo rudi usq; ad mores proficiẽ etiam dicta clarorum uirorum & electorum ex poetis maxĩe: nanq; eorum paruis cognitio gratior est: locos ediscere inter lusũ licẽ: nam & maxĩe necessaria ẽ oratori sicut suo loco dicã memoria: & ea præcipue firmaẽ atq; aliẽ exercitatiõe: & ĩ his de q̃bus nũc loquimur ætatibus: quæ nihil dũ ipse generare ex se queunt prope sola est quæ iuuare curã docentiũ possit. Nõ alienũ fuerit exigere ab his ætatibus quo sit absolutius os & expressior sermo: ut nomina quædam uersusque affectatæ difficultatis ex pluribus asperrime coeuntibus inter se syllabis catenatos & uelut confragosos q̃citatissĩe uoluãt graece uocãtur res modica dictu. Qua tamen omissa multa lĩguæ uicia nisi primis eximũtur ãnis inemendabili in posterum prauitate durantur.

VTRVM Vtilius domi an in scholis erudiantur.

SEd nobis iã paulatim accrescere puer & exire de gremio ac discere serio incipiat. Hoc igitur potissimum loco tractanda quæstio est: Vtilius ne sit domi atque intra priuatos parietes studentem continere an frequẽtiæ scholarum: & uelut publicis præceptoribus tradere. Quod quidem tum iis a quibus clarissiãrum ciuitatum mores sunt instituti: tum eminentissimis auctoribus uideo placuisse. Non est tamen dissimulandũ esse nõnullos: qui ab hoc prope publico more priuata q̃dam

persuasione dissentiant: hi duas præcipue orationes sequi uident̃: unã q moribus magis consulant: fugiendo turbã hominum eius ætatis quæ sit ad uicia maxime prona: ũde causas turpium factorum sæpe extitisse utinã falso iactaretur. Alteram q quisquis futurus est ille præceptor liberalius tempora sua impensurus: uni uidetur: q̃ si eadem in plures partiatur. Prior causa prorsus grauis. Nam si studiis quidem scholas prodesse: moribus autem nocere constar&: potior mihi non uiuendi honeste q̃ uel optime discendi uideretur. Sed mea quidem sententia iũcta ista: atque indiscreta sunt. Neque enim esse oratoré nisi bonum uirũ iudico & fieri etiam si potest nolo. De hac re igitur prius corrũpi mores in scholis putant: nã & corrũpuntur interim: sed domi quoq;: & sunt multa eius rei exempla tam lesæ hercle q̃ cõseruatæ sanctissimæ utrobiq; opinionis. Natura cuiusq; totum curaq; distat: da mentem ad peiora facilem: da negligentiã formandi: custodiédique in ætate prima pudoris: non minorem flagitiis occasionem secreta præbuerunt. Nam & esse potest turpis domesticus ille præceptor: nec tutior int. r seruos malos: q̃ ingenuos parum modestos conuersatio est. At si bona ipsius indoles si non cæca ac sopita parentũ secordia est: & præceptoré eligere sanctissimũ quenque cuius rei præcipua prudentibus cura est: & disciplinam quæ maxime seuera fuerit lic&: & nihilominus amicũ graué uirum aut fidelem libertum lateri filii sui adiungere: cuius assiduus comitatus etiã illos meliores faci&: q timebũt Facile erat huius metus remedium: utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus: Infãtiam statim deliciis soluimus: mollis illa educatio: quã indulgétiã uocamus: neruos omnes & mentis & corporis frãgit. Quid nõ adultus concupisc& qui in purpuris repit. Nondum prima uerba exprimit: iã coquum ĩtelligit: iam conchylium poscit ante palatum eorum q̃ mores instituimus. In lecticis crescunt: si terram attigerint: e manibus utrĩq; sustinentium pendent. Gaudemus siquid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittéda deliciis: risu & osculo excipimus: nec mirum nos docuimus: ex nobis audierunt nostras amicas: nostros concubinos uident. Omne conuiuium obscenis canticis strepit: pudenda dictu spectant̃. Fit ex his cõsuetudo: deinde natura: discunt hæc miseri anteq̃ sciant uicia esse: inde soluti ac fluentes non accipiunt in scholis mala ista: sed ĩ scholas afferunt. Verum in studiis magis uacabit unus uni. Ante omnia nihil prohib& esse istum nescio quem unum etiam cum eo qui in scholis eruditur. Sed etiã si iũgi utrunque non poss&: lumé tamé illorũ cõuétus honestissimi tenebris ac solitudini prætulissé. Nã optimus quisq; præceptor frequentia gaud& ac maiore se theatro

dignū putat. at fere minores ex conſcīa ſuæ infirmitatis hærere ſīgulis & officio fungi quodammodo pædagogorum non indignantur. Sed præſt& alicui uel gratia uel amicitia uel pecunia: ut doctiſſimū atque incomparabilem magiſtrum domi habeat: nō tamen ille totum in uno diem conſumpturus eſt. Haud poteſt eſſe illa tam perpetua diſcentis intentio: quæ non ut uiſus oculorum obtuitu continuo fatigetur: cum præſertim multo plus ſecreti temporis ſtudia deſiderent. Neque enim ſcribenti & cogitanti præceptor aſſiſtit: quorum aliquid agentibus cuiuſcunque interuentus impedimento eſt: lectio quoque non omnis nec ſemper præeunte uel interpretante eg&. quando enim tot auctorū notitia continger&: ergo modicum tempus eſt: quo in totum diē uelut opus ordinetur. Ideoque per plures ire poſſunt etiam quæ ſingulis tradenda ſunt: pleraque uero hanc conditionem habent: ut eadē uoce ad omnes ſimul proferātur. Taceo de partitionibus & de clamatiōibus rhetorum: quibus certe quantuſcunque numerus adhibeatur: tamen unuſquiſq; totum fer&. Nō enim uox illa præceptoris ut cœna minus pluribus ſufficit: ſed ut ſol uniuerſis idem lucis caloriſq; largitur. Grā-maticus quoque ſi de ratione loquendi diſſerat quæſtiones explic&: hiſtorias exponat: poemata enarr&: tot illa diſcent quot audient. At enim emendationi prælectioniq; numerus obſtat: ſit incōmodum. nā quod fere ūdiq; plac&: mox illud comparabimus commodis. Nec ego tamen eo mitti puerum uolo ubi negligatᷣ. Sed neque præceptor bonus maiore ſe turba q̄ ut ſuſtinere eam poſſit onerauerit: nec ſane quiſq̄: & imprimis ea habenda cura eſt: ut is omnino fiat nobis familiariter amicus: nec officiū in docendo ſpect& ſed affectum: ita nunq̄ erimus in turba. Nec ſane quiſq̄ litteris ſaltē leuiter ībutus: eū in quo ſtudiū ingeniumq; perſpexerit: non in ſuam quoque gloriam peculiariter fo-uebit. Sed ut fugiēdæ ſīt magnæ ſcholæ: cui ne ipſe quidē rei aſſentior: ſi ad aliquem merito concurritur: non tamen hoc eo ual&: ut fugiēdæ ſint oīno ſcholæ. aliud eſt enim uitare eas: aliud eligere. Et ſi refutauiūs quæ cōtra dicuntur: iam explicemus: quid ipſi ſequamur. Ante omnia futurus orator cui in maxima celebritate & in media republica uiuēdū ē: aſſueſcat iam a tenero non reformidare homiēs: neque illa ſolitaria: & uelut umbracili uita paleſcere: excitāda mens & attollenda ſemper ē: quæ in huiuſmodi ſecretis aut langueſcit: & quendam uelut in opaco ſitum ducit: aut cōtra tumeſcit īani perſuaſione. Neceſſe eſt enim ſibi nimium tribuat qui ſe nemini comparat. Deinde cum proferenda ſint ſtudia caligat in ſole: & omīa noua offēdit: ut qui ſolus didicerit quod inter multos faciendum eſt. Mitto amicitias quæ uſque ad ſenectutē

firmiſſime durant religioſa quadam neceſſitudine imbutæ. Nec enim eſt ſanctius ſacris iiſdem q̃ ſtudiis initiari. Sẽſum ipſum qui cõmunis dicitur ubi diſcet: cum ſe a congreſſu q nõ hominibus ſolũ ſed mutis quoq; aĩalibus naturalis eſt ſegregarit. Adde quod domi ea ſola diſcere põt quæ ipſi præcipiẽt: ĩ ſchola etiã aliis quæ audiet multa quotidie ꝓbari: multa corrigi: proderit alicuius obiurgata deſidia: ꝓderit laudata ĩduſtria: excitabit laude æmulatio: turpe ducet cædere pari: pulchrũ ſuperaſſe maiores: accedunt omnia hæc animos: & licet ipſa uitium ſit ambitio: frequẽter tamẽ cauſa uirtutũ ẽ. Non inutilẽ ſcio ſeruatũ eſſe a præceptoribus meis morem: qui cum pueros in claſſes diſtribuerant: ordinem dicendi ſecundum uires ingenii dabant: & ita ſuperiore loco quiſq; declamabat: ut præcedere ꝓfectu uidebat. Huius rei iudicia præbebantur: ea nobis ingens palmæ contentio: ducere uero claſſem multo pulcherrimũ. Nec de hoc ſemel decretũ erat: triceſimus dies reddebat uicto certaminis poteſtatem. Ita nec ſuperior ſucceſſu curã remittebat: & dolor uictum ad depellẽdam ignominiam concitabat. id nobis acriores ad ſtudia dicẽdi faces ſubdidiſſe: q̃ exhortationẽ docẽtiũ pædagogoꝝ cuſtodiam uota parentum: quantum animi mei coniectura colligere poſſum cõtenderĩ. Sed ſicut firmiores ĩ litteris profectus alit æmulatio: ita ĩcipientibus atq; adhuc teneris cõdiſcipuloꝝ q̃ præceptoꝝ iucundior hoc ipſo quod facilior imitatio eſt. Vix enim ſe prima elemẽta ad ſpẽ tollere effingendæ: quam ſũmam putant eloquẽtiæ audebunt. ꝓxima amplectuntur magis ut uites arboribus applicitæ inferiores: prius apprehendendo ramos in cacumina euadunt. Quod adeo ueꝝ ẽ ut ipſius etiam magiſtri: ſi tamen ambitioſis utilia præferet: hoc opus ſit: cum adhuc rudia tractabit ingenia non ſtatĩ onerare infirmitatem diſcẽtiũ: ſed tẽperare uires ſuas: & ad intellectum audientis deſcendere. Nam ut uaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiã reſpuunt (ſẽſim autem influentibus uel etiam ĩſtillantibus cõplentur) Sic animi pueroꝝ quãtũ excipere poſſint uidendũ eſt. Nã maiora intellectu uelut parum aptos ad percipiẽdũ animos: non ſubibunt. Vtile igit ẽ habere quos imitari primũ mox uincere uelis: ita paulatim & ſuperioꝝ ſpes erit. His adiicio præceptores ipſos non idem mentis ac ſpiritus in dicendo poſſe cõcipe ſingulis tantum præſentibus quod illa celebritate audiẽtium ĩſtinctos. Maxima enim pars eloquentiæ conſtat animo: hunc affici: hũc cõcipe imagines reꝝ: & tranſformari quodã modo ad naturam eorũ de qbus loqmur neceſſe eſt. Is porro quo generoſior celſiorq; eſt: hoc maioribus uelut organis cõmouet: ideoq; & laude creſcit & impetu auget: & aliqd magnum agere gaudet. Eſt quædam tacita dedignatio uim dicẽdi tãtis

cõparatam laboribus ad unũ auditorẽ demittere: pudet ſupra modum ſermones attollere. Et ſane quis concipiat mẽte uel declamantis habitũ: uel orantis uocem: inceſſum: ꝓnũciationem. Illũ deniq; aĩ & corporis motũ: ſudorem: ut alia prætereã & fatigationem audiẽte uno nõne quidã pati furori ſimile uideat᷑. Non eſſet in rebus humanis eloquentia: ſi tãtum cum ſingulis loqueremur.

AD Cognoſcendũ ĩgeniũ pueroꝝ: primũ ſignũ ẽ memoria.

TRadito ſibi puero docendi peritus ĩgeniũ eius in primis naturãq; proſpiciet. Ingenii ſignũ in paruis præcipuũ memoria eſt. Eius duplex uirtus: facile ꝑcipere: & fideliter: cõtinere ꝓximũ imitatio: nam id quoq; eſt docilis naturæ: ſic tamen ut ea quæ diſcit effingat. Nam habitũ forte & ĩceſſum & ſiquid in peius notabile eſt: non dabit mihi ſpem bonæ indolis: qui hoc imitãdi ſtudio petet ut rideat᷑. Nã probus quoq; ĩ primis erit ille uere ingenioſus: alioq̄n nõ prius duxerim tardi eſſe ingenii q̄ mali: probus aũt ab illo ſegni & iacente plurimũ aberit. Hic meus quæ tradent᷑ nõ difficulter accipiet: quædam etiã ĩterrogabit: ſequet᷑ tamen magis q̄ præcurr&. Illud ĩgenioꝝ precox genus: nõ temere unq̄ ꝑuenit ad frugẽ. hi ſũt qui parua facile faciũt: & audacia prouecti quicquid illi poſſunt: ſtatim oſtendunt. poſſunt aũt id demũ quod in ꝓximo eſt: uerba cõtinuãt. Hæc uultu interrito nulla tardati uerecũdia proferũt: nõ multum præſtãt: ſed cito: non ſubeſt uera uis: nec penitus ĩmiſſis radicibus nitit᷑: ut quæ ſũmo ſolo ſparſa ſũt ſemina: celerius ſe effũdunt: & imitatæ ſpicas herbulæ manibus ariſtis ãte meſſẽ flaueſcũt: placent hæc annis cõparata: deinde ſtat profectus: admiratio decreſcit. Hæc cum aĩaduerterit ꝑſpiciat deinceps: quonam modo tractandus ſit diſcentis animus. Sũt quidã niſi ĩſtiteris remiſſi: q̄dã impia ĩdignent᷑: quoſdam cõtinet metus: quoſdam debilitat: alios continuatio extũdit: ĩ aliis plus impetus facit. Mihi ille det᷑ puer quẽ laus excitet: quẽ gloria iuuet: qui uictus fleat: hic erit alẽdus ãbitu: hunc mordebit obiurgatio: hunc honor excitabit: in hoc deſidiam nunq̄ uerebor. Danda eſt tamẽ oĩbus aliqua remiſſio: non ſolum quia nulla res eſt quæ ꝑferre poſſit continuum laborem: atq; ea quoq; quæ ſẽſu & aĩma carent: ut ſeruare uim ſuam poſſint uelut quiete alterna retinent᷑: ſed q ſtudium diſcẽdi uoluntate quæ cogi non poteſt conſtat. Itaq; & uirium plus afferunt ad diſcendũ renouati ac recentes: & acriorem aĩmũ qui fere neceſſitatibus repugnat. Nec me offenderit luſus in pueris: ẽ & hoc ſignum alacritatis: neq; illum triſtem ſemperq; demiſſũ ſperare poſſim erectæ circa ſtudia mentis fore. Cum in hoc quoq; maxime naturali ætatibus illis impetu iaceat: modus tamen ſit remiſſionibus: ne aut odium ſtudiorum faciãt

negatæ aut ocii consuetudinem nimiæ. Sunt etiam non nulli acuendis puerorum ingeniis nō inutiles lusus: cum positis inuicem cuiuscunq; generis quæstiunculis æmulāt᷑. Mores quoq; se inter ludendū sīplicius detegunt: modo nulla uideat᷑ ætas tam īfirma: quæ non protinus quid rectum prauumq; sit discat. Tum uel maxime formanda: cū simulādi nescia ē: & præcipiētibus facillime cædit. Frāgas enim citius q̄ corrigas: quæ in prauum indurnerunt. Protinus ergo: nequid cupide: nequid improbe: nequid īpotenter faciat: monendus est puer. Habendūq; in animo semp illud uirgilianum. Adeo in teneris consuescere multum est. Cædi uero discentes: q̄q̄ illud receptum sit. Chrysippus nō iꝓbet: minime uelim: primū quia deforme ac seruile ē: & certe quod cōuenit: si ætatē mutes iīuria: deinde ꝙ sicui ē mens tā illiberalis: ut obiurgatione nō corrigat᷑: is etiam ad plagas ut pessima quæq; mancipia durabit᷑. Postremo ꝙ ne opus erit quidem hac castigatione: si assiduus studiorū exactor extiterit. Nūc fere negligentia pædagogoꝝ sic emēdari uident᷑: ut pueri non facere quæ recta sunt cogantur: sed cur nō fecerīt puniāt᷑. Deniq; cum paruulum uerberibus coegeris: quid iuueni facias: cui nec adhiberi potest hic metus: & maiora discēda sūt᷑ Adde ꝙ multa uapulantibus dictu deformia: & mox uerecundiæ futura sæpe dolore uel metu accidunt: qui pudor refrangit animum & abiicit: atq; ipsius lucis fugam & tedium dictat. Iā si minor ī eligendis custodum & præceptoꝝ moribus fuit cura: pudet dicere in quæ probra nefandi homines isto cædendi iure abutantur: quā det aliis quoq; non nunq̄ occasionem: hic miseroꝝ metus: non morabor in parte hac: nimium est quod ītelligitur. Quare hoc dixisse satis est: ī ætatem īfirmam & iīuriæ obnoxiā nemini debet nimiū licere. Nūc qbus instituēdus sit artibus: qui sic formabit᷑: ut fieri possit orator: & quæ ī quaq; ætate incohanda dicere ingrediar.

ARtium fundamentum grammaticam.

PRimus ī eo qui legēdi scribēdiq; adeptus erit facultatē grāmaticis est locus: nec refert de græco an de latino loquar: q̄q̄ græcum esse priorem placet. Vtriq; eadem uia est. Hæc igit᷑ professio cū breuissime in duas ptes diuidatur: recte loquēdi scientiam: & poetaꝝ enarrationē: plus habet in recessu q̄ fronte promittit. Nam & scribendi ratio cōiūcta cum loquendo est: & narrationem præcedit emendata lectio: Et mixtū his ominibus iudiciū ē. Quo quidā ita sūt seuere usi ueteres grāmatici: ut non uersus modo censoria quadam uirgula notare: & libros qui falso uiderēt᷑ inscripti tāq̄ subdititios summouere familia pmiserint sibi: sed auctores alios ī ordinem redegerint: alios omnino exemerint numero. Nec poetas legisse satis est: excutiendū omne scriptoꝝ genus: nō ꝓpter

historias modo: sed uerba quæ frequēter ius ab auctoribs sumūt. Tum nec citra musicen grāmaticæ pōt esse pfecta: cū ei de metris rhythmisq; dicendum sit: nec si rōnem siderꝝ ignor&: poetas intelligat: qui ut alia omittam: totiens ortu occasuq; signorꝝ ī declarandis temporibus utāť. nec ignara philosophiæ: cum ꝓpter plurimos ī omībus fere carminibus locos ex intima quæstionū naturaliū subtilitate repetitos: tū uel ꝓpter Empedoclea in græcis: Varronē ac Lucretiū ī latinis: q præcepta sapiētiæ uersibus tradiderunt. Eloquētia quoq; non mediocri ē opus: ut de unaquaq; earꝝ: quas demōstrauimus rerꝝ dicat ꝓprie & copiose. Quo minus sunt ferēdi qui hanc artē: ut tenuem ac ieiunam cauillanť: quæ nisi oratoris futuri fūdamēta fideliter iecerit: qcquid supstruxeris corruet: necessaria pueris: iucunda senibus: dulcis secretorum comes: & quæ uel sola omni studiorꝝ genere plus habet opis q̄ ostentationis.

NE quis igiť tanq̄ parua fastidiat grammatices elemēta de litteris: non quia magnæ sit operæ consonantes a uocalibus discernere: ipsasq; eas in semiuocalium numerꝝ mutarꝝq; partiri: sed qa interiora uelut sacri huius adeuntibus apparebit multa rerū subtilitas: quæ non modo acuere īgenia puerilia: sed excercere altissimā quoq; eruditionem ac sciētiā possit. An cuiuslibet artis est exigere litterarꝝ sonos: non hercle magis q̄ neruorum. At grammatici saltem omnes ī hanc descendēt rerꝝ tenuitatē: desit ne aliquæ nobis necessariæ litteræ: nō cū græca scribimus. tum enim ab iisdem duas mutuamur: sed proprie in latinis: ut in his seruus & uulgus æolicum digamō desiderať: & medius est quidam. u. & i. litteræ sonus. Nō enim sic optumum dicimus: ut optimū: & here neq; e. plane neq; . i . audiť. An rursus aliæ redundēt: præter illā aspirationē: quæ si necessaria est: etiam contrariam sibi: & . q . quæ & ipsa quorūdā noīnum nota est: & . k. cuius similis effectus speciesq;: nisi ꝙ paulum a nostris obliquatur cappa apud græcos nunc tantum in numero manet: & nostrarum ultima . x. qua tamen carere potuimus: si nō quæsissemus. Atq; etiā ī ipsis uocalibus grammatici ē uidere: an aliquas pro cōsonāti ūsus acceperit: quia iam sicut tam scribiť: & uos ut cos. Atq; ut uocales iūgāť: aut unam longam faciūt: ut ueteres scriptores: qui geminatione earꝝ uelut apice utebāť: aut duas nisi quis putat etiā ex tribus uocalibus syllabam: quod nequit fieri: si non aliquæ officio consonātiū fungātur. Quæret etiam hoc quō duabus demum uocalibus in se ipsas coeundi natura sit: cum consonātiū nulla nisi alteram frangat: atqui littera . i. sibi inscidit. Coniicit enim est: & ab illo iacit. Et . u . qūo nunc scribitur uulgus & seruus. Sciat etiā Ciceroni placuisse aii aiiamq; geminata . i.

scribere: quod si est etiam iungetur ut cõsonãs. Quare discat puer: quid in litteris ꝓprium: quid cõmune: quæ cum quibus cognatio: nec miretur cur ex scamno fiat scabellũ: aut a pinna ꝙ ẽ acutũ securis: utrĩq; habẽs aciem bipennis: ne illoꝝ sequatur errorẽ: qui qa a pennis duabus hoc esse nomen existimãt: pennas auium dici uolũt. Neq; has modo nouerit mutationes quas afferũt declinatio aut præpositio: ut secat secuit: cadit excidit: cædit excidit: calcat exculcat: & fit a lauando lotus: & ĩde rursus illotus: & mille alia: sed & quæ rectis quoq; casibus ætate transierũt. Nã ut Valesii & Fusii ĩ Valerios Furiosq; uenerunt: ita arbos: labos: uapos: etiam & clamos ætatis fuerunt. Et hæc ipsa .s. littera ab his nominibus exclusa: ĩ quibusdã ipsa alteri successit: nã mertare atq; pultare dicebãt: quin fordeum fœdusq; pro aspiratione uel simili littera utentes: nam contra græci aspirare solent: ut pro Fundano Cicero testẽ: qui primã eius litterã dicere non possit: irridet. Sed .b. quoq; ĩ locũ aliaꝝ dedimus aliquando: unde ꝓprie & bruges & belena: nec non eadem fecit ex duello bellum: unde duellos quidam dicere bellos ausi. Quid stlotum stlitesque. quid .d. litteræ cũ .t. quædam cognatio. Quare minus mirum si uetustis operibus urbis nostræ & celebribus templis legãtur Alexanter & Cassãtra. Quid .o. atq; .u. ꝑmutatæ ĩuicẽ: ut Hecoba & notrix: culchides & pulycena scriberẽtur: ac ne ĩ græcis id tãtũ notetur dederũt ac ꝓbauerũt sic quem odysea fecerũt æolis ad Vlyxem deductus est. Quid .e. quoq; .i. loco fuit: ut menerua & leber & magister: & diuoue uictore pro diuoui. Sed mihi locum signare satis ẽ. Nõ enĩ doceo sed admoneo docturos. Inde ĩ syllabas cura trãsibit: de q̃bus in orthograhia pauca annotabo: tum uidebit ad quem hoc ꝑtinet: quot & quæ partes orationis: q̄q̄ de numero parum conuenit.

DE partibus orationis secundũ Aristotelem & Theodectẽ.

VEteres enĩ quorũ fuerũt Aristoteles atq; Theodectes: uerba modo & nomina & cõiunctiones tradiderunt uidelicet: & ꝙ in uerbis uĩ sermonis: in noĩbus materiam: qa alteꝝ est quod loq̃mur: alteꝝ de quo loquimur: in cõiũctionibus autem eoꝝ complexum esse iudicauerunt: q̃s coniũctiones a plerisq; dici scio. Sed hæc uidetur ex syndesmo magis propria trãslatio: paulatĩ a philosophis maxime stoicis auctus ẽ numerus: ac primũ cõiũctionibus articuli adiecti post præpositiones noĩbus appellatio: deinde ꝓnomen: deinde mixtũ uerbo ꝑticipiũ: ipsis uerbis aduerbia. Noster sermo articulos nõ desiderat: ideoq; ĩ alias ꝑtes orationis sparguntur. Sed accedit supioribus interiectio: alii tamen ex idoneis dũtaxat auctoribus octo partes secuti sũt: ut Aristarchus: et ætate nr̃a Palæmon: q uocabulũ siue appellationẽ nomini subiecerũt tãq̃ species

eius. At ii q aliud nomen: aliud uocabulum faciunt nouũ: nihilominus fuerunt qui ipsum adhuc uocabulũ ab appellatione diducerẽt: ut esset uocabulũ corpus uisu tactuq; manifestum: domus: lectus: appellatio: cui uel alterũ deest: uel utrũq; uentus: cælum: deus: uirtus adiiciebant: & asseuerationẽ ut heu: & attractionẽ ut fasceati: quæ mihi nõ approbãt. Vocabulũ an appellatio dicenda sit & subiicienda nomini: nec ne quia parui refert: liberũ opinaturis relinquo.

DEclinationes sciendæ a pueris.

NOĩa declinare & uerba imprimis pueri sciãt: neq; enĩ aliter peruenire ad intellectum sequentiũ possũt: quod etiã admonere superuacuũ fuerat: nisi ambitiosa festinatione pleriq; a posterioribus inciperent: & dum ostentare discipulos circa speciosiora malũt: cõpendio morantur. Atq siquis & didicerit satis: & qđ nõ minus deesse ĩteri solet: & uoluerit docere quæ didicit: non erit contentus tradere in oĩbus tria genera: & ea quæ sunt duobus omĩbus ue cõmunia. Nec statim diligentẽ putabo: qui promiscua quæ epicœna dicunt ostẽderit: ĩ qbus sexus uterq; p alterum apparet: aut quæ fœminina positiõe mares: aut neutrali fœminas significãt: qualia sũt murena & Glicerium. Scrutabitur mille præceptor acer atq; subtilis origines nominũ: quæ ex habitu corporis: ut ruffos lõgosq; fecerũt. Vbi erit aliud secretius Syllæ: Burri: Galbæ: Plauti: Pãsæ: Scauri: taliaq; & ex casu nascẽtiũ: hĩc Agrippa & Opiter & cordus & posthumus erunt: & iis quæ post natos eueniũt: unde uopiscus. Iã cocta Scipiones: Lenates sera sunt: & ex uariis causis gentes quoq; ac loca et alia multa reperias inter nominum causas. In seruis iã intercidit illud genus quod ducebatur a domino: unde marcipores publipores. Quærat etiam sit ne apud græcos uis quædam sexti casus: & apud nos quoq; septimi. Nam cũ dico hasta percussi: non utor ablatiui natura: nec si idẽ græce dicam datiui.

GRæci carent ablatiuo.

SEd ĩ uerbis quoq; quis ẽ adeo ĩperitus ut ignoret genera & qualitates & psonas & numeros. Litterarii pene ista sũt ludi & triuialis scientiæ. Iam quosdam illa turbabunt quæ declinationibus non tenẽt. Nam & quædam pticipia an uerbi appellationes sint dubitari potest: quia aliud alio loco ualet: ut lectus & sapiens: quædã appellationibus similia: ut fraudator: nutritor. Iam itur in antiquã siluã: nõne proprie cuiusdam rationis est. Nam quod initium eius ĩuenias cui simile flet: accipimus aliter: ut Pandit ĩterea domus omnipotẽtis olympi. aliter ut totis usq; adeo turbatur agris: etiam quidam tertius modus: ut urbs habitatur: unde & cãpus curritur: & mare nauigat. Pransus quoq; atq;

potus diuersū ualēt q̄ ĩdicāt. Quid q̄ multa uerba nō totū declinatio-
nis ordinem ferunt. Quædam etiam mutantur: ut fero in præterito.
Quædam tertiæ demum personæ figuræ dicūtur: ut licet piget. Quædā
simile quiddam patiuntur uocabulis in aduerbiū transeuntibus. Nam
ut noctu & diu: ita & dictu & factu. Sūt .n. hæc quoq; uerba participa-
lia quidem: non tamen qualia dicto factoq;.

TRes uirtutes in elocutione.

NAm cū omīs oratio tres habeat uirtutes ut emendata: ut dilucida: ut ornata sit: quia dicere apte quod ē præcipuum pleriq; ornatui subiiciūt: totidē uitia: quæ sūt supradictis contraria: emēdate loquēdi regula: quæ grāmatices prior ē pars examinet. Hæc exigitur uerbis aut singulis aut pluribus. Verba nunc generaliter accipi uolo: nā duplex eoꝝ intellectus est: alter q omnia p quæ sermo nectitur significat: ut apud Horatiū: Verbaq; prouisam rem nō ĩuita sequentur: alter ĩ quo ē una ps orationis lego: scribo: quā uitantes ābiguitatē quidā dicere maluerūt uoces: dictiones: locutiones. Singula sunt aut nostra: aut peregrina: aut simplicia: aut cōposita: aut ꝓpria: aut translata: aut usitata: aut ficta. Vni uerbo uitium sæpiusq̄ uirtus inest. Licet .n. dicamus aliquid ꝓprium: speciosū: sublime: nihil tamē hoꝝ nisi in cōplexu loquēdi serieq; cōtĩgit. Laudamus .n. uerba rebus bene accōmodata. Sola ē quæ notari possit: uelut uocalitas quæ dicitur: cuius in eo delectus ē: ut inter duo quæ idem significant: ac tātūdē ualēt: quod melius sonet malis. Prima barba[ri]smi ac solœcismi fœditas absit. Sed quia interim excusant̄ hæc uitia: aut cōsuetudine: aut auctoritate: aut uetustate: aut deniq; uicinitate uirtutum. Nam sæpe a figuris ea separare difficile est: neque tam lubrica obseruatio fallat: acriter se in illud tenue discrimen g[ra]mmaticus intendat: de quo nos latius ibi loquemur: ubi de figuris orationis tractandum erit. Interim uitium quod fit singulis uerbis: sit barbarismus. Occurrat mihi forsan aliquis: quid hic ꝓmisso tāti operis dignū: aut qs hoc nescit alios barbarismos scribēdo fieri: alios loquēdo: quia quod male scribit̄: male etiam dici necesse est: qui uitiose dixerit: nō utiq; & scripto peccat. Illud prius additione: detractione: ĩmutatione: transmutatione. hoc secundum diuisione: complexione: aspiratiōe: sono cōtineri: sed ut parua sint hæc pueri docent̄. Adhuc & grāmaticos officii sui commonemus. Ex quibus siquis erit plane impolitus: & uestibulū modo artis huius ĩgressus infra hæc quæ ꝓfitentiū cōmētariolis uulgata sunt: consistet doctiores multa adiicient: uel hoc primū quod barbarismum pluribus modis accipimus: unum in gente quale sit: si quis afrum uel hispanum latinæ orationi nomen ĩserat: ut ferrum quo rotæ

uinciuntur dici solet cantus: q̄q̄ eo tanquã recepto utitur Persius: sicut Catullus ploxenũ circa padũ inuenit: & ĩ oratione Labieni: siue illa Cornelii Galli ẽ ĩ Pollioné casnar affectator e gallia ductũ ẽ. Nã mastrugã: quod sardũ ẽ: illudens Cicero ex ĩdustria dixit. Alterũ genus barbarismi accipimus: quod fit animi natura: ut is a quo ĩsolenter quid aut minaciter aut crudeliter dictum sit: barbare locutus existimat̃. Tertiũ ẽ illud uitium barbarismi: cuius exempla uulgo sunt plurima: sibi etiã quisq; fĩgere potest: ut uerbo cui libebit adiiciat litteram syllabã ue: uel detrahat: aut aliam pro alia: aut eandé alio q̄ rectũ ẽ loco ponat. Sed quidã fere in iactationem eruditionis sumere illa ex poetis solent: & auctores quos prælegunt criminant̃. Scire autem debet puer hæc apud ſcriptores carminum: aut uenia digna: aut etiam laude duci: potiúsq; illa docendi erunt minus uulgata. Nam duos in uno nomine faciebat barbarismos Tinga placentinus: si reprehẽdenti Hortensio crediũs: pculã pro pgula dicens: & ĩmutatione cũ. c. pro. g. uteret̃: & transmutatione cũ. r. præponeret antecedẽti: at ĩ eadé uitii geminatione & Metico Suffecio eo dicẽs Ennius poetico iure defendit̃. Sed ĩ prosa quoq; quædam iam recepta ĩmutatio. Nam Cicero canopitarũ excercitũ dicit: ipsi canoben uocant: & trãsumenũ pro trãsomẽno. multi auctores etiã si ẽ ĩ eo trasmutatio: uendicauerũt similiter alia: nã siue ẽ falsũ assẽtior: Sisẽna dixit assẽtio: multiq; & hunc & anologiam secuti: siue illud uerũ est: hæc quoq; pars consensu defendit̃. At ille pexus pinguisq; doctor: aut illic detractioné: aut hic adiectionem putabit. Quid q̃ quædã quæ singula procul dubio uitiosa sunt iuncta sine reprehensione dicũt̃. Nam dua & tre & pondo diuersorũ generũ sũt barbarismi. At dua pondo & tre põdo usq; ad nostrã ætatem ab omnibus dictũ ẽ: & recte dici Messalla confirmat. Absurdũ forsan uideat̃ dicere barbarismum: quod est unius uerbi uitium: fieri p numeros aut genera: sicut solœcismũ: scala tamẽ & scopa cõtraq; ordea & musca: licet litterarũ mutationem: detractioné: adiectioné nõ habeãt: non alio uitiosa sunt: q̄ q̃ pluralia sĩgulariter: & singularia pluraliter efferũt̃. & gladia qui dixerunt: genere exciderunt. Sed hoc quoq; notare cõtentus sum: ne arti culpa quorũdã peruicacium pplexe uidear: & ipse quæstionem addidisse: plus exigunt subtilitatis quæ accidunt ĩ dicendo uitia: quia exempla eorũ tradi scrpto non possunt: nisi cum in uersus ĩciderunt: ut diuisio europæ: & ei contrarium uitium quod græci uocãt. Nos cõplexioné dicimus: qualis est apud. P. Varronem: cum te flagranti deiectũ fulmine Phæton. Nã si esset prosa oratio: easdem litteras enunciare ueris syllabis licebat. Præterea quæ fiũt spacio: siue cum syllaba correpta pducit̃: ut Italiam

fato profugus: seu lõga corripit̃: ut unius obnoxã & furias. extra carmẽ non deprehendas: sed nec in carmine uitia ducẽda sũt: illa uero nõ nisi aure exigũtur quæ fiunt p sonos: q̃q̃ p aspirationẽ: siue adiicit̃ uitiose: siue detrahitur. Apud nos potest quæri an ĩ scripto sit uitiũ: si. h. littera est non nota: cuius quidem ratio mutata cum temporibus est sæpius: parcissime ea ueteres usi etiam in uocalibus cũ ædos ircosq; dicebant. Diu deinde reseruatum ne consonantibus aspiraretur: ut in Gracchis & triumphis: erupit breui tẽpore nimius usus ut choronæ: chẽturiões: prechones: adhuc quibusdam inscriptionibus maneant. Qua de re Catulli nobile epigrãma ĩde durat ad nos usq; uehemẽter: & cõprehẽdere & mihi. nam mec quoq; pro me apud antiquos tragœdiarum præcipue scriptores in ueteribus libris ĩuenimus. Adhuc difficilior obseruatio est per tenores: quos q̃dem ab antiquis dictos tonores cõperi: ut uidelicet declinato a græcis uerbo: qui dicunt: uel accentus quas græci uocant: cum acuta & grauis alia ꝓ alia ponitur: ut in hoc Camillus: si acuit̃ prima: aut grauis ꝓ flexa: ut Cethegus: & hic prima acuta. Nã si media mutatur: aut flexa pro graui: aut apice circunducta sequentẹ: quam ex duabus syllabis in unã cogentes: & deinde flectẽtes dupliciter peccant. Sed id sæpius ĩ græcis noĩbus accidit: ut Atreus quẽ nobis iuuenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant: ut necessario secũda grauis ess&. Item Terei Nereiq;. Hæc de accẽtibus tradita. Cæterum iã scio quosdam eruditos nonnullos etiam grammaticos sic docere ac loqui: ut ꝑpter quædam uocũ discrimina uerbũ interĩ acuto sono finiant: ut in illis quæ circũ littora: circũ piscosos scopulos: ne si grauem posuerint secundam: circus dici uideatur: non circuitus. Item quantum quale interrogantes graui: cõparantes acuto tenore cõcludũt: quod tamẽ in aduerbiis fere solis ac ꝓnoĩbus uẽdicãt: in cæteris ueterẽ legem sequunt̃: mihi uidet̃ conditionem mutare q̄ his locis uerba coniungimus. Nã cũ dico circum littora tanq̄ unum enuncio dissimulata distĩctione: itaq; tanq̄ in una uoce una est acuta: quod idem accidit in illo Troiæ q primus ab oris. Euenit ut metri quoq; cõditio mutet accẽtum: ut Pecudes pictæq; uolucres. Nã uolucres media acuta legã: quia &si natura breuis: tamen positione longa est: ne faciat iambum: quem non recipit uersus heroicus. Separata uero hæc a præcepto nostro non recedent: aut si consuetudo uicerit: uetus lex sermonis abolebit̃: cuius difficilior apud græcos obseruatio est: quia plura illis loquendi genera: quas dialectos uocant: & quod alias uitiosum est interim alias rectum est: apud nos uero breuissima ratio. Nã quia in omni uoce acuta intra numerũ triũ syllabaꝝ cõtinetur: siue eæ sint in uerbo solæ: siue ultimæ:

& in his aut proxima extremæ: aut ab ea tertia. Trium porro de quibus loquor media lõga aut acuta aut flexa erit: eodẽ loco breuis utiq; grauẽ habebit sonum: ideoq; positã ante se. i. ab ultima tertiã acuet. Est autẽ in omni uoce utiq; acuta: sed nũq̃ plus una: nec ultima unq̃: ideoq; in bisyllabis prior. Præterea nũq̃ eadem flexa & acuta: quia eadem flexa & acuta: utiq; neutra cludet uocẽ latinam. Ea uero quæ sũt syllabæ unius erũt acuta aut flexa: ne sit aliqua uox sine acuta. Et illa p sonos accidũt: quæ demõstrari scripto non possunt uitia oris & linguæ totacismus & labdacismus & ischnotetas & plateasmus fœliciores fingendis noĩbus græci uocant: sicut colostomian: cũ uox quasi in recessu oris auditur. Sũt etiã proprii quidã & ĩnumerabiles soni: quibus nonnũq̃ nationes reprehendimus. Remotis igit̃ oĩbus de quibus supra diximus uitiis: erit illa quæ uocat̃ orthoepeia. i. emẽdata cũ suauitate uocum explanatio. Nã sic accipi potest recta. Cætera uitia omnia ex pluribus uocibus sũt: quo℞ ẽ solœcismus: q̃q̃ circa hoc quoq; disputatũ ẽ. nã etiã q cõtextu uel cõplexu orationis accidere eũ cõfitentur: quia tamẽ unius emẽdatione uerbi corrigi possit in uerbo esse uitium non ĩ sermone cõtẽdũt: cũ siue amaræ corticis siue medio cortice p genus facit solœcismũ: quo℞ neutrũ quidẽ reprehẽdo: cũ sit utriusq; Virgilius auctor. Sed figamus utrũlibet nõ recte dictum mutatio uocis alterius: ĩ qua uitiũ erat: rectã loquẽdi rationẽ sic reddit: ut amari corticis fiat: uel media cortice: quod manifestæ calũniæ ẽ. neutiũ enim uitiosũ sepatũ est: sed cõpositione peccat̃: quæ iã sermonis est. Illud eruditius quæritur: an ĩ singulis quoq; uerbis possit fieri solœcismus: uti si unũ quis ad se uocans dicat: uenite: aut si plures a se dimittens ita loquat̃: abi aut discede. Nec nõ cum responsũ ab ĩterrogante dissentit: ut si dicẽti: quẽ uideo: ita occurras ego. In gestu etiam nõnulli putãt illud idem uitium ĩesse: cũ aliud uoce aliud nutu uel manu demõstratur. Huic opinioni neq; omnino accedo: neq; plane dissentio. nam id fateor posse accidere uoce una: nõ tamen aliter q̃ si sit aliquid quod uim alterius uocis optineat: ad quod uox illa referat̃: ut solœcismus ex cõplexu fiat eo℞: qbus res significãt̃: & uolũtas ostẽdit̃. At qui ut omnem effugiam cauillationem: fit aliquãdo in uno uerbo: nõnunq̃ ĩ solo uerbo. Per quot autem & quas accidat species: non satis cõuenit: q planissime quadripartitã uolũt esse rationẽ: nec aliã q̃ barbarismi: ut fiat adiectione: ut ueni de susis ĩ alexãdriã: detractione ãbulo uiã: ægypto uenio: nec hoc fecit: trãsmutatione qua ordo t̃bat̃: quoq; ego enĩ hoc uolui: autẽ nõ habui: ex quo genere an sit igit̃ ĩ initio sermonis positũ: dubitari potest: qa maximos auctores ĩ diuersa fuisse opiniones uideo: cum apud alios sit etiã frequens: apud alios nunq̃ reperiat̃.

Hæc tria genera quidā deducunt a solœcismo: & adiectionis uitium:
detractionis inuersionis
uocāt: quæ si in speciem solœcismi cadant
quoq; appellari eodem modo posse. Immutatio sine cōtrouersia est: cū aliud pro alio ponit̄: id p omnes orationis ptes deprehendimus: frequētissime in uerbo: qa plurima huic accidunt: ideoq; ī eo fiunt solœcismi p genera: tēpora: psonas: modos: siue cui status eos dici seu qualitates placet: uel sex: uel ut alii dicunt octo. nā totidem uitiorum erūt formæ: in quot species eorū quodq; de quibus supradictū ē diuiseris. Præterea numeros in quibus nos singularem ac pluralem habemus: græci &
q̄q̄ fuerūt q nobis quoq; adiicerent dualem scripsere legere: quod deuitādæ asperitatis gratia mollitū est: ut apud ueteres: pro male merens male merere. ideoq; quod uocāt duale ī illo solo genere cōsistit: cū apud græcos & in uerbi tota fere ratione: & in nominibus fere deprehendatur. Et sic quoq; rarissimus eius sit usus: apud nostrorum uero neminē: hæc obseruatio repiat̄: qn e cōtrario Deuenere locos: & Cōticuere omnes: & Cōsedere duces: apte nos doceāt: nil horū ad duos ptinere. Dixere quoq; q̄q̄ id Antonius Rufus ex diuerso ponit exemplū de pluribus patronis: preco ꝓnūciet: quid nō Liuius circa initia statim primi libri: tenuere inquit arcem sabini: & mox ī aduersū romani subiere. Et quē potius ego q̄. M. Tullium sequar: qui in oratore nō reprehendēdo inquit scripsere: scripserūt etiam uerius sentio. Similiter ī uocabulis & nōibus fit solœcismus: genere: numero. ꝓprie autem casibus: quicquid eoꝝ alteri succedet: huic parti subiūgat̄: licet p cōparationes & suplationes: itemq; in quibus patrium pro possessiuo dicit̄: uel cōtra. Nā uitiū quod fit p quātitatē: ut magnū peculiolū: erūt qui solœcismū putent: quia pro nomine integro positū sit diminutī. Ego dubito an id īꝓpriū potius appellē: significatione. n. deerat. Solœcismi porro uitium nō est in sensu: sed in cōplexu. In pricipio p genus & casum ut in uocabulo: p tēpora ut in uerbo: p numeꝝ ut in utroq; peccat̄. Pronomē quoq; genus: numeꝝ: casus habet: quæ omnia recipiūt huiusmodi errorē. Fiunt solœcismi & quidē plurimi p ptes orōnis: sed id tradere satis nō ē: ne ita demū uitiū credat esse puer: si ꝓ alia ponat̄ alia: ut uerbū ubi nomē esse debuerit: uel aduerbium ubi ꝓnomen: & similia. Nā sunt quædam cognata ut dicunt. i. eiusdem generis: in quibus q alia specie q̄ oportet utet̄: nō minus q̄ ipso genere pmutato deliquerit. nā & an & aut cōiūctiones sunt: male tamē interroges: hic aut ille sit: & ne ac nō aduerbia: qui tamen dicat pro illo ne feceris: nō feceris: in idem īcidat uitium: qa alterū negādi est: alterū uetādi. hoc amplius. ītro & intus loci aduerbia:

eo tamẽ intus:& ĩtro sũ solœcismi sũt:eadẽ in diuersitate ꝓnominum: interiectionũ:præpositionũ accident: Est etiã solœcismus in oratione cõprehẽsionis unius sequẽtiũ ac prioꝝ ĩter se ĩcõueniẽs positio. Quædã tamẽ & faciem solœcismi habẽt:& dici uitiosa nõ possũt:ut tragœdia: thyestes:& ludi floralia ac megalesia:q̃q̃ hæc sequẽti tẽpore ĩterciderũt: nũq̃ aliter a ueteribus dicta. Schemata igit̃ nominabunt̃ frequentiora quidem apud poetas:sed oratoribus quoq; ꝑmissa. Verum schema fere habebit aliquã ratione͂:ut docebimus eo quẽ paulo ãte ꝓmisimus loco. Sed hic quoq; quod schema uocat̃ si ab aliquo ꝑ ĩprudẽtiã factum erit: solœcismi uitio non carebit. In eadem specie sũt:sed schemate carẽt:ut supra dixi nomina fœminea quibus mares utũtur:& neutralia quibus fœminæ. Hactenus de solœcismo. neq;.n.artẽ grãmaticã cõponere agressi sumus:sed cũ ĩ ordinẽ ĩcurreret:ĩhonoratã trãsire noluimus. Hoc amplius ut institutũ ordinẽ sequar:uerba aut latina aut ꝑegrina sunt: ꝑegrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus:ut homines:ĩstituta etiam multa uenerunt. Taceo de tuscis & sabinis & prænestinis quoq;. nam ut eorũ sermone utentẽ Vectiũ Lucilius insectat̃:queadmodum Pollio deprehẽdit ĩ Liuio patauinitatẽ: licet omnia italica pro romanis habeã:plurima gallice ualuerũt:ut rheda & petoritũ quoq;:quoꝝ altero Cicero tamẽ: altero Horatius utit̃:& mappã quoq; usitatũ circo nomẽ: pœni sibi uendicãt & gurdos:quos pro stolidis accipit uulgus ex hispania duxisse originem audiui. Sed hæc diuisio mea ad græcum sermonẽ præcipue ꝑtinet. nã & maxima ex ꝑte romanus ĩde cõuersus ẽ:& cõfessis quoq; græce utimur uerbis:ubi nr̃a desũt:sicut illi a nobis nõnũq̃ mutuãt̃. Inde illa quæstio exorit̃: an eadẽ ratione ꝑ casus duci externa qua nostra cõueniat. At si repias grãmaticũ ueterũ amatorem: neget quicq̃ ex latina ratione mutãdũ: q̄a cũ sit apud nos casus ablatiuus quem illi nõ habent:parum cõueniat:uno casu nostro q̄nq; græcis uti: q̄n etiam laudet uirtutẽ eoꝝ: qui potẽtiorem facere linguã latinã studebant̃:nec alienis egere ĩstitutis fatebãtur. Inde castorem media syllaba producta ꝓnũciarũt:quia hoc nostris nominibus accedebat:quoꝝ prima positio in easdẽ quas castor litteras exit:& ut Palæmo ac Thelamo & Plato(nã sic eũ Cicero quoq; appellat)dicerẽt̃:retinuerũt. q̄a latini quod.o.&.n. litteris finiret̃ non repiebãt. Nec in.a.quidẽ atq;.s.litteras exire temere masculina græca nomina recto casu patiebant̃. Ideoq; & apud Cælium legimus pelia cincinatus: & apud Messalam bene fecit Euthia. & apud Ciceronẽ Hermagora. Nec miremur q̄ ab ãtiquoꝝ plerisq; Aenea & Anchisa sit dictus. Nã si ut Mœcenas:suffenas: asprenas dicerẽt̃: genitiuo casu nõ.e.littera sed.es. syllaba terminarẽtur. ĩ olympo & tyrãno acutã

mediā syllabā dederūt: quia duabus lōgis sequētibus primā breuē acui noster sermo nō patit᷑. Sic genitiuus Achilli & Vlyxi fecit: sic alia pluria. Nunc recentiores īstituerunt græcis nominibus græcas declinationes potius dare: quod tamē ipsum non sēper fieri potest. Mihi autē placet latinā rationē sequi: quousq; patit᷑ decor. Neq; enī iā Calipsonē dixerī ut Iunonē: q̄q̄ secutus antiquos. C. Cæsar utitur hac ratione declinādi. Sed auctoritatem cōsuetudo supauit. In cæterisq; poterunt utroq; nō indecenter afferi: qui græcam figuram sequi mallet: non latine quidem sed citra reprehēsionē loquet᷑. Sīplices uoces prima positione. i. natura sua cōstant: cōpositæ autē præpositionibus subiūgūt᷑: ut īnocēs īterdū: repugnātibus inter se duabus: quale ē īpterritus: alioqn possūt aliquādo continuari duæ: ut incōpositus recōditus: & quo Cicero utit᷑ subabsurdum: aut e duobus quasi corporibus coalescūt: ut maleficus. Nā ex tribus nostræ utiq; linguæ non concesserim: q̄uis capsis Cicero dicat cōpositum esse ex cape & siuis: & inueniāt᷑ qui lupcalia æque tres ptes orationis esse cōtēdant: quasi luere p caprū. nam solitaurilia iā psuasū ē esse sue oue & tauro. Et sane ita se habet sacrū quale apud Homerum quoq; est. Sed hæc nō tā ex tribus q̄ ex pticulis trium coeūt. Cæterū etiā ex præpositōne & duobus uocabulis dure uidet᷑ ītruxisse Pacuuius: nerei repandi rostrū incuruiceruicū pecus. Iungūtur autē aut ex duobus latinis integris: ut supfui & subterfugi: q̄q̄ ex integris an cōposita sint quærit᷑: aut ex integro & corrupto: ut maliuolus: aut ex corrupto & integro: ut noctiuagus: aut duobus corruptis: ut pedisequus: aut ex nr̄o & peregrino ut biclinium: cōtra ut epitogiū & āticato: aut ex duobus pegrinis: ut epirhediū. Nā cū sit præpositio epi græca rheda gallicū: nec græcus tamē nec gallus utit᷑ cōposito: romani suum ex utroq; alieno fecerunt. Frequēter autem præpositiones quoq; copulatio ista corrumpit: inde abstulit: aufugit: amisit: cum præpositio sit ab sola: & coit: cum sit præpositio con: sic ignaui & e re. p. & similia. sed res tota magis græcos decet: nobis minus succedit: nec id fieri natura puto: sed alienis fauemus: ideoq; cū cyrtauchēa mirati sumus: īcuruiceruicū uix a risu defēdimus. Propria sunt uerba cū id significāt in quod primo denominata sūt: translata cū aliū natura intellectū: aliū loco præbēt. Vsitatis tutius utimur. Noua nō sine quodam piculo fingimus. Nā si recepta sunt: modicā laudem afferunt oratori: repudiata etiā ī iocos exeūt. Audēdū tamen nāq; ut Cicero ait etiā quæ primo dura uisa sunt: usu molliūtur. Sed minime nobis concessa ē quis. n. ferat: siquid simile illis merito laudatis & fingere audeamus. Iam ne ballare quidem: aut hinnire fortiter diceremus: nisi iudicio

uetustatis niterentur: etiã sua loquẽtibus obseruatio: sua scribentibus: sermo constat rõne: uetustate: auctoritate: cõsuetudine. ratioñe præstat præcipue analogia: nõnunq̃ & ethimologia. uetera maiestas quædam: & ut sic dixerim religio cõmẽdat. auctoritas ab oratoribus uel historicis peti solet. Nã poetas metri necessitas excusat: nisi siquãdo nihil ĩpediẽte in utraq; modulatione pedũ alterũ malũt: qualia sũt in mole stirpe recisum: & aereæ quo congessere palumbes: & silice in nuda: & similia: cũ sũmorꝶ in eloquẽtia uirorũ iudiciũ pro ratione: & uel error honestus est magnos duces sequentibns. Consuetudo uero certissima loquendi magistra: utẽdũq; plane sermone: ut nũmo cui publica forma ẽ. Omnia tamen hæc exigunt acre iudicium. Analogia præcipue quam ꝓxime ex græco transferẽtes in latinũ ꝓportionẽ uocauerũt. Eius hæc uis est: ut id quod dubiũ ẽ ad aliqui l simile: de quo nõ queritᷣ: referat: ut incerta certis probet. Quod efficitᷣ duplici uia: cõpatione similium in extremis maxime syllabis: propter quod ea quæ sunt e singulis negãtur debere: rationem & dĩminutione. Compatio in noĩbus: aut genus deprehẽdit: aut declinatõnẽ. Genus ut si quæratᷣ funis masculinũ sit: an fœmininũ: simile illi sit panis. Declinatione: ut si ueniat in dubium: hac domu dicẽdum sit: an hac domo: & domum an domorꝶ. similia sunt domus: anus manus. Dĩminutio genus modo detegit. Et ne ab eodẽ exemplo recedam: funẽ masculinũ esse funiculus ostẽdit. Eadẽ ĩ uerbis quoq; rõ cõpationis: ut siquis ãtiquos secutus feruere breui media syllaba dicat: deprehẽdatur uitiose loqui: ꝙ omnia quæ. e. &. o. litteris fatendi modo terminãtᷣ: eadem si infinitis. e. litteram media syllaba acceperunt utiq; productã habẽt: prãdeo: pendeo: spondeo: prãdere: pẽdere: spõdere. At quæ. o. solam habent dũmõ ꝑ eãdem litteram in infinito exeant breuia fiũt: lego: dico: curro: legere: dicere: curere. Etiam si est apud Lucilium: feruit aqua & feruet: feruit nũc: feruet ad ãnũ. Sed pace dicere hominis eruditissimi liceat: si feruit putat illi simile currit & legit: feruo dicẽtur: ut curro & lego: quod nobis inauditũ est. Sed nõ est hæc uera cõpatio. nam feruit illi est simile seruit: quã ꝓportionem sequẽti dicere necesse est: feruire & seruire. Prima quoq; aliquãdo positio ex obliquis ĩuenitᷣ: ut memoria repeto cõuictos a me qui reprehenderãt: ꝙ hoc uerbo usus essem pepigi. Nam id quidem dixisse sũmos auctores cõfitebãtᷣ: rõnẽ tamẽ negabãt ꝑmittere: quia prima positio paciscor cũ haberet naturã patiẽdi faceret tempore præterito pactus sum: nos præter auctoritatem oratorꝶ atq; historicorꝶ analogia hoc quoq; dictũ tuebamur. Nam cum in. xii. tabulis legerimus ni ita pagunt: ĩueniebamus simile huic cadũt. Inde prima positio etiã si uestutate exoleuerat: apparebat pago ut cado:

unde nõ erat dubiũ: sic pepigi nos dicere ut cecidi. Sed meminerimus non p omnia duci analogiæ posse rõnem: cũ sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Quædã sine dubio conãť eruditi defendere: ut cũ deprehẽsũ est lepus & lupus simili positione quãtũ ĩ casibus numerisq; differẽtiãt: ita respõdẽt nõ esse paria: quia lepus epicœnũ sit: lupus masculinũ: q̃q̃ Varro ĩ eo libro quo initia romanæ urbis enarrat: lupum fœminã dicit: Ennium pictoremq; Fabiũ secutus. Illi aũt iidẽ cũ interrogãť. cur aper apri: & pater patris faciat: illud nomẽ positũ: hoc ad aliqd esse cõtẽdũt. Præterea quoniam utrunq; a græcis ductũ est: ad eã rõnẽ recurrunt: ut patris apri faciat. Illa tamẽ quomodo effugient ut nomina q̃uis fœminina sĩgulari noĩatiuo. us. finita: nunq̃ genitiuo casu in. ris. syllabã terminãtur. Faciat tamẽ uenus ueneris. Item cũ. es. litteris finita p uarios exeant genitiuos: nunq̃ tamen eadem. ris. syllaba terminatos ceres cogat dici cereris. Qui uero quæ tota positionis eiusdẽ ĩ diuersos flexus exeũt: cum alba faciat albanos & albensis: uolo uolui & uolaui. nam præterito quidem tẽpore uarie formari uerba prima psona. o littera terminata ipsa analogia confiteť. Siquidẽ facit cado cecidi: spõdeo spopõdi: pingo pinxi: lego legi: pono posui: frãgo fregi: laudo laudaui. Non. n. cũ primum fingerẽtur homines analogia dimissa cælo formã loquendi dedit: sed inuenta est postquã loquebantur: & notatũ ĩ sermone: quid quoq; modo caderet. itaq; nõ ratione nitiť: sed exẽplo: nec lex est loquẽdi sed obseruatio: ut ipsã analogiã nulla res alia fecerit q̃ consuetudo. Inhærẽt tamẽ quidam molestissima diligẽtiæ puersitate: ut audaciter potius dicãt q̃ audacter: licet omnes oratores aliud sequãť: ut emicauit nõ emicuit: & conire non coire. His pmittamus & audiuisse & sciuisse & tribunale & facilter dicere: frugalis quoq; sit apud illos nõ frugi: nam quo alio modo fiat frugalitas. Item centum milia nummũ & fidem deum ostendant: duplices quoq; solœcismos esse: quando & casum mutant & numerum. Nesciebamus enim ac non cõsuetudo & decori seruiebamus: sicut ĩ plurimis quæ Tullius in oratore diuine ut omnia exequitur. Sed Augustus quoq; in epistolis ad Cæsarem scriptis emendat: quod is calidum dicere q̃ caldum malit: non quia illud nõ sit latinum: sed quia sit odiosum: & ut ipse græco uerbo significauit at qui hanc quidem solã putant: quã ego minime excludo. Quid. n. tam necessariũ q̃ certa locutio: ĩmo ĩhærẽdũ ei iudico quoad licet: diu etiã mutãtibus repugnãdũ: sed abolita atq; abrogata retinere insolentiæ cuiusdam est: & friuolæ in paruis iactãtiæ. Multũ. n. litteratus qui sine aspiratione & pducta secũda syllaba salutauit: auere est enim: & calefacere dixerit potius q̃ quod dicimus & conseruauisse. Is

adiiciat face & dice & similia: recta est hæc uia: quis negat: sed alia est & mollior & magis trita. Ego tamen non alio magis angor: q̃ ꝙ obliquis casibus ducti: etiam primam sibi positionem non īuenire: sed mutare ꝑmittūt: ut cum ebur & robur ita dicta ac scripta ī sūmis auctoribus ī o. litteram secūdæ syllabæ transferūt: quia sit roboris & eboris: Sulphur autem & guttur. u. litteram in genitiuo seruent: ideoq; iecur etiam & fœmur cōtrouersū fecerunt: quod nō minus ē licentiosū: q̃ si. sulphuri & gutturi subiicerent: in genitiuo litteram. o. mediā quia esset eboris & roboris: sicut Antonius guifo: qui robur quidem & ebur atq; etiam marmur fatetur esse: uerū fieri uult ex his robura: ebura: marmura: ꝙ si aīaduerterēt litterarū affinitatē: scirēt sic ab eo quod ē robur roboris fieri: quomodo ab eo quod ē miles limes: militis limitis: iudex uīdex: iudicis uindicis: & quæ supra iā attigi. Quid nō similes quoq; ut dicebā positiones ī lōge diuersas figuras ꝑ obliquos casus exeūt: ut uirgo: Iuno: fusus: lusus: cuspis: puppis: & mille alia: cū illud etiā accidat: ut quædā uerbis etiam accidit: ut fero tuli: cuius præteritū ꝑfectum: & ulterius pluraliter nō dicāť: quædā cōtra singulari numero: quædā casibus careāt: quædā a primis statim positionibus tota mutētur: ut Iuppiter. Quod non īueniť: nec plurimū refert: nulla hæc an prædura sint. Nam quid progenies genitiuo singulari: quid species plurali faciet? Quomodo autē quire & ire uel ī præterita patiēdi modo uel in ꝑticipia trāsibūt? Quid de aliis dicam? cum senatus senatus senatui: an senatus senati senato faciat: incertum sit. Quare mihi non inuenuste dici uidetur: aliud esse latine: aliud grāmatice loqui. Hæc de analogia nimium. Etymologia quæ uerborum originē īquirit a Cicerone dicta est notatio: quia nomē eius apud Aristotelem īueniť: quod est nota: nam uerbū ex uerbo ductū est. ueriloquiū ipse Cicero qui finxit: reformidat. Sūt qui uim potius intuiti originationē uocēt. Hæc habet aliquādo usum necessariū: quotiens īterpretatione res de qua quæriť eget: ut cum. M. Cælius se esse hominem frugi uult probare: non quia abstinens sit (nam id me mentiri quidem poterat) sed quia utilis multis. i. fructuosus: ūde sit dicta frugalitas. Ideoq; ī diffinitionibus assignať etymologiæ locus: nonnunq̃ etiam barbara ab emendatis conať discernere: ut cū triquetrā dici Siciliam: an triquedram meridiem: an meridiē oporteat quæriť. Aliquādo cōsuetudini seruit: cōtinet autem in se multam eruditionē: siue illa ex græcis orta tractemus quæ sunt plurima: præcipueq; æolica rōne: cui ē sermo noster simillimus: declinata: siue ex historiarū ueterū notitia nomina hominū: locoꝝ: gentiū: urbium requiramus: ūde bruti publicolæ: pithici: cur latium italia: beneuentū: quæ capitoliū & collē

quirinalē & argilentum appellādi rō. Iā illa minora in quibus maxime studiosi eius rei fatigāt̄: quæ uerba paulū declinata uarie & multipliciter ad ueritatem reducunt: aut correptis: aut porrectis: aut adiectis: aut detractis: aut pmutatis litteris syllabis ue. Inde prauis īgeniis ad fœdissima usq; ludibria dilabuntur. Sit. n. cōsul a cōsulendo uel a iudicādo. Nā & hoc cōsulere ueteres uocauerūt. Vnde adhuc remanet illud rogat boni cōsulas. i. bonum iudices: senatui nomē dederit ætas: nam iidem patres sūt: & rex & rector: & alia plurima īdubitata: nec abnuerī regulæ regulæq; similium his rationē. Iā sit & classis a calādo: & lepus leuipes: & uulpes uolipes: & etiam interpretationē rectā sequēdam i ꝓbandam contrariā: ne a cōtrariis aliq̄ sinamus trahi: ut lucus quia umbra opacus parum luceat: & ludus quia sit lōgissime ab lusu. & ditis quia minime diues: etiam ne hominē appellari quia sit humo natus: quasi uero non omnibus animalibus eadem origo: aut illi primi mortales ante nomē imposuerint terræ q̄ sibi. & uerba ab aere uerberato pgamus: sic peruenimus eo usq; ut stella luminis stila credatur: cuius etymologiæ auctorē clarū sane ī litteris nominari in ea pte qua a me reprehēdit̄: īhumanū est. qui uero talia libris cōplexi sunt: nomina sua ipsi inscripserunt: īgeniosēq; uisus ē Caius cælibes dicere ueluti cælites: quod onere grauissimo uacent: idq; græco argumēto iuuit enim eadem de causa dici affirmant: nec ei cedit molestis ī īuentione. Nam quia Cælio Saturnus genitalia absciderit: hoc nomine appellatos: qui uxore careāt: ait. L. Aelius pituitā quia petit uitā. Sed cui nō post Varronē sit uenia? qui agrum: ꝙ in eum agatur aliquid: & græculos quia græcatim uolēt: dictos Ciceroni psuadere uoluit (ad eū enī scribit) cū alterū ex græco sit manifestum duci: alterum ex uocibus auium: sed hoc tanti fuit uertere: ut merula: quia sola uolat: quasi mera uolans nominaret̄. Quidam nō dubitauerūt etymologiæ subiicere omnē nominis causā: ut ex habitu: quēadmodum dixi: longos & rufos ex sono strepere murmurare: etiam deriuata: ut a uelocitate dicitur uelox: & composita pluraq; his similia: quæ sine dubio aliunde originem ducunt: sed arte non egent. Cuius in opere non est usus nisi in dubiis.

DE Vetustate.

VErba & a uetustate repetita non solum magnos assertores habent: sed etiā afferunt orationi maiestatē aliquā nō sine delectatione: nā & auctoritatem antiquitatis habent: & quia intermissa sūt: gratiam nouitati similem parant. Sed opus est modo: ut neq; crebra sint hæc: nec manifesta: quia nihil est odiosius affectatione: nec utiq; ab ultimis etiam oblitteratis repetita temporibus: qualia sunt toppet & antegerio:

& exanclare: & prosapia: & saliorũ carmina uix sacerdotibus suis satis intellecta. Sed illa mutari uetat religio: & cõsecratis utendum ẽ. Oratio uero cuius sũma uirtus est pspicuitas: q̃ sit uitiosa si egeat interprete. Ergo ut nouorꝝ optima erunt maxime uetera: ita ueterũ maxime noua. Similis circa auctoritatem ratio. Nã etiã si potest uideri: nihil peccare: qui utitur his uerbis: quæ sũmi auctores tradiderũt: multũ tamẽ refert: non solum qd dixerint: sed etiã quid psuaserĩt. Neq;. n. tiburchiãbũdũ & lurchiãbũdum iã in nobis quisq̃ ferat. Licet Cato sit auctor: nec hos lodices: q̃q̃ id Pollioni placeat: nec gladiolã: atq Messalla dixit: nec parricidatum: quod ĩ Cælio uix tolerabile uidetur: nec collos mihi Caluus psuaserit: quæ nec ipsi iam dicerent.

DE Consuetudine ueteris sermonis.

SVperest igitur cõsuetudo: nã fuerĩt pene ridiculũ malle sermonẽ: quo locuti sint homines: q̃ quo loquãtur. & sane quid est aliud uetus sermo: q̃ uetus loquẽdi cõsuetudo. Sed huic ipsi necessarium est iudicium: constituẽdumq; ĩ primis idipsũ: quid sit quod cõsuetudinẽ uocemus: quæ si ex eo quod plures faciũt: nomẽ accipiat: piculosissimũ dabit præceptum: nõ orationi modo: sed quod maius ẽ uitæ. Vnde n. tantũ boni: ut pluribus quæ recta sũt placeant. Igitur ut uelli: & comã ĩ gradus frãgere: & in balneis perporare quãlibet hæc ĩuaserint ciuitatẽ: nõ erit cõsuetudo: quia nihil horꝝ caret reprehẽsione: at lauamur & tõdemur & conuiuimus ex cõsuetudine. Sic in loquẽdo: non siquid uitiose multis insederit: pro regula sermonis accipiẽdũ erit. Nam ut transeam quẽadmodum uulgo imperiti loquuntur: tota sæpe theatra: & omnem circi tbã exclamasse barbarescimus. Ergo cõsuetudinẽ sermonis uocabo cõsensum eruditorꝝ: sicut uiuendi consensum bonorũ.

DE Ortographia.

NVnc quoniam diximus quæ sit loquendi regula: dicendum quæ scribentibus custodiẽda: quod græci orthographiam uocant: nos recte scribẽdi sciẽtiã nominemus: cuius ars nõ ĩ hoc posita ẽ: ut nouerimus quibus quæq; syllaba litteris constet. Nã id quidẽ ĩfra grãmatici officium est: sed totam (ut mea fert opinio) subtilitatem ĩ dubiis habet: ut longis syllabis omnibus apponeret apicem: ineptissimum est: quia plurimæ natura ipsa uerbi quod scribit patent: sed interim necessariũ cum eadem littera alium atq; aliũ ĩtellectũ prout correpta uel pducta est facit: ut malus utrum arborem significet: an hominem non bonum apice distĩguit: palus aliud priore syllaba lõga: aliud sequẽti significat: & cum eadem littera nominatiuo casu breuis: ablatiuo longa est: utrum sequamur plerunq; hac nota monẽdi sumus. Similiter putauerũt illa

quoq; seruādi discrimina : ut ex præpositionem:si uerbum sequeretur: specto abiecta secundæ syllabæ.s.littera: expecto: sed si pecto remota.s. scriberemus. Illa quoq; seruata est a multis differentia: ut ad: cum esset præpositio.d.litteram: cum autem coniunctio.t.acciperet. Itéq; cum si tépus significaret p.q.si comité p.c. Si uero quū p.q.ac duas sequētes uu.scriberetur. Frigidiora his alia: ut quicquid.c.quartam haberet : ne īterrogare bis uideremur. Et quotidie nō cotidie: ut sit quot diebus. Verꝝ hæc iā etiā īter ipsas īeptias euanuerūt. Quæri solet in scribēdo præpositiones sonum qué iunctæ efficiunt : an qué sepatæ obseruare cōueniat: ut cū dico obstinuit: secundā enim.b.litteram ratio poscit: aures magis audiūt.p. Et immunis illud.n.quod ueritas exigit sequētis syllabæ sono uictum.m.gemina cōmutātur. Est etiā in diuidēdis uerbis obseruatio mediam litterā cōsonātē priori: an sequēti syllabæ adiūgas. Aruspex.n. quia pars eius posterior a spectando est.s.litteram tertiæ dabimus: abstemius qa ex abstinentia temeti cōposita uox ē: primæ relinquetur. Nā k.quidem in nullis uerbis utēdum puto : nisi quæ significant etiam ut sola ponatᷣ: hoc eo nō omisi: quod qdā eā quotiēs.a.sequatur necessariā credunt: cū sit.c.littera quæ ad omnes uocales uim suam pferat. Verū orthographia quoq; cōsuetudini seruit: ideoq; sæpe mutata est. Nā illa uetustissima transeo tēpora: quibus & pauciores litteræ: nec similes his nostris earū formæ fuerunt: & uis quoq; diuersa sicut apud græcos .o. littera: quæ interim longa ac breuis: ut apud nos: īterī pro syllaba: quā nomine suo exprimit: posita ē: & latinis ueteribus.d.plurimis in uerbis ultimam adiectam : quod manifestum est etiam ex colūna rostrata quæ est iulio in foro posita. Interī.g.quoq; ut in puluinari solis qui colitᷣ iuxta ædē Quirini uesperug: quod uesperuginē accipimus. de mutatione etiā litterarꝝ de qua supra dixi: nihil repetere hic necesse. Fortasse enī sicut scribebāt: etiam ita loquebātur. Semiuocales geminare diu nō fuit usitatissimi moris: atq; e cōtrario usq; ad actiū & ultra porrectas syllabas geminis ut dixi uocalibus scripserunt: diutius durauit: ut.e.i.iūgendis eadem rōne : qua græci ei uterentᷣ: ea casibus numerisq; discreta est: ut Lucilius præcipit. Iam puere uenere.e.postremū facito: atq;.i.ut puerei plures fiant : ac deinceps. idem mendaci furiq; addes.e.cum dare furi iusseris: quid quod quidem cum supuacuū est: quia .i.tā lōgæ ꝙ breuis naturā habet tum īcomodū aliquādo. Nā in iis quæ ꝓximā ab ultima litterā : e.habebunt: &.i.longa terminabuntur: illam rōnem sequentes utemur.e.gemina: qualia sunt hæc auri: argēti: & similia. Idq; iis præcipue qui ad lectionem īstituentur : etiam impedimēto erit: sicut ī græcis accidit adiectione.i.litteræ : quā nō solum datiuis casibus ī pte ultima

ascribunt:sed quibusdā etiā interponūt:ut ī qa etymologia ex diuisione ī trisyllabis facta desideret eam litteram syllabam:cuius secūdam nūc.e.litteram ponimus uarie p.a.&.i.efferebat. Quidā sēp ut græci quidā singulariter tantum:cū in datiuū uel genitiuū casum īcidissēt: Vnde pictai uestis & aulai Virgilius amantissimus uetustatis carminibus īseruit. In iisdē plurali numero.e.utebāt:his Syllæ Galbæ. Est ī hac quoq; pte Lucilii præceptū ꝙ qa pluribus explicat uersibus: siquis parum credat apud ipsū ī nono requirat. Quid quod Ciceronis temporibus paulūq; īfra fere quotiens.s.littera media uocaliū lōgarū: uel subiecta lōgis esset:geminabit:ut caussæ: cassus:diuissiones:quomodo & ipsū & Virgiliū quoq; scripsisse manus eoꝝ docēt:atq paululū supiores etiam illud quod gemina dicimus:iussi una dixerunt: etiam optimus maximus:ut mediā.i.litterā quæ ueteribus.u.fuerat acciperēt C.primū Cæsaris īscriptione tradit factū.here nūc littera terminamus: at ueterum comicoꝝ adhuc libris inuenio heri ad me uenit:quod idē ī epistolis Augusti:quas sua manu scripsit aut emendauit deprehēdit. Quid non Cato censorius dicam & faciam: dicē & faciē scripsit:eūdēq; in cæteris:quæ similiter cadunt modum tenuit:quod ex ueteribus eius libris manifestum est. Et a Messalla in libro de.s.littera positum sibe & quase scriptum in multorum libris est. Sed an hoc uoluerint auctores nescio. T.liuiū ita his usū ex Pediano cōperi: qui & ipse eū sequebat: hæc nos.i. littera finimus. Quid dicam uortices & uorsus cæteraq; ad eundem modum: quæ primo Scipio africanus in.e.litteram secūdam uertisse dicit:nostri præceptores ceruū seruūq;.u.&.o.litteris scripsērt: quia subiecta sibi uocalis in unū sonū coalescere:& cōfundi nequiret: nūc.u.gemina scribūt ea ratione quā reddidi: neutro sanē modo uox quam sentimus efficitur. Nec īutiliter Claudius æolicam illam ad hos usus.f.litterā adiecerat. Illud nūc melius:quod cui tribus quas ꝓposui litteris enotamus: in quo pueris nobis ad pinguem sane sonum quoi ut bit tantum:ut ab illo qui distīgueretur. Quid quæ scribūt aliter q̄ enūciantur. Nam & Caius.c.littera notat:quæ īuersa mulierē declarat: quia tam caias esse uocitatas:q̄ caios etiā ex nuptialibus sacris apparet. Nec Cneus eā litteram ī prænominis nota accipit:qua sonat: & colūna & consules exēpta.n.littera legimus:& subura cū tribus litteris notat: e.tertiam ostendit. Multa sunt generis huius. Sed hæc quoq; uereor:ne modū tā paruæ quæstionis excesserint. Iudiciū autem suū grāmaticus interponat his omnibus. Nam hoc ualere plurimum debet. Ego uero quod consuetudo obstinuerit:sic scribendum quicq; iudico quomodo sonat. Hic.n.est usus litterarum ut custodiant uoces: & uelut depositū

reddant legẽtibus. Itaq; id exprimere debent: quod dicturi sumus. Hæ fere sũt emẽdatæ loquẽdi scribẽdiq; partes: duas reliquas significanter ornateq; dicẽdi: nõ eqdẽ grãmaticis aufero. Sed cũ mihi officia rhetoris supsint: maiori operi reseruo. Redit autẽ illa cogitatio quosdam fore q hæc quæ diximus parua nimium: & impedimeta quoq; maius aliquid agendi putẽt: nec ipse usq; ad extremã anxietatẽ: & ĩeptas cauillationes descendendum: atq; his ingenia cõcidi: & comminui credo. Sed nihil ex grãmatica nocuerit: nisi quod supuacuũ ẽ. An ideo minor ẽ. M: Tullius oratorq; idem artis huius dilligẽtissimus fuit: & in filio ut in epistolis apparet recte loquẽdi usq; quaq; asper quoq; exactor: aut ui. C. Cæsaris fregerũt editi de analogia libri: aut ideo minus Messalla nitidus: quia quosdam totos libellos: non de uerbis modo singulis: sed etiam litteris dedit: nõ obstãt hæ disciplinæ p illas eũtibus: sed circa illas hærẽtibus. Supest lectio in qua puer ut sciat: ubi suspendere spiritum debeat: quo loco uersum distinguere: ubi claudatur sensus: unde incipiat: quando attollẽda uel submittẽda sit uox: qd quoq; flexu: qd lẽtius: cõcitatius: celerius: lenius dicendũ: demõstrari nisi in opere ipso nõ potest. Vnũ est igitur quod in hac parte præcipiam: ut omnia ista facere possit: ĩtelligat. Sit autẽ ĩ primis lectio uirilis: & cũ suauitate quadã grauis: & nõ quidẽ prosæ similis: quia carmẽ ẽ: & se poetæ canere testãtur: nõ tamẽ in cãticũ dissoluta: nec plasmate: ut nunc a plerisq; fit effœminata. De quo genere optime. C. Cæsarem prætestatũ adhuc accepimus dixisse: si cãtas male cãtas: si legis cantas: nec prosopopeias: ut quibusdã placet ad comicũ morẽ pnũciari uelĩ. Esse tamẽ flexũ quẽdã quo distinguãt ab his: ĩquibus poetæ psona sua utetur. Cætera admonitione magna egẽt imprimis: ut teneræ mẽtes tracturæq; altius quicquid rudibus: & oĩum ignaris insederit: nõ modo quæ diserta: sed uel magis quæ honesta sũt discant. Ideoq; optime institutũ est: ut ab Homero atq; Virgilio lectio inciperet: q̃q̃ ad ĩtelligendas eo℞ uirtutes firmiori iudicio opus esset. Sed huic rei supest tempus: nec. n. semel legẽtur. Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat: & ex magnitudine re℞ spiritũ ducat: & optimis imbuatur: utiles tragœdi: alũt & lyrici: si tamen in iis non auctores modo: sed etiam partes operis elegeris. Nam & græci licenter multa: & Horatium in quibusdam nolim ĩterpretari. Elegia uero utiq; quæ amat: & endecasyllaba: & quibus sũt commata sotadeo℞. Nã de sotadeis ne præcipiẽdum quidem ẽ: admoneãt: si fieri potest: si minus certe ad firmius ætatis robur reseruẽtur. Comœdia quæ plurimum ad eloquẽtiam conferre potest: cũ p omnes & psonas & affectus eat: quẽ usum in pueris putem: paulo post suo loco dicam. Nam cum mores ĩ

tuto fuerint īter præcipue legēda erit : de Menandro loquor: nec tamen excluſerim alios. Nam latini quoq; auctores afferēt utilitatis aliquid. Sed pueris quæ maxime īgeniū alant : atq; animū augeant prælegēda: cæteris: quæ ad eruditionē modo ptinēt: lōga ætas ſpatiū dabit. Multū autē ueteres etiā latini cōferūt : q̄q̄ pleriq; plus ingenio q̄ arte ualuerūt. In primis copiā uerboꝝ: quoꝝ ītragœdiis grauitas: ī comœdiis elegātia. Et qdā uelut atticiſmos inueniri poteſt : œconomia quoq; ī his diligētior q̄ in pleriſq; nouoꝝ erit : q omniū opeꝝ ſolā uirtutē ſētētias putauerūt. Sanctitas certe & ut ſic dicam uirilitas ab his petēda: quādo nos in oīa deliciaꝝ uitia dicēdi quoq; rōne deflexímus: deniq; credamus ſummis oratoribus qui ueterum poemata uel ad fidē cauſaꝝ uel ad ornamētum eloquentiæ aſſumūt. Nam præcipue quidem apud Ciceronē: frequēter tamē apud Aſiniū etiā & cæteros: qui ſūt pximi. Vidimus Ennii: Actii: Pacuuii : Lucilii: Terētii: Cecilii: & alioꝝ īſeri uerſus ſūma nō eruditōis modo gratia : ſed etiā iucūditatis cū poetis uoluptatibus aures a forenſi auctoritate reſpirāt: quibus accidit non mediocris utilitas cū ſententiis eoꝝ uelut quibuſdam teſtimoniis: quæ propoſuere confirment. Verū priora illa ad pueros magis: hæc ſequētia ad robuſtiores ptinebūt. Cum grāmatices amor & uſus lectionis nō ſcholaꝝ tēporibus: ſed uitæ ſpatio terminet̄: in prælegēdo grāmaticus: & illa qdē minora præſtare debebit: ut ptes orationis reddi ſibi ſoluto uerſu deſideret: & pedum pprietates: quæ adeo debēt eſſe notæ in carminibus: ut etiā in oratoria cōpoſitione deſiderent̄: deprehendātq; quæ barbara : quæ īppria: quæ cōtra legem loquendi ſūt poſita: nō ut ex his utiq; improbentur poetæ: qbus quia plerunq; ſeruire metro coguntur : adeo ignoſcitur: ut uitia ipſa aliis in carmine appellationibus nominent̄. Metaplaſmus.n.& ſchematiſmus & ſchemata ut dixi uocamus: & laudem uirtutis neceſſitati damus. Sed ut cōmoueat artificilialium & memoriam agitet. Id quoq; inter prima rudimēta nō inutile demōſtrare : quot quæq; uerba modis ītelligenda: ſit circa gloſſemata etiā.i.uoces minus uſitatas nō ultima eis pfeſſionis diligētia eſt. Enimuero maiore cura iā doceat tropos omnes: quibus præcipue non poema modo: ſed etiā oratio ornatur: ſchemata utraq;.i. figuras quæq; lexeos: quæq; dianœas uocāt̄ : quoꝝ ego ſicut troporum tractatū in eū locū differo: quo mihi de ornatu orationis dicendū erit. Præcipue uero illa infigat animis quæ ī œconomia uirtus: quæ ī decore rerū: quid pſonæ cuiq; cōuenerit: quid ī ſēſibus laudādū: quid ī uerbis ubi copia probabilis: ubi modus. his accedet enarratio hiſtoriaꝝ: diligēs quidem illa nō tamē uſq; ad ſupuacuū laborem occupata. Nā receptas: aut certe claris oratoribus memoratas expoſuiſſe ſatis eſt: pſequi quidē

quod qſq; unq̃ uel cōtēptiſſimo℞ hominū dixerit : aut nimiæ miſeriæ: aut īanis iactātiæ ē:& detinet atq; obruit īgenia melius aliis uacatura. Nā q omnes etiā īdignas lectione ſcedas excutit:anilibus quoq; fabulis accōmodare operam poteſt : atqui pleni ſunt eiuſmodi impedimentis grāmatico℞ cōmētarii:uix ipſis q cōpoſuerūt:ſatis noti . Nā Didymo quoq; quo nemo plura ſcripſit: accidiſſe comptū eſt : ut cum hiſtoriæ cuidā tāq̃ uanæ repugnaret:ipſius ꝓfiteretˈ liber :qui eam continebat: quod euenit præcipue in fabuloſis uſq; ad ridicula quædā etiā pudēdā: unde improbiſſimo cuiq; pleraq; fingendi licentia eſt: adeo ut de libris totis & auctoribus ut ſuccurrit: mentiatˈ tuto:quia īueniri q nūq̃ fuere nō poſſūt .Nam ī notioribus frequētiſſime deprehendūtˈ a curioſis.Ex quo mihi inter uirtutes grāmatici habebitur aliqua neſcire.

DE Officio grāmatici:& quæ primordia ſint dicendi .

ET finitæ quidē ſunt ptes duæ:quas hæc profeſſio pollicetˈ.i.ratio loquēdi:& enarratio aucto℞ :qua℞ illā methodicen:hāc hiſtoricē uocāt.adiiciamus tamē eo℞ curæ quædā dicēdi primordia:qbus ætates nōdū rhetorē capiētis īſtituāt. Igitˈ Aeſopi fabellas:quæ fabulis nutriculaℛ proxime ſuccedūt:narrare ſermone puro:& nihil ſe ſupra modū extollente:deinde eandē gracilitatē ſtilo exigere cōdiſcāt: uerſus primo ſoluere:mox mutatis uerbis īterpretari :tū periphraſi audacius uertere: qua & breuiare quædā : & exornare ſaluo modo poetæ ſēſu pmittitur: Quod opus etiā cōſumatis ꝓfeſſoribus difficile : q cōmode tractauerit cuicūq; diſcēdo ſufficiet . Sētētiæ quoq; & chriæ & ethologiæ ſubiectis docto℞ rōnibus apud grāmaticos ſcribātˈ: qa īitiū ex rōne ducūt:quo℞ omniū ſimilis ē ratio:forma diuerſa:qa ſētētia uniuerſalis ē: uox ethologia pſonis cōtinetˈ. chria℞ plura genera tradūtˈ. unū ſimile ſentētiæ: quod ē poſitū in uoce ſīplici:dixit ille : aut dicere ſolebat.alte℞ quod ē ī reſpōdēdo interrogatus ille:uel cū hoc ei dictū eſſet reſpōdit. Tertiū huic nō diſſimile:cū quis nō dixiſſet:ſed aliquid feciſſet:etiā ī ipſorum factis chriā putāt: ut Crates cū īdoctū pue℞ uidiſſet:pædagogum eius pcuſſit.Et aliud pene par ei: q tamē eodē nomine appellare nō audēt: ſed dicūt ut Milo: quē uitulū aſſueuerat ferre:taurū ferebat. In his oībus & decliātio p eoſdē ducitˈ caſus :& tā facto℞ q̃ dicto℞ rō ē. Narratiunculas a poetis celebratas notitiæ cauſa:nō eloquētiæ tractādas puto.Cætera maioris operis:ac ſpiritus latini præceptores relinquendo neceſſaria grammaticis fecerunt.Græci magis operum ſuorum :& onera & modū norūt. An Oratori futuro neceſſaria ſit pluriū artiū ſciētia.

HAec de grāmatica q̃breuiſſime potui:nō ut omnia dicerē ſectatus: quod īfinitū erat:ſed ut maxime neceſſaria .nūc de cæteris artibus

qbus ĩſtituẽdos priuſq̃ rhetori tradãt̃ pueros exiſtimo : ſtrictĩ ſubiũgã ut efficiat̃ orbis ille doctrinæ:quã græci uocant.
Nã iiſdẽ fere ãnis aliaꝝ quoq; diſciplinaꝝ ſtudia ĩgrediẽda ſũt:quæ qa ipſæ artes ſũt & eſſe pfectæ ſine orãdi ſciẽtia nõ poſſunt: nec rurſus ad efficiẽdũ oratorẽ ſatis ualẽt ſolæ:an ſint huic operi neceſſariæ:quæritur. Nã qd ĩquiũt ad agẽdã cauſã:dicẽdã ue ſẽtẽtiã ptinet ſcire:queadmodũ ĩ data linea cõſtitui triãgula æquis lateribus poſſĩt: aut quo melius uel defẽdet reũ:uel reget cõſilia:q cytharæ ſonos nõibus & ſpacii diſtĩxerit: enumerẽt fortaſſe multos q̃libet utiles foro:qui nec geometrẽ audiuerĩt: nec muſicos: niſi hac cõmuni uoluptate auriũ ĩtelligant. Quibus ego primũ hoc reſpõdeo: quod &.M.Cicero ſcripto ad Brutũ libro frequẽtius teſtat̃: nõ enĩ a nobis ĩſtitui oratorẽ qui ſit aut fuerit:ſed imaginẽ quãdam cõcepiſſe:nos animo pfecti illius ex nulla pte ceſſantis. Nam ſapiẽtem formãtes eũ : qui ſit futurus cõſumatus undiq; : & ut dicunt mortalis quidã deus:nõ modo cognitione ea cæleſtium uel mortalium putãt ĩſtituẽdũ : ſed per quædã parua ſane ſi ipſa demum exiſtimes: ducũt:ſicut exquiſitas ĩterĩ ãbiguitates: nõ qa ceratine aut cocodriline poſſint facere ſapientem : ſed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Similiter oratorem qui debet eſſe ſapiens : non geometres faciet aut muſicus: quæq; his alia ſubiungam. Sed hæ quoq; artes ut ſit cõſumatus iuuabũt:niſi forte Antiodotũ quidẽ atq; alia:quæ oculis aut uulneribus medent̃ ex multis atq; interim cõtrariis quoq; inter ſe effectibus cõponi uidemus.Quoꝝ ex diuerſis fit illa mixtura una:quæ nulli eaꝝ ſimilis eſt:qbus cõſtat: ſed proprias uires ex omnibus ſumit: & muta animalia mellis illum ĩmutabilẽ humanæ rõni ſaporem uario floꝝ ac ſuccoꝝ genere pficiũt:nos miramur ſi oratio:qua nihil præſtãtius homini dedit ꝓuidentia pluribus artibus eget : quæ etiã cũ ſe non oſtendũt in dicendo:nec ꝓferũt:uim tamen occultã ſuggerũt :& tacite quoq; ſentiũt̃:fuit aliquis ſine his diſertus : at ego oratorem uolo non multũ adiiciũt:ſed utiq; nõ erit totũ : cui uel pua deerũt:& optimum quidem hũc eſſe cõueniet.Cuius etiam ſi in arduo ſpes eſt : nos tamen præcipiamus omnia:ut ſaltẽ plura fiãt.Sed cur deficiat animus:natura enĩ pfectũ oratorẽ eſſe nõ prohibet:Turpiterq; deſperat̃ quicquid fieri poteſt.

DE Muſice & eius laudibus.

AT quæ ego uel iudicio ueteꝝ poterã eſſe cõtentus.Nã quis ignorat muſicẽ:ut de hac primũ loquar tantũ illis iã antiquis tẽporibus: non ſtudii modo:ueꝝ etiam uenerationis habuiſſe: ut iidem muſici & uates & ſapiẽtes iudicarent̃.Mittam alios Orpheus & Linus:quorum utrũq; diis genitum:alterum uero ꝙ rudes quoq; atq; agreſtes animos

admiratione mulceret:non feras modo : sed saxa etiā siluasq; duxisse: posteritatis memoriæ traditū ē. Et Timagenes auctor ē oīum ī litteris studiorꝝ:antiquissimā musicem extitisse. Et testimonio sūt clarissimi poetæ:apud quos inter regalia cōuiuia laudes heroū:ac deorꝝ ad citharā canebāt.Iopas ille Virgilii: Nōne canit errātem lunam solisq; labores: & cætera: quibus certe palam cōfirmat auctor eminentissimus musicē: cū diuinarꝝ etiā rerū cognitione esse cōiūctā:quod si datū erit etiā oratori necessaria: siquidē ut diximus: hæc quoq; ps quæ ab oratoribus relicta a phīs ē occupata:nostri operis fuit:ac sine omniū talium scientia non potest esse pfecta eloquētia. Atq; claros nomine sapientiæ uiros nemo dubitauerit:studiosos musicæ fuisse:cū Pytagoras atq; eū secuti acceptā sine dubio antiquitus opinionem: uulgauerūt mūdu ipsū eius ratione esse cōpositū:quā postea sit lyra imitata:nec illa modo cōtēti dissimilium concordia:quā uocāt harmoniam:sonū quoq; his motibus dederūt. Nam Plato cū in aliis quibusdam :cum præcipue in timeo:ne intelligi quidem nisi ab iis qui hanc quoq; ptem disciplinæ diligēter pceperint potest. Quid de phīs loquor : quorꝝ fons ipse Sorates iā senex īstitui lyra nō erubescebat:duces maximos & fidibus & tibiis cecinisse traditū est : exercitus lacedæmoniorꝝ musicis accēsos modis.Quid autē aliud ī nostris legionibus cornua ac tubæ faciunt : quorꝝ cōcentus:quātum est uehementior:tātū romana ī bellis gloria cæteris præstat.Nō igitur frustra Plato ciuili uiro:quem uocāt:necessariā musicem credidit:& eius sectæ: quæ aliis seuerissima:aliis asperrima uidetur:prīcipes in hac fuere sententia:ut existimarent sapiētū aliquos non nullam operā his studiis accomodaturos& Lycurgus durissimarꝝ lacedæmoniis legū auctor:musices disciplinam probauit :atq; eam natura ipsa uidetur ad tolerādos facilius labores: uelut numeri nobis dedisse. Siquidem & remigem cantus hortatur:nec solū ī his opibus:in quibus pluriū conatus: præeūte aliqua iucūda uoce cōspirat: sed etiā singulorꝝ fatigatio qlibet se rudi modulatione solatur:laudē adhuc dicere artis pulcherrimæ uideor: nōdum tamē eam oratori cōiungere. Transeamus igitur id quoq; quod grāmaticæ quōdam ac musicæ iunctæ fuerūt. Siquidem Architas atq; Aristoxenus etiā subiectā grammaticem musicæ putauerūt: & eosdem utriusq; rei præceptores fuisse :cū Sophron ostēdit mimorum quidem scriptor. Sed quē Plato adeo probauit:ut suppositos capiti libros eius cū moreretur habuisse tradatur: tum Eupolis apud quem prodamus : & musicē & litteras docet.Et Maricas :qui ē hypbolus:nihil se ex musicis scire:nisi litteras cōfitetur. Aristophanes quoq; non uno libro sic īstitui pueros ātiqtus solitus esse demōstrat. Et apud Menādrū ī hypolimeo

senex q reposcenti filiũ patri uelut rõnẽ impendioꝝ: quæ ĩ educatione contulerat opponens se psaltris & geometris multa dicit dedisse. Vnde etiã ille mos ut ĩ cõuiuiis post cœnã circũferret lyra: cuius cũ se imperitũ Themistocles cõfessus esset: ut uerbis Ciceronis utar: habitus ẽ ĩdoctior. Sed ueterum quoq; romanoꝝ epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoq; salioꝝ habent carmẽ. Quæ cũ omnia sint a Numa rege ĩstituta: faciũt manifestũ: ne illis quidẽ qui rudes ac bellicosi uidet̃ curã musices: quãtam illa recipiebat ætas defuisse. Deniq; ĩ prouerbiũ usq; græcoꝝ celebratũ ẽ: indoctos a musis atq; gratiis abesse. Verum quid ex ea proprie petat futurus orator disseramus. Numerus musicæ habet duplices: ĩ uocibus & in corpore: utriusq; enim rei aptus quidã modus desiderat̃: uoces rõnem Aristoxenus musicus diuidit in quoꝝ alteꝝ modulatione canore: alteꝝ ac sonis cõstat. Nũ igit̃ hæc omnia oratori necessaria: quoꝝ unũ ad gestũ: alterum ad collocationẽ uerboꝝ: tertium ad flexus uocis: qui sũt in agendo quoq; plurimi ꝑtinet: nisi forte in carminibus tantum & in canticis exigitur structura quædã: & ĩ offensa copulatio uocum: & in agendo supuacua est: aut nõ compositio & sonus in oratione quoq; uarie pro reꝝ modo adhibet̃: sicut in musice. Nãq; & uoce & modulatione grandia elate: iucũda dulciter: moderata leniter canit: totaq; arte cõsentit: cũ eoꝝ quæ dicũt̃ affectibus. Atqui in orando quoq; intensio uocis: remissio flexus ꝑtinet ad mouẽdos audientiũ affectus. Aliaq; & collocationis & uocis: ut eodẽ utar uerbo: modulatione cõcitationẽ iudicũ alia misericordiã petimus: cũ etiã organis: quibus sermo exprimi non potest: affici ãimos ĩ diuersũ habitũ sentẽtiamus. Corporis quoq; decens & aptus motus qui dcit̃ est necessarius: nec aliunde peti põtest: in quo pars actionis nõ minima cõsistit: qua de re sepositus nobis ẽ locus. age si habebit in primis curã uocis orator: quid tã musices ꝓpriũ. Sed ne hæc quidem præsumẽda pars ẽ: ut uno interĩ cõtẽti simus exemplõ. C. Gracchi præcipui suoꝝ tẽpoꝝ oratoris: cui cõcionãti cõsistẽs post eũ musicus fistula: quam tonarion uocant: modos quibus deberet intendi ministrabat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones uel terrẽti optimates: uel iã timẽti fuit. Libet propter quosdã imperitiores etiã crassiore: ut uocãt musa dubitationem huius utilitatis eximere: nam poetas certe legẽdos oratori futuro concesserint. Num igit̃ hi sine musice: at siquis tam cæcus animi est: ut de aliis dubitet: illos certe carmina ad lyram cõposuerũt. Hæc diutius forent dicenda: si hoc studium uelut nouum ꝑciperẽ. Cũ uero antiquitus usq; a Chirone: atq; Achile usq; ad nostra tẽpora apud omnes: qui modo legitimã disciplinã nõ sit posi durauerit

non est cómittédũ:ut illa dubia faciã defensionis solicitudine. Quãuis autem satis iam ex ipsis quibus sum modo usus exemplis: credam esse manifestũ:quæ mihi & quatenus musice placeat: aptius tamẽ ꝓfitédũ puto: non hanc a me præcipi: quæ nũc ĩ scænis effœminata:& ĩpudicis modis fracta: nõ ex pte minima siqd in nobis uirilis roboris manebat excidit. Sed qua laudes fortiũ canebãt quaq;:& ipsi fortes canebãt. Nã psaltria & spadicas etiam uirginibus probis recusanda: sed cognitionẽ rõnis:quæ ad monendos leniendosq; affectus:plurimũ ualent. Nam & Pytagorã accepimus cõcitatos ad uim pudicæ domui afferẽdã iuuenes iussa mutare ĩ spondeum modos tibicina composuisse. Et Chrysippus etiam nutricũ quæ adhibẽtur infantibus allectationi suũ qđã carmen assignat. Est etiã nõ ĩerudite ad declamãdũ ficta materia: ĩ qua ponit tibicen q sacrificãti phrygiũ cecinerat acto illo ĩ insaniã:& p præcipitia delato accusari: quod cã mortis extiterit: quæ si dici debet ab oratore: nec dici citra sciẽtiã musices possunt:quomodo non hanc quoq; artem necessariam esse operi nostro uel iniqui consentient.

Cõmodam geometriam oratori.

IN geometria partẽ fatent esse utilẽ teneris ætatibus: agitari nãq; animos atq; acui ingenia & celeritatẽ pcipiẽdi uenire ĩde cõcedũt: sed prodesse eam non ut cæteras artes cũ præceptæ sint:sed cũ discant existimãt. Id uulgaris opinio ẽ: nec sine causa sũmi uiri etiã impẽsam huic sciẽtiæ operã dederũt. Iam cũ sit geometria diuisa ĩ numeros atq; formas:numeroꝝ qdẽ notitia nõ oratori modo:sed cuicũq; primis saltẽ litteris erudito necessaria ẽ:ĩ causis uero uel frequẽtissime uersari solet: in qbus actor nõ dico:si circa sũmas trepidat:sed si digitoꝝ saltẽ ĩcerto aut indecoro gestu a computatione dissẽtit:iudicat indoctus. Illa uero linearis ratio:& ipsa quidẽ cadit frequẽter ĩ causas:si de terminis mẽsuris q; sũt lites. Sed habẽt maiorẽ quãdã aliã cũ arte oratoria cognationẽ. Iã primũ ordo ẽ geometriæ necessarius: nõne & eloquẽtiæ. Ex prioribus geometria ꝓbat ĩ sequẽtia: & certis ĩcerta: nõne id in dicẽdo facimus? Quid illa ꝓpositaꝝ quæstionũ cõclusio:nõ tota fere cõstat syllogismis: ꝓpter quod plures ĩuenies:q dialecticæ similẽ: q̃ q rhetoricæ fateantur hanc artẽ. Verũ & orator etiã si raro nõ tamẽ nũq̃ probabit dialecticæ. Nã & syllogismis si res poscet utet: & certe enthymemate q rhetoricus ẽ syllogismus. Deniq; probationũ quæ sũt potẽtissimæ græce apodixis uulgo dicũt. Quid autem magis oratio q̃ ꝓbationem petit:falsa quoq; uerisimilia geometria rõne deprehẽdit. Fit hoc & numeris p q̃sdã:quas pseudographias uocãt:qbus pueri ludere solebamus. Sed alia maiora sũt. Nã quis nõ ita proponẽti credat: quoꝝ locoꝝ extremæ lineæ eãdẽ

mẽſurã colligũt: eorum ſpatiũ quoq; quod iis lineis cõtinetur: pars ſit necesse ẽ: at id falſũ ẽ. Nã primũ refert cuius ſit formæ ille circuitus: reprehẽſiq; ab geometris ſũt hiſtorici: q magnitudinẽ iſulaꝝ ſatis ſignificari nauigatiōis ãbitu crediderĩt. Nã ut quæq; forma pfectiſſia: ita capaciſſia. Ideoq; illa circũcurrẽs linea: ſi efficiet orbẽ: quæ forma eſt ĩ planis maxĩe pfecta ãplius ſpatiũ cõplectet̃: q̃ ſi q̃dratũ paribus oris efficiat: rurſus q̃drata triãgulis: triãgula ipſa plus æqs lateribus q̃ ĩeq̃libus: ſed alia forſitã obſcuriora. Nos facillimũ & ĩpitis ſeq̃mur expimẽtũ. Iũgeri mẽſurã ducẽtos & q̃dragĩta lõgitudĩs pedes eſſe: dimidioq; ĩ latitudine patere: nõ ferẽ qſq̃ ẽ q ignoret. Et q ſit circuitus: & quãtũ cãpi claudat colligere expeditũ. At cẽteni & octogeni ĩ quãq; ptẽ pedes idẽ ſpaciũ extremitatis. Sed multo magis diuiſæ q̃tuor lineis areæ faciũt. Id ſi cõputare quẽ piget breuioribus numeris idẽ diſcat: nã deni ĩ q̃drã pedes q̃dragĩta p orã ĩtra cẽtũ erũt. At ſi quini deni p latera: qni ĩ fronte ſĩt ex illo ãplectũt̃ q̃tã ptẽ deducẽt: eodẽ circũductu. Si uero porrecti utrĩq; ũdeuiceni ſĩgulis diſtẽt: nõ plures ĩtus q̃dratos habebũt q̃ p quot lõgitudo ducet̃: quæ circũibit aũt linea eiuſdẽ ſpatii erit: cuius ea quæ cẽtũ cõtiet. Ita qcqd formæ q̃drati detraxeris ãplitudini quoq; pibit. Ergo & id fieri poteſt: ut maiore circuitu mĩor loci ãplitudo claudat̃. Hoc ĩ planis: nã ĩ collibus uallibuſq; etiã ĩpito patet: plus ſoli eſſe q̃ cæli. Quid ꝙ ſe eadẽ geometria tollit ad rõnẽ uſq; mũdi: ĩ qua cũ ſiderũ certos cõſtitutoſq; curſus numeris docet: diſciũs nihil eſſe ĩordĩatũ atq; fortuitum: quod ipſũ nõnũq̃ ptinere ad oratorẽ põt. An uero cũ picles atheniẽſes ſolis obſcuratiõe territos: redditis eius rei cauſis metu liberauit. Aut cũ Sulpicius ille gallus ĩ exercitu. L. Pauli de lunæ defectione diſſeruit: ne uelut pdigio diuinitus facto militũ animi tererẽt̃: nõ uidet̃ eſſe uſus oratoris officio. Quod ſi Nitias ĩ ſicilia ſciſſ& nõ eodẽ cõfuſus metu pulcherrimũ atheniẽſiũ exercitũ pduxiſſet. Sicut Dion cũ ad deſtruẽdã Dioniſii tyrãnidẽ ueĩt: nõ ẽ tali caſus deterritus. Sĩt extra licet uſus bellici trãſeamuſq; ꝙ Archimedes unus obſidionẽ Syracuſarũ ĩ lõgius traxit. Illud utiq; iã ppriũ ad efficiẽdũ: quod ĩtẽdiũs plurĩas quæſtiões qbus difficilior alia rõne explicatiõe: ut de rõne diuidẽdi: de ſectiõe ĩ ĩfinitũ: de celeritate augẽdi linearibus illis pbatioĩbus ſolui ſolere: ut ſi ẽ oratori: quod pxiũs demõſtrabit liber. De oĩbus rebus dicẽdũ nullo mõ ſine geometria eſſe poſſit orator.

De prima pnũtiatiõe & geſtus ĩſtitutiõe.

NAndũ aliqd comœdo quoq; eatenus q̃ pnũciãdi ſciẽtia futurus orator deſiderat. Nõ enĩ pueꝝ quẽ ĩ hoc ĩſtituiũs: aut fœmĩeæ uocis exilitate frãgi uolo: aut ſeniliter tremere: nec uitia ebrietatis effĩgat: nec ſeruili uernilitate ĩbuat̃: nec amoris auaritiæ metus diſcat affectũ.

Quæ neq; oratori sunt necessaria:& mentem præcipue in ætate prima teneram:adhuc & rudé inficiũt.Nã frequens imitatio trãsit in mores: ne gustus quidem omnis ac motus a comœdiis petendus est.q̄q̄ enim utrũq; eorũ ad quédam modum præstare debet orator:plurimum tamé aberit a scænico:nec uultu:nec manu:nec excursionibus nimiis. Nam si q̄ in his ars est dicentiũ:ea prima est ne ars esse uideat̃. Quod ẽ igit̃ huius doctoris officium.In primis uitia siqua sunt oris:emendet: ut expressa sint uerba:ut suis quæq; litteræ sonis enũcient̃.Quarũdã enĩ uel exilitate uel pinguitudine nimia laboramus:quasdã uelut acriores parum efficimus:& aliis nõ dissimilibus:sed quasi hebetioribus p̄mutamus.Quippe.Rho.litteræ qua Demosthenes quoq; laborauit labda succedit:quarũ uis ẽ apud nos quoq; & cũ.c.At similiter.g.nõ ualuerĩt: in.t.ac.d.molliuntur:ne puero illas quidem circa.s.litterã delicias.hic magister fer&:nec uerba in faucibus patiet̃ audiri:nec oris inanitatem resonare:nec quod minime sermoni puto conueniat:simplicem uocis naturã pleniore quodã sono circũlenire quod græci katapeplasmenon dicũt.Sic appellat̃ cãtus tibiarũ: quæ præclusis q̄bus clarescũt foraminibus recto modo exitu grauiorem spiritum reddũt. Curabunt etiam ne extremæ syllabæ intercidant:ut par sibi sermo sit:ut quotiens exclamãdum sit:laterũ conatus sit ille nõ capitis: ut gestus ad uocé:uultus ad gestum accõmodet̃.Obseruãdum erit etiã ut recta sit facies dicẽtis: ne labra detorqueant̃:ne ĩmodicus hiatus rictũ distendat: ne supinus uultus:ne deiecti in terram oculi:ne inclinata utrolibet ceruix. Nam frons pluribus generibus peccat.Vidi multos quorũ supercilia ad singulos uocis conatus alleuãt̃:aliorũ constricta:aliorum etiam dissidẽtia cum altero in uerticem tenderent:altero pene oculis ipse premeretur. Infinitum auté ut mox dicemus ĩ his quoq; rebus momẽtũ ẽ. Et nihil potest placere quod non decet.Debet etiã docere comœdiis q̃õ narrãdum:qua sit auctoritate suadẽdũ:qua cõcitatione consurgat ira:quis flexus deceat miseratioẽ:quod ita optĩe faciet:si certos ex comœdiis elegerit locos:& ad hoc maxĩe idoneos.i.actionibus similes. Iidé auté ad pronunciandum non modo utilissimi:uerum ad augendam quoq; eloquentiam maxime accommodati erunt. Et hæc dum infirma ætas maiora nõ capiet.Cæterum cum legere or̃ones oportebit: cũ uirtutes earum iam sentiet:tum mihi diligens aliquis ac peritus assistat: neq; solum lectione formet: uerum etiam ediscere electa ex his cogat:& ea dicere stãté clare:& quẽadmodũ agere oportebit:ut p̄tinus p̄nũciatiõe uocé & memoriã exerceat.Ne illos q̃dé reprehendẽdos puto q̄ paulum etiam palæstricis uacauerũt.Non de his loquor q̄bus pars uitæ ĩ oleo:

pars in uino consumitur: qui corporum cura mentē obruerunt. Hos enim abesse ab eo quem instituimus q̄longissime uelim. Sed nomen est idē iis a quibus gestus motusq; formantur: ut recta sint brachia: ne indoctæ rusticæ manus: ne status indecorus: nequa in ꝓferēdis pedibus inscitia: ne caput oculiq; ab alia corporis inclinatione dissideāt. Nam nec hoc esse in parte ꝓnūciationis negauerit q̄sq̄: nec ipsā ꝓnūciationē ab oratore secernet. Et certe quod facere oporteat nō īdignādū ē discere: cū præsertim hæc Chironomia: quæ est ut noīe ipso declarat: lex gestus: & ab illis tp̄ribus heroicis orta sit: & a sūmis græcia uiris: & ab ipso etiā Socrate ꝓbata: a Platone quoq; in parte ciuilium posita uirtutum: & a Chrysippo in præceptis de liberoꝝ educatiōe cōpositis non omissa. Nā Lacedæmonios quidē etiam saltationē quādā tāq̄ ad bella quoq; utilē habuisse inter exercitationes accepimus. Neque id ueteribus romanis dedecori fuit. Argumentū est sacerdotum noīe ac religione durans ad hoc tempus saltatio. Et illa in tertio Ciceronis de Oratore libro uerba Crassi: quibus præcepit ut orator utatur laterum inclinatione forti ac uirili: non a scæna & histrionibus: sed ab armis: aut etiam a palæstra: cuius etiam disciplinæ usus in nostram usq; ætatem sine reprehensiōe descendit: a me tamē nec ultra pueriles annos retinebit: nec in iis ipsis diu. neq; enim gestum oratoris componi ad similitudinem saltationis uolo. Sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili. Vnde nos nō id agentes furtim decor ille discentibus traditus persequatur.

AN Prædicta discenda sint eodem tempore.

QVæri solet an etiam si discenda sint hæc eodem tempore: tamen tradi omnia & percipi possint. Negant enim quidam: quia confundatur animus ac fatigetur tot disciplinis in diuersum tendentibus: ad quas nec mens: nec corpus: nec dies ipse tp̄re sufficiat. Etsi maxime hæc patiatur ætas robustior: tamen pueriles annos onerari nō oporteat. Sed non satis perspiciunt quātum natura humani ingenii ualeat: quæ ita est agilis & uelox: sic in omnē partem ut ita dixerim spectat: ut ne possit quidem aliquid agere tantum unum. in plura uero non eodem die modo: sed eodem tēporis momento: uim suam impendat. An uero citharœdi non simul & memoriæ & sono uocis & pluribus flexibus seruiunt: cū interim alios neruos dextra percutiunt: alios læua trahunt: continent: præbent: ne pes q̄dem ociosus certam legem tēpoꝝ seruat. Et hæc pariter omnia. Quid nos agendi subita necessitate deprehēsi: nonne alia dicimus: alia prouidemus: cum pariter īuentio reꝝ: electio

uerborum: compositio gestus: pronũciatio uultus: motusq; desideret. quæ si uelut sub uno conatu tam diuersa parēt simul: cur nõ plurimis curis horas partiamur? cũ præsertī reficiat animos: & reparet uarietas ipsa: cõtraq; sit aliquanto difficilius in labore uno perseuerare. Ideoq; & stilus lectiõe requiescit: & ipsius lectionis tedium uicibus leuatur. Quamlibet multa egerimus: quodam tamen modo recētes sumus ad id quod incipimus. Quis non obtundi possit si per totum diem cuiuscunq; artis unum magistrum ferat? mutatione recreabitur: sicut ī cibis quorum diuersitate reficit̃ stomachus: & pluribus minore fastidio alit̃. aut dicant isti mihi quæ sit alia ratio discendi: si grãmatico soli deseruiamus: deinde geometri tantum. Omittamus interim quod dicimus: mox trãseamus ad musicũ: excidant priora: & cum latinis studebimus litteris: non respiciamus ad græcas: & ut semel finiam nihil faciamus nisi nouissimum. Cur non idem suademus agricolis: ne arua simul & uineta & oleas & arbustum colant? ne pratis & pecoribus & hortis & aluenbus accõmodent curam? Cur ipsi aliquid forensibus negociis: aliquid desideriis amicorum: aliquid rationibus domesticis: aliquid curæ corporis: nõnihil uoluptatibus quotidie damus? quarũ nos una res quælibet nihil intermittentes fatigaret. Adeo facilius est multa facere q̃diu. Illud quidem minime uerendum est: ne laborem studiorum pueri difficilius tolerent. neque enim ulla ætas minus fatigatur: mirum sit forsitan: sed experimentis deprehendas. Nam & dociliora sunt ingenia prius q̃ obduruerunt: id uel hoc argumēto patet quod ītra biennium q̃ uerba recte formare potuerunt: quanuis nullo instante omnia fere loquũtur. at nouiciis nostris per quot annos sermo latinus repugnat? magis scias si quem iam robustum instituere litteris cœperis non sine causa dici: eos: qui in sua qdque arte optime faciant. Et patientior est laboris natura pueris iuuenibus: uidelicet ut corpora infantium: nec casus quo in terram totiens deferuntur: tã grauiter affligit: nec illa per manus & genua reptatio: nec post breue tēpus cõtinui lusus & totius diei discursus: qa põdus illis abest: nec se ipsi grauant: sic animi quoq; credo qa minore conatu mouent̃: nec suo nixu studiis insistunt: sed formando se tantum modo præstant: non similiter fatigant̃. Præterea secundũ aliam ætatis illius facilitatē uelut simplicius docentes sequuntur: nec quæ iam egerint metiuntur: Abest illis etiam adhuc laboris iudicium porro ut frequenter experti sumus: minus afficit sensus fatigatio q̃ cogitatio. Sed ne temporis quidē unq̃ plus erit: quia his ætatibus omnis in audiendo profectus est. Cum ad stilũ secedet: cum generabit ipse aliquid atq; componet: tum incohare

hæc ſtudia: uel non uacabit uel nõ libebit. Ergo cũ grammaticus totum diem occupare nõ poſſit: nec debeat: ne diſcentis animũ tedio auertat. quibus potius ſtudiis hæc temporum uelut ſubſidia donabimus. Nã nẽ ego comſumi ſtudentẽ in his artibus uolo: nec moduletur aut muſicis notis cantica excipiat: nec utiq; ad minutiſſima uſque geometria opera deſcẽdat: non comœdum in pronunciando: nec ſaltatorẽ ĩ geſtu facio: quæ ſi omnia exigerem: ſuppeditabat tamen tempus. longa eſt enim quæ dicit ætas: & ego non de tardis ingeniis loquor. Deniq; cur in his omnibus quæ diſcenda oratori futuro puto: eminuit Plato: qui nõ contentus diſciplinis quas præſtare poterant Athenæ: nõ pythagoreorum ad quos in italiam nauigauerat: ægypti quoq; ſacerdotes adiit: atque eorum archana perdidicit. Difficultatis patrocinia prætexímus ſegniciei. Neque enim nobis operis amor eſt: nec quia ſit honeſta atq; rerum pulcherrima eloquentia: petitur ipſa: ſed ad uilem uſum & ſordidum lucrum accĩgimur. Dicãt ſine his in foro multi & acquirãt: dũ ſit locupletior aliquis ſordidæ mercis negociator: & plus uoci ſuæ debeat præco: ne uelim quidem lectorem dari mihi: quid ſtudia referãt computaturum. Qui uero imaginem ipſam eloquentiæ diuina quadã mente conceperit: quiq; illam ut ait Sophocles non ignobilis tragicus reginam rerum orationem ponet ante oculos: fructumq; non ex ſtipe aduocationum: ſed ex animo ſuo & contemplatione ac ſcientia petet perpetuum illum: ne fortunæ ſubiectum facile perſuadebit ſibi: ut tẽpora quæ ſpectulis campo teſſeris: ociosis denique ſermonibus: ne dicã ſomno & conuiuiorum mora conterunt: geometriæ potius ac muſico impendat quanto plus delectationis habiturus q̃ ex illis ĩeruditis uoluptatibus. Dedit enim hoc prouidẽtia hominibus munus: ut honeſta magis iuuarent. Sed nos hæc ipſa dulcedo lõgius duxit. Hactenus ergo de ſtudiis quibus ante q̃ maiora capiat puer inſtituendus ẽ. Proximus liber uelut nouum ſumet exordium: & ad rhetoricis officia tranſibit.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA AD VICTORIVM LIBER PRIMVS FINIT FOELICITER.

MARCI FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER SECVNDVS INCIPIT.

Quando Rhetori sit tradendus puer.



ENVIT CONSVETVDO QVAE QVOTIDIE magis inualescit: ut præceptoribus eloquétiæ latinis quidem semper: sed etiam græcis interim discipuli serius q̃ ratio postulat traderétur. Eius rei duplex est causa: q& rhetores utiq; nostri suas partes omiserũt: & grãmatici alienas occupauerũt. Nã illi declamare modo & scientiam declamandi ac facultatem tradere officii sui dicunt: idq; intra deliberatiuas iudicialesq; materias. nam cætera ut professiõe sua minora despiciunt. Et hi non satis credunt excepisse quæ derelicta erant (quo nomine gratia quoq; his habenda est) sed ad prosopopeias usq; & ad suasorias in quibus onus dicendi: uel maximũ ẽ irrumpũt. hinc ergo accidit: ut quæ alterius artis prima erant opera: facta sint alterius nouissima: & ætas altioribus iam disciplinis debita in schola minore subsidat: ac rhetoricen apud grãmaticos exerceat. Itaq; quod est maxime ridiculum: non ante ad declamandi magistrum mittendus uidetur puer: q̃ declamare iam sciat. Nos suum cuiq; ꝓfessioni modũ demus: & grammatice: quã in latinum transferentes litteraturã uocauerunt: fines suos norit præsertim tantum ab hac appellationis suæ paupertate: intra quã primi illi constitere prouecta. Nam tenuis a fõte assumptis poetarum historicorũq; uiribus: pleno iam satis alueo fluit: cum præter rationem recte loquédi non parum alioquin copiosã ꝓpe omnium maximarum artium scientiam amplexa sit: & rhetorice cui nomen uis eloquédi dedit: officia sua non detractet: nec occupari gaudeat pertimenté ad se laborem: quæ dũ operæ cædit: iam pene possessione depulsa est. Nec ĩficiabor aliquem ex his qui grãmaticen ꝓfiteãtur: eo usque scientiæ progredi posse: ut ad hæc quoque tradenda sufficiat. Sed cum id aget: rhetoris officio fungetur non suo. Nos porro quærimus: quãdo iis quæ rhetorice præcepit percipiendis puer maturus esse uideatur. In quo quidem non id est æstimãdum cuius quisq; sit ætatis: sed quantum in studiis iam effecerit. Et ne diutius differam quãdo sit rhetori tradendus: sic optime finiri credo cum poterit. Sed hoc ipsum ex superiore pendet quæstione. Nam si grammatices munus usque ad

persuasorias quæ sunt apud rhetorẽ materiæ inter rudimenta dicendi prorogatur tardius rhetore opus est. Si rhetor prima officia operis sui non recusat a narrationibus statĩ: & laudandi uituperandiq; opusculis: cura eius desideratur. An ignoramus antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis: ut thesis dicerent: & cõmunes locos: & cætera citra complexum rerum personarumq;: quibus ueræ fictæque controuersiæ continentur? Ex quo palam est: q̃ turpiter deserat eã partem rhetorices institutio: quam & primam habuit & diu solam. Quid autem ex iis de quibus supra dixi: ꝙ non cum in alia quæ sũt rhetorũ propria: tum certe in illud iudiciale causæ genus incidat? an non ĩ foro narrandum est: qua in parte nescio an sit uel plurimum? nõne laus ac uituperatio certaminibus illis frequenter inseritur? Num communes loci siue qui sunt in uitia directi: quales legimus a Cicerone cõpositos: seu quibus quæstioẽs generaliter tractantur: quales sunt editi a Quĩto quoq; Hortensio: ut sit ne paruis argumentis credendum: & ꝓ testibus & in testes: in mediis litium medullis uersãtur? Arma sunt hæc quodã modo præparãda semper: ut iis cum res poscat utaris. Quæ q pertinere ad orationem non putabit: is ne statuam quidem incohari credet: cum eius membra fundentur. Neq; hanc ut aliqui putabunt festinationem meam sic quisq̃ calumnietur: tãq̃ eum qui sit rhetori tradendus abducendum protinus a grammaticis putem. Dabuntur illi tum quoque tempora sua: neq; erit uerendum ne binis præceptoribus oneret̃ puer. Non enim crescet: sed diuidetur qui sub uno miscebatur labor: & erit sui q̃sq; operis magister utilior: quod adhuc optinent græci: & a latinis omissũ ẽ. Et fieri uidetur excusate: quia sunt q labori isti successerint.

DE Moribus & officiis præceptoris:

ERgo cũ ad eas in studiis uires peruenerit puer: ut quæ prima esse præcepta rhetorum diximus mẽte consequi possit: tradẽdus eius artis magistris erit. Quorum in primis inspici mores oportebit: quod ego non iccirco potissimum in hac parte tractare sum aggressus: quia non in cæteris quoq; doctoribus idẽ hoc examinandum q̃diligentissĩe putem: sicut testatus sum libro priore: Sed ꝙ magis eius rei necessariã in mentionem facit ætas ipsa discentium. Nam & adulti fere pueri ad hos præceptores transferuntur: & apud eos iuuenes etiã facti pseuerãt. Ideoq; maior adhibenda tamen cura est: ut teneriores annos ab iniuria sanctitas docentis custodiat: & ferociores a licentia grauitas deterreat. Neque uero satis est summam præstare abstinentiam: nisi disciplinæ

seueritate conuenientiū quoq; ad se mores astrinxerint. Sumant igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum: ac succedere se in eorum locum: a quibus sibi liberi tradātur existiment. Ipse nec habeat uitia nec ferat: non austeritas eius tristis: non dissoluta sit comitas: ne inde odium: hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit. Nam quo sæpius monuerit: hoc rarius castigabit: minime iracūdus: non tamen eorum quæ emendanda erunt: dissimulator: simplex in docendo: patiens laboris: assiduus potiusq̃ immodicus: interrogantibus libenter respondeat: non interrogantes percontetur ultro: in laudādis discipulorum dictionibus nec malignus nec effusus: quia res altera tedium laboris: altera securitatem parit. In emendando quæ corrigenda erunt: non acerbus minimeq; contumeliosus. Nam id quidem multos a proposito studendi fugat: quod quidem sic obiurgant: quasi oderint: ipse aliq̄d īmo multa quotidie dicat: quæ secū audita referāt. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet: tamē uiua illa ut dicitur uox alit plenius: præcipueq; præceptoris: quē discipuli si modo recte sunt instituti & amant & uerentur. Vix autem dici potest quanto libentius imitemur eos quibus fauemus. Min me uero permittenda pueris: ut fit apud plerosq;: assurgendi exultandique in laudando lætitia. Quin etiam iuuenum modicum esse: cum audiēt testimoniū debet. Ita fiet ut ex iudicio præceptoris discipulus pēdeat: atq; id se dixisse recte: quando ab eo probabitur: credat. Illa uero uitiosissima: quæ iam humanitas uocatur inuicem qualiacunque laudandi: cum ē indecora & theatralis & seuere institutis scholis aliena: tū studiorum perniciosissima hostis. Superuacua enim uidētur cura ac labore parata: quicquid effuderint laude. Vultum igitur præceptoris intueri: tam qui audiunt debēt: q̃ ipse qui dicit. Ita enim probanda atq; imꝓbanda discernent: sic stilo facultas continget: auditioni iudiciū. At nūc proni atq; succincti ad omnem clausulam non assurgunt modo: uerum etiam excurrunt: & cum indecora exultatione conclamant. Id mutuum est: & ibi declamationis fortuna. Hinc tumor & uana de se persuasio usq; adeo: ut illos discipulorum tumultu īflati: si parum a præceptore laudentur: ipsi de illo male sentiant: sed se quoq; præceptores intente ac modeste audiri uelint. Non enim iudicio discipulorum dicere debet magister: sed discipuli magistri. Quin si fieri potest intendēdus aīmus in hoc quoq; ut perspiciat: quæ quisq; & quomō laudet: & placere quæ bene dicet: nō suo magis q̃ eorum nomine delectetur: qui recte iudicabunt. Pueros adolescentibus sedere permixtos non placet mihi. Nam etiam si uir talis qualem esse oportet studiis moribusque propositum:

modeſtam habere poteſt etiam iuuentutem : tamen uel infirmitas a
robuſtioribus ſeparanda ē:& carendum non ſolū crimine turpitudinis:
uerum etiā ſuſpicione. Hæc notanda breuiter exiſtimaui: nam ut abſit
ab ultimis uitiis ipſe præceptor ac ſchola: ne præcipiédum qdē credo.
Ac ſiquis eſt qui flagitia manifeſta in deligendo filii præceptore non
uitet: Iam hīc ſciat: cætera quoq; quæ ad utilitatem iuuētutis compo-
nere conamur: ſibi eſſe hac parte omiſſa ſuperuacua.

AN Protinus præceptore optimo ſit utendum.

NE illorum quidem perſuaſio ſilentio tranſeunda eſt: qui etiam
cum idoneos rhetori pueros putauerunt : non tamen continuo
tradendos eminentiſſimo credunt. Sed apud minores aliq̄diu detinēt:
tanq̄ inſtituendis artibus: magis ſit apta mediocritas præceptoris : cū
ad intellectum atq; imitationem facilior: tum ad ſuſcipiendas elemē-
torum moleſtias minus ſuperba. Qua in re mihi non arbitror diu la-
borandum: ut oſtendam quāto ſit melius optimis ībui: quāta ī eluēdis
quæ ſemel inſederint uitiis difficultas conſequatur: cum geminatum
onus ſuccedentes premat. Et quidem dedocendi grauius ac priuſq̄ do-
cendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt:
duplices ab his: quos alius inſtituiſſet: ſolitum exigere mercedes : q̄ ſi
rudes traderentur. Error tamen ē in re duplex: unus ꝗ interim ſufficere
illis minores exiſtimāt: & bono ſane ſtomacho contenti ſunt. Quæ q̄q̄
& ipſa reprehenſione digna ſecuritas: tamen eſſ& utcunq; tolerabilis: ſi
eiuſmodi præceptores minus docerent: non peius. Aliter error ille etiā
frequentior : ꝗ eos qui ampliorem dicendi facultatem ſint conſecuti:
non putant ad minora deſcendere. Idq; interim fieri: quia faſtidiant:
præſtare hāc inferioribus curam: interim: quia omnino non poſſit. Ego
porro eum: qui nolit: in numero præcipientium non habeo : poſſe autē
maxīe: ſi uelit: optimum quēq; contendo: primum ꝗ eum q eloquētia
cæteris præſtet. Illa quoq; per quæ ad eloquentiam peruenitur : diligē-
tiſſime percepiſſe credibile eſt. Deinde quia plurimum in præcipiendo
ualet ratio: quæ doctiſſimo cuiq; pleniſſima eſt: poſtremo quia nemo
ſic in maioribus eminet: ut eum minora deficiant : niſi forte Iouē qdē
Phidias optime fecit. Illā autem quæ in ornamentum eius operis acce-
dūt: alius melius laboraſſ&: aut orator loqui neſciet: aut leuiores mor-
bos curare nō poterit præſtantiſſimus medicus. Quid ergo nō ē quædā
eloquētia maior: q̄ ut eam intellectu conſequi puerilis infirmitas poſ-
ſit. Ego uero confiteor: ſed hūc diſertum præceptorem prudentē quoq;

& non ignarum docendi esse oportebit: submittentem se ad mensurā discētis: ut uelocissimus qs: si forte iter cum paruulo faciat: det manū: & gradum suum minuat: nec procedat ultra q̄ comes possit. Quid si plerunq; accidit: ut faciliora sint ad intelligendum & lucidiora multo: quæ a doctissimo quoq; dicūtur. Nam & prima est eloquentiæ uirtus perspicuitas: & quo quisq; ingenio minus ualet: Hoc se magis attollere & dilatare conatur: ut statura breues in digitos eriguntur: & plura infirmi minātur. Nam tumidos: & corruptos: & tinnulos: & quocunque alio cacozeliæ genere peccātes certum habeo: non uirium: sed infirmitatis uitio laborare: ut corpora nō robore: sed ualitudine īflāt̄: & recto itinere lapsi plerunq; diuertunt. Erit ergo etiam obscurior: quo quisq; deterior. Non excidit mihi scripsisse me in libro priore: cum potiorem in scholis eruditionem esse: q̄ domi dicerem: libentius se prima studia tenerosq; profectus ad imitationem cōdiscipulorum: quæ facilior esset: erigere. Quod a quibusdam sic accipi potest: tāq̄ hæc quam nūc tueor sententia priori diuersa sit. Id a me procul aberit: nanque ea causa uel maxima ē: cur optimo cuiq; præceptori sit tradendus puer: quod apud eum discipuli quoq; melius instituti: aut dicent quod inutile non sit imitari: aut siquod errauerint: statim corrigentur. At indoctus ille etiā probabit fortasse uitiosa. & placere audientibus iudicio suo coget. Sit ergo tam eloquentia q̄ moribus præstantissimus: qui ad phœnicis homerici exemplum dicere ac facere doceat.

DE Primis apud rhetorem exercitationibus.

HInc iam quas primas in docendo partes rhetorem putem tradere incipiā dilata parump illa: quæ sola uulgo uocat̄: arte rhetorica. at mihi opportunus maxime uidet̄ ingressus ab eo: cuius aliqd simile apud grammaticos puer didicerit. Et quia narrationum: excepta qua in causis utimur: tres accepimus species: fabulā: quæ uersatur ī tragœdiis atq; carminibus: non a ueritate modo: sed etiam a forma ueritatis remotam. Argumentum quod falsum: sed uero simile comœdiæ fīgūt. Historiam in qua est gestæ rei expositio: grammaticis etiam poeticas dedimus: apud rhetorem initium sit historica tanto robustior: quanto uerior. Sed narrandi quidem quæ nobis optima ratio uideatur: demōstrabimus: cum de iudiciali parte dicemus. Interim admonere illud sat est: ut sit ea nec arida prorsus: nec ieiuna. Nā quod opus erat tātū studiis laboris impendere: si res nudas atq; inornatas indicare satis uideretur? neq; rursus sinuosa & accersitis descriptionibus: in q̄s plerīq; imitatōe

poeticæ licẽtiæ ducunt̃:lasciuiant uitiũ utrũq;:peius tamẽ illud quod ex ĩopia:q̃ quod ex copia uenit. Nã in pueris oratio perfecta nec exigi: nec sperari potest:melior autem est indoles læta:generosiq; conatus:& uel plura iusto concipiens interim spiritus:nec unq̃ me in his discẽtis animus offendat:siquid superfuerit:qn ipsis doctoribus hoc esse curæ uelim:ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alãt:& satiari ueluti quodam iucũdioris disciplinæ cibo lacteq; patiantur. Erit illud plenius interim corpus quod mox adulta ætas astringat. Hinc spes roboris in aciem :nãq; & infirmitatem ĩ posterum minari solet:protinus oĩbus mẽbris expressus ĩfans. Audiat hæc ætas plura & ĩueniat:& ĩuẽtis gaudeat:sint licet illa non satis sicca interim ac seuera. Facile remediũ est ubertatis:sterilia nullo labore uincuntur. Illa mihi in pueris natura minimum spei dederit:in qua ingenium iudicio præsumitur. Materiã esse primum uolo uel abundantiorẽ:atq; ultra q̃ oporteat fusã :multũ inde decoquent anni:multum ratio limabit:aliquid uelut usu ipso deteretur. Sit modo unde excidi possit:& quod exculpi. Erit autem si nõ ab initio tenuem minimum laminam duxerimus : & quam cælatura altior rumpat. Quod me de his ætatibus sentire minus mirabitur: qui apud Ciceronem legerit. Volo enim se efferat in adolescente fecũditas. Quapropter in primis euitãdus:& in pueris præcipue magister aridus: non minus q̃ teneris adhuc plantis siccum & sine humore ullo solum. Inde fiunt humiles statim:& uelut ad terram spectãtes :q nihil supra quotidianum sermonem attollere audeãt. Macies illis pro sanitate:& iudicii loco infirmitas est : & dum satis putãt uitio carere:in id ipsum incidunt uitium:ꝗ uirtutibus carent. Quare mihi ne maturitas quidẽ ipsa festinet:nec musta in lacu statim austera sint. Sic & annos ferẽnt & uetustate proficient. Ne illud quidem quod admoneamus indignũ est:ingenia puerorum nimia interim emendationis seueritate deficere: nam & desperant & dolent:& nouissime oderũt:& quod maxĩe nocet: dum omnia timent nihil conantur:quod etiam rusticis notum est:qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem:qa reformidare ferrum uidẽtur:& nondum cicatricem pati posse. Iucundus ergo tamẽ maxĩe debet esse præceptor:ut remedia quæ alioquĩ natura sũt aspera: molli manu & leui leniãtur:laudare aliqua:ferre quædam:mutare etiã: reddita cur id fiat ratione:illuminare interponendo aliquid sui. Non nunq̃ hoc quoq; erit utile:totas ipsum dictare materias:q̃s & imitetur puer:& interim tanq̃ suas amet. At si tam negligens ei stilus fuerit: ut emendationem non recipiat:exptus sum prodesse : quotiens eandem materiam rursus a me retractatam scribere de integro iuberẽ:posse enĩ

eũ adhuc melius q̃tenus nullo magis ſtudio q̃ ſpe gaudent. Aliter autẽ alia ætas emẽdãda ẽ:& ꝓ mõ uiriũ & exigẽdũ opus & corrigẽdũ. Solebã ego dicere pueris aliqd auſis licentius aut lætius: laudare illud me: adhuc uenturũ tẽpus: quo idem nõ ꝑmitterem: ita & ingenio gaudebãt: & iudicio non fallebantur. Sed ut eo reuertar unde egreſſus ſũ: narrationes ſtilo componi: quanta maxima poſſit adhibita diligentia uolo. Nã ut primo cũ ſermo ĩſtituitur: dicere: quæ audierint: utile eſt pueris ad loquendi facultatem: ideoque & retro agere expoſitionẽ: & a media in utranque partem diſcurrere ſane merito cogantur: ſed ad gremium præceptoris: & dum nõ poſſunt: & dum res ac uerba cõnectere ĩcipiũt: ut protinus memoriam firment: ita cum iam formã recte loquendi: & emendatæ orationis accipient: extemporalis garrulitas: nec expectata cogitatio: & uix ſurgendi mora circunlatoriæ ueræ iactationis eſt. Hinc parentum ĩperitorum mane gaudium: ipſis uero contemptus operis: & in uerecũdia frons: & conſuetudo peſſime dicendi: & maloꝝ exercitatio: & quæ magnos quoq; profectus frequẽter ꝑdidit arrogans de ſe ꝑſuaſio innaſcitur. Erit ſuum parandæ facilitatis tẽpus: neq; a nobis negligenter locus iſte tranſibitur. Interim ſatis ẽ ſi puer omni cura: & ſũmo quãtũ illa ætas capit labore aliquid probabile ſcripſerit: ĩ hoc aſſueſcat: Huius rei ſibi naturam faciat. Ille demum ĩ id quod quærimus aut ei proximũ: poterit euadere: q ãte diſcet recte dicere q̃ cito. Narrationibus nõ inutiliter ſubiungit͛ opus deſtruendi confirmãdiq; eas: quod

uocat͛. Id porro non tantũ in fabuloſis & carmine traditis fieri poteſt: uerum etiam in ipſis annalium monumentis: ut ſi quæratur an ſit credibile ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruũ: qui os oculoſq; hoſtis galli roſtro atq; alis euerberaret. Sit ĩ utranq; partem ingens ad dicendũ materia: ut de ſerpẽte quo Scipio traditur genitus: & lupa Romuli: & Aegeria Numæ. Nã græcis hiſtoricis plerũq; poeticæ ſimilis ẽ licẽtia. Sæpe etiam quæri ſolet de tẽpore: de loco quo geſta res dicitur: non nũq̃ de ꝑſona quoq;: ſicut Liuius frequentiſſime dubitat: & alii ab aliis hiſtoricis diſſentiunt. Inde paulatim ad maiora tendere incipiet: laudare claros uiros: & uituperare ĩprobos: quod non ſĩplicis utilitatis opus eſt. Nãq; & ingeniũ excercet͛ multiplici uariaq; materia: & animus cõtemplatione recti prauiq; format͛: & multa inde cognitio reꝝ uenit: exemplisq; quæ ſunt in omni genere cauſaꝝ potentiſſima. Iam tum ĩſtruitur: cum res poſcet: uſurus. Hinc illa exercitatio ſubit comparationis: uter melior: uter ue deterior: quæ q̃q̃ uerſatur in ratione ſimili: tamẽ & duplicat materiam: & uirtutũ uitioꝝq; nõ tantũ naturã: ſed etiam modum tractat. Verum de ordine laudis contraq;: quoniã

hæc tertia rhetorices pars eſt: præcipiemus ſuo tempore. Cõmunes loci de iis loquor: quibus citra perſonas in ipſa uita moris eſt perorare: ut in adulterum: aleatorem: petulantem ex mediis ſũt iudiciis: & ſi reum adiicias accuſatiões: q̃q̃ hi quoq; ab illo generali tractatu ad quaſdam deduci ſpecies ſolent: ut ſi ponatur adulter cæcus: aleator paup: petulãs ſenex: habent autẽ nonnunq̃ & defenſionẽ. Nam & pro luxuria: & pro amore dicimus: & leno interim paſituſq; defendit: ſic ut non homini patrocinemur: ſed crimini. Theſis autem quæ ſumunt ex rerũ cõpatõe: ut ruſtica ne uita an urbana potior: iuriſperiti an militaris uiri laus maior: miræ ſunt ad exercitationem dicendi ſpecioſæ atq; uberes: quæ uel ad ſuadendi officium: uel etiã ad iudiciorum diſceptationũq; iuuãt plurimũ. Nã poſterior ex prædictis locus in cauſa Murenæ copioſiſſiẽ a Cicerone tractat. Sunt & illæ pene totæ ad deliberatiuum pertinentes genus: ducenda ne uxor: petendi ne ſint magiſtratus. Nãq; hæ perſonis modo adiectis ſuaſoriæ erunt. Solebant præceptores mei: nec inutili & nobis etiã iucũdo genere exercitationis præparare nos coniecturalibus cauſis: cũ quærere atq; exeq iuberent: Cur armata apud Lacedæmonios Venus: & qd ita crederent: Cupido puer: ac uolucer: & ſagittis & face armatus: & ſimilia in qbus ſcrutabamur uoluntatẽ: cuius ĩ cõtrouerſiis frequẽs quæſtio eſt: quod genus chriæ uideri poteſt. Nam locos qdem quales ſunt de teſtibus: ſemper ne his credendum: & de argumentis: an habenda etiam paruis fides: adeo manifeſtum eſt ad forenſes actiones pertinere: ut quidam nec ignobiles in officiis ciuilibus ſcriptos eos memoriæq; diligentiſſime mandatos in promptu habuerint: ut quotiens eſſ& occaſio extemporales eorum dictiões his uelut emblematis exornarentur: quo quidem: nec enim huius rei iudicium differre ſuſtineo: ſummam uidebantur mihi infirmitatem de ſe confiteri. Nam quid hi poſſint in cauſis: quarum uaria ac noua ſemper eſt facies: proprium inuenire? Quõ propoſitis ex parte diuerſa reſpondere? altẽcationibus ueſociter occurrere? teſtem rogare? qui etiam in iis quæ ſũt cõmunia: & in plurimis cauſis tractant: uulgatiſſimos ſenſus uerbis: niſi tanto ante præparatis ꝓſequi nequeant. Neceſſe eſt his cũ eadem iudiciis pluribus dicũt: aut faſtidium moueant ueluti frigidi & repoſiti cibi: aut pudorẽ reprehenſa totiens audientium memoria infœlix ſupellex: quæ ſicut apud pauperes ambitioſos pluribus & diuerſis officiis cõteratur: cum eo quidem ꝙ uix ullus ẽ tam cõmunis locus: qui poſſit cohærere cum cauſa: niſi aliquo propriæ quæſtionis uinculo copulatus: appareatque eum non tam inſertum q̃ applicitum: uel quod diſſimilis eſt cæteris: uel ꝙ plerũq; aſſumi etiam parum apte ſolet: nõ quia deſideratur: ſed

sed qa paratus est:ut qdam sẽtẽtiaꝝ gratia uerbosissimos locos arces sunt:cũ ex locis debeat nasci sẽtẽtia. Ita sunt aũt speciosa hæc & utilia si oriũtᷣ ex cã. Cæteꝝ q̃libet pulchra locutio:nisi ad uictoriã tẽdit utiq; supuacua:sed interim etiam contraria est. Verũ hactenus euagari satis fuerit. legũ laus & uituperatio:iã maiores ac ꝓpe sũmis opibus suffe- cturas uires desiderent : quæ quidem suasoriis an controuersiis magis accõmodata sit exercitatio:cõsuetudine & iure ciuitatũ differt. Apud græcos enĩ lator eaꝝ ad iudicẽ uocabatᷣ:romanis ꝓ cõcione suadere ac dissuadere moris fuit. Vtroq; aũt mõ pauca de his & fere certa dicuntᷣ. Nã & genera sunt tria:sacri:publici:priuati iuris:quæ diuisio ad laudẽ magis spectat:siqs eã p gradus augeat:q lex:q publica:q in religionẽ deum cõperta sit. Ea qdẽ de qbus quæri solet cõmunia oĩbus. Aut enĩ de iure dubitari põt eius q rogat: ut de. P. Clodii qui non rite creatus tribunus arguebatᷣ:aut de ipsius rogatioĩs:quod est uariũ:siue nõ trino forte nũdino ꝓmulgato:siue nõ idoneo die:siue cõtra ĩtercessiones uel auspicia:aliud ue qd quod legitimis obstet:dicitᷣ lata esse uel ferri:siue alicui manentiũ legũ repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitationes nõ ptinent:nã sunt hæc citra cõplexũ psonaꝝ tẽpoꝝ causaꝝ. Reliq̃ eadẽ fere uero fictoque certamine huiusmodi tractantᷣ. Nam uitium aut in uerbis: aut in rebus ẽ. In uerbis quæritᷣ an satis significent:an sit in his aliquid ambiguũ. In rebus an lex sibi ipsa consẽtiat:an in præteritum referri debeat:an in singulos hoĩes. Maxĩe uero cõmũe ẽ quærere:an sit honesta:an inutilis:nec ignoro plures fieri a plerisque partes. Sed nos iustũ:pium:religiosũ:cæteraq; his similia honesto cõplectimur. Iusti tamen spẽs nõ sĩpliciter excuti solet:aut. n. de re ipsa quæritᷣ:ut digna ne pœna uel premio sit:aut de mõ premii pœnæ ue:q tã maior q̃ minor culpari põt. Vtilitas quoq; interĩ natura discernitᷣ:ĩterim tpr̃e. Quædã an obtineri possint ambigi solet. Ne illud qdem ignorate oportet:leges aliquãdo totas:aliquãdo ex pte reprehẽdi solere:cũ exẽplũ rei utriusq; nobis claris orõnibus præbeatᷣ:nec me fallit eas quoq; leges esse:quæ nõ in ppetuũ rogentᷣ:sed de honoribus aut ĩpiis :q̃lis manilia fuit:de qua Ciceronis oratio est. Sed de his nihil hoc loco præcipi põt. Constat enĩ ꝓpria reꝝ:de qbus agitᷣ non cõmuni q̃litate:his fere ueteres facultatem dicendi exercuerĩt:assũpta tamẽ a dialecticis argumentandi rõne. Nam fictas ad imitationẽ fori consilioꝝq; materias:apud græcos dicere circa Demetriũ phalerea institutũ fere cõstat. An ab ipso id genus exercita- tionis sit inuentũ:ut alio quoq; libro sũ cõfessus:paꝝ cõpi. Sed ne iis qdem q hoc fortissĩe affirmãt ullo satis idoneo auctore nitũtᷣ. Latinos uero dicendi præceptores extremis. L. Crassi tẽporibus cœpisse Cicero

auctor est:quorum insignis maxime Plotius fuit.

DE Lectione oratorum & historicorum apud rhetorem.

SEd de rõne declamandi post paulũ. Interĩ quia prima rhetorices rudimenta tractamus:nõ omittendũ uidet̃: id quoq;:ut moneã q̃tũ sit collaturus ad ꝓfectũ discẽtiũ rhetor. Si quẽadmodum a grammaticis exigit̃ poetaꝝ enarratio: Ita ipse quoq; historiæ atq; etiã magis orationum lectione susceptos a se discipulos instruxerit:quod nos in paucis:quoꝝ id ætas exigebat:& parẽtes utile esse crediderãt seruauiũs. Ceteꝝ sẽtientibus iam tum optĩa duæ res ĩpedimẽto fuerũt:ꝙ & longa cõsuetudo aliter docẽdi fecerat legem:& robusti fere iuuenes:nec hunc laborẽ desiderantes exẽplũ nostrum sequebãt̃. Nec tamẽ etiam siquid noui uel sero inuenissẽ:præcipere in posteꝝ puder&. Nunc uero scio id fieri apud græcos:sed magis ꝑ adiutores:qa nõ uident̃ tp̃a suffectura: si legentibus singulis præire sẽp ipsi uelint. Et hercle prælectio quæ in hoc adhibet̃:ut facile atq; distincte pueri scripta oculis sequãtur:etiam illa quæ uim cuiusq; uerbi:siqd minus usitatũ incidat: docet:multum infra rhetoris officiũ existimãda ẽ. At demõstrare uirtutes:uel siquãdo incidat uitia:id ꝓfessionis eius atq; ꝓmissi:quo se magistrũ eloquẽtiæ pollicet̃:maxĩe ꝓpriũ est:eo qdem ualidius:ꝙ non utiq; hunc laborem docentium postulo:ut ad gremium reuocatis cuiusq; eoꝝ uelit libri lectione deseruiant. Nã mihi cum facilius:tum etiã multo uidet̃ magis utile facto silẽtio:unum aliquẽ:ꝙ ipsum ĩpari per uices optimum est: constituere lectorẽ ut protinus ꝓnunciationi quoque assuescant:tum exposita causa in quã scripta leget̃ oratio(Nã sic clarius quæ dicentur: intelligi poterĩt) nihil ociosum pati:quodq; in inuẽtione:quodq; ĩ elocutione ãnotandum erit:quæ in proœmio conciliandi iudicis rõ:quæ narrãdi lux breuitas fides:quod aliquãdo cõsiliũ & q̃occulta calliditas: nãq; ea sola in hoc ars est:quæ intelligi nisi ab artifice nõ possit:quãta deinceps in diuidendo prudentia :q̃ subtilis & crebra argumentatio:q̃bus uiribus ĩspir&:q̃ iucũditate ꝑmulceat:quãta ĩ maledictis asꝑitas: in iocis urbanitas:ut deniq; dominet̃ ĩ affectibus:atq; in pectora irrũpat:aĩmũq; iudicum similẽ his quæ dicit:efficiat.tum ĩ rõne eloquẽdi quod uerbum ꝓprium:ornatum:sublime:ubi ãplificatio laudãda:quæ uirtus ei contraria:qd speciose translatũ:quæ figura uerboꝝ:quæ lenis & q̃drata. Sed uirilis tamẽ cõpositio. Ne id qdem ĩutile etiã corruptas aliquãdo & uitiosas orõnes:q̃s tamẽ pleriq; iudicioꝝ prauitate mirãt̃: legi palã pueris:ostẽdiq; ĩ iis q̃multa imꝓpria:obscura: tumida:humilia:sordida:lasciua:effœminata sint:quæ non laudãt̃ mõ a plerisque: sed quod peius est:ꝓpter hoc ipsum ꝙ sunt praua laudant̃. Nã sermo

rectus & secundū naturā enūciatus: nihil hr̄e ex īgenio uidet᷑. Illa uero quæ ut cūq; deflexa sūt: tāq̄ exqsitiora miramur: nō aliter q̄ distortis & quocūq; mō ꝓdigiosis corꝑibus apud quosdā maius ē preciū: q̄ iis quæ nihil ex coīs habitus bonis ꝑdiderīt: atq; etiā qui spe capiūt᷑ uulsis leuatisq; & mustas comas acu comētibus: & nō suo colore nitidis: plus esse formæ putāt: q̄ possit tribuere īcorrupta natura: ut pulchritudo corꝑis uenire uideat᷑ ex malis moribus. Nec solū hæc ipse debebit docere præceptor: sed frequēter īterrogare: & iudiciū discipuloꝝ expiri. Sic audientibus securitas aberit: nec quæ dicēt᷑ ꝑfluēt aures: simulq; ad id ꝑducēt᷑: quod ex hoc quærit: ut īueniāt ipsi & ītelligāt. Nā qd aliud agiūs docendo eos: q̄ ne sēp docēdi sīt. Hoc diligētiæ genus ausī dicere plus collaturꝝ discentibus: q̄ oēs oīum artes: quæ iuuāt sine dubio multū: sed latiore q̄dā cōprehēsione ꝑ oēs qdē spēs reꝝ quotidie pene nascētiū ire q possūt: sicut de re militari: q̄q̄ sīt tradita quædā præcepta coīa: magis tamē ꝓderit scire: q̄ ducū qsq; rōne ī q̄li loco tp̄re sit usus sapiēter: aut cōtra. nā ī oībus fere minus ualēt præcepta q̄ expimēta. An uero declamabit qdē præceptor: ut sit exēplo suis auditoribus: nō plus cōtulerint lecti Cicero ac Demosthenes. corriget᷑ palā siqd ī declamādo discipulus errauerit: nō potētius erit emēdare orōem: qn īmo etiā iucūdius: aliena. n. uitia qsq; reprehēdēdi mauult q̄ sua. Nec deerāt plura quæ dicerē. Sed neminē hæc utilitas fugit: atq; utinā tā non pigeat facere istud: q̄ non displicebit.

Qui Primi legendi.

QVod si potuerit obtineri nō ita difficilis superit quæstio: q legēdi sīt īcipiētibus. Nā qdā illos minores: qa facilior eoꝝ ītellectus uidebat᷑: ꝓbauerīt alii floridius genus: ut ad alēda primaꝝ ætatū ingenia magis accōmodatū. Ego optīssimos qdē & statī & sēp. Sed tamen eoꝝ cādidissimū quēq; & maxīe cōpositum uelī: ut Liuiū a pueris magisq̄ Salustiū: & hic historiæ magis ē auctor. Ad quē tamen ītelligendū iam ꝑfectu opus ē. Cicero ut mihi qdē uidet᷑ & iucundus īcipiētibus quoq; & aptus ē satis: nec ꝓdesse tātū: sed etiā amari pōt: tū quēadmodū Liuius præcipit: ut qsq; erit Ciceroni simillimus. Duo aūt genera maxime cauēda pueris puto: unū neqs eos ātiqtatis nimius admirator ī Gracchoꝝ Catonisq; & alioꝝ similiū lectiōe durescere uelit. fient. n. horridi atq; ieiuni. Nā neq; uī eoꝝ adhuc ītellectu cōsequēt᷑: & elocutōe: quæ tū sīe dubio erat optīa: sed nostris tp̄ibus aliena cōtenti quod ē pessimū: similes sibi magnis uiris uidebūt᷑. Alteꝝ quod huic diuersū ē: ne recētis huius lasciuiæ flosculis capti uoluptate q̄dā praua deliniāt᷑: ut prædulce illud genus a puerilibus īgeniis: hoc gratius quo ꝓpius est adamēt. Firmis aūt iudiciis iāq; extra ꝑiculū positis suaserī & antiquos legere:

ex qbus si assumat̃ solida ac uirilis īgenii uis deterso rudis sæculi sq̃lo-
re: tũ nr̃ hic cultus clarius enitescet & nouos: qbus & ipsis multa uirtus
adest. Nec. n. nos tarditatis natura dãnauit: sed dicẽdi mutauiũs genus:
& ultra nobis q̃ oportebat īdulsiũs: ita nõ tã īgenio illi nos supauert̃: q̃
ꝓposito. Multa ergo licebit eligere. Sed curãdũ erit ne iis qbus pmixta
sũt īqnct̃. Quosdã uero etiã quos totos imitari oporteat: & fuisse nup
& nunc esse: qd=ni libẽter nõ cõcesserĩ mõ: ueꝝ etiã cõtenderĩ. Sed hi q
sunt nõ cuiusq; ẽ ꝓnunciare. Tutius circa priores uel errat̃. Ideoq; hãc
nouoꝝ distuli lectionẽ: ne imitatio iudiciũ ãtecederet.

DE Diuisione.

FVit etiã ĩ hoc diuersũ præcipiẽtiũ ꝓpositũ: q eoꝝ qdã materias:
q̃s discipulis ad dicendũ dabãt: nõ cõtenti diuisiõe dirigere latius
dicẽdo ꝑsequebant̃: nec solũ ꝓbationibus ĩplebant̃: sed etiã affectibus.
Alii cũ primas mõ lineas duxissẽt post declamatiões: qd omisissẽ prius
tractabant. Quosdã uero locos nõ minore cura: q̃ cũ ad dicendũ ipsi
surgerẽt excolebant. Vtile utrũq;: & ideo neutrũ ab altero separo. Sed
si facere tantum alteꝝ necesse sit: plus ꝓderit demõstrasse rectã ꝓtinus
uiã: q̃ reuocare ab errore iã lapsos: primũ qa emendationẽ auribus mõ
accipiunt: diuisionem uero ad cogitationẽ etiã & stilũ pferũt. Deĩde q
libentius præcipientem audiunt q̃ reprehendentẽ. Si q uero paulo sũt
uiuaciores: in his præsertĩ moribus etiã irascunt̃ admonitioni: & taciti
repugnãt. Nec ideo tamen minus uitia apte coarguenda sunt. Habẽda
enĩ rõ cæteroꝝ: q recta esse quæ præceptor nõ emẽdauerit credẽt. Vtraq;
aũt rõ miscẽda ẽ: & ita tractãda ut res ipsæ postulabũt. Nãq; ĩcipiẽtibus
danda erit uelut præformata materia secundũ cuiusq; uires. At cũ satis
cõposuisse se ad exẽplum uidebunt̃: breuia quædã demõstranda uesti-
gia: quæ ꝑsecuti iã suis uiribus sĩe adminiculo ꝓgredi possint. Nõnuq̃
credi sibi eos optebit: ne mala cõsuetudine semp alienum laborẽ sequẽ-
di: nihil p se conari & quærere sciant. Quod si satis prudenter dicenda
uiderint: iam ꝓpe cõsumata fuerit præcipientis opa: Siqd errauerĩt ad-
huc ert̃ ad ducẽ reducẽdi. Cui rei simile qddã facientes aues cernimus:
quæ teneris ĩfirmisq; fœtibus: cibos ore suo collatos partiunt̃. At cum
uisi sunt adulti paululum egredi nidis: & circumuolare sedẽ illã præce-
dentes ipsæ docẽt: tum expertas uires libero cælo: suæq; ipsoꝝ fiduciæ
permittunt.

DE Ediscendo.

ALlud ex cõsuetudine mutandum ꝓrsus existimo in his: de qbus
nunc disserimus ætatibus ne oĩa quæ scripserĩt ediscant: & certa
ut moris est die dicant. Quod quidem maxime patres exigunt: atq; ita
demum studere liberos suos: si q̃ frequentissime declamauerint: credũt:

cũ pfectus præcipue diligētia constet. Nā ut scribere pueros plurimūq; esse in hoc ope plane uelī: sic ediscere electos ex orōnibus uel historiis: alio ue: quo genere dignoꝝ ea cura uoluminū locos multo magis suadeam. Nā etiam exercebit᷑ acrius memoria aliena cōplectendo q̄ sua. Et q erunt in difficiliore huius generis labore uersati sine molestia: quæ ipsi cōposuerīt iā familiarius aīo suo affigent: & assuescent optimis: sēpq; habebunt intra se quod imitent᷑. Etiā nō sentientes formā orōnis illā: quā mente penitus acceperīt: exprimunt. Abundabūt aūt copia uerboꝝ optimoꝝ: & cōpositōe ac figuris iam nō quæsitis: sed sponte & ex reposito uelūt thesauro se offerētibus. Accedit his & iucūda ī sermone bene a quoq; dictoꝝ relatio: & in causis utilis. Nā & plus auctoritatis affeīt ea: quæ non præsētis gratia litis sunt cōpata: & laudē sæpe maiorem: q̄ si nr̄a sint conciliant. Aliquādo tamen pmittendū quæ ipsi scripserint dicere: ut laboris sui fructū etiā ex illa quæ maxīe petit᷑: laude plurimū capiant. Veꝝ id quoq; tū fieri oportebit cū aliqd cōmodius elimauerīt: ut eo uelut premio studii sui donent᷑: ac se meruisse ut dicerēt gaudeāt.

AN Secundum sui quisq; ingenii docendus sit naturam.

VIrtus præceptoris haberi solet: nec īmerito diligenter in iis: quos erudiendos susceperit notare discrimina ingenioꝝ: & quo quēq; natura maxīe ferat scire. Nā est in hoc incredibilis quædā uarietas: nec potiores animoꝝ pene q̄ corpoꝝ formæ. Quod intelligi etiam ex ipsis oratoribus pōt: q tantū īter se distant genere dicēdi: ut nemo sit alteri similis: q̄uis plurimi se ad eoꝝ quos pbāt imitationē cōposuerīt. Vtile deinde plerisq; uisū ē ita quēq; īstituere: ut ppria naturæ bona doctrina fouerent: & in id potissimū ingenia quo tenderēt adiuuarēt᷑: ut siquis palestræ pitus eū ī aliquod plenū pueris gymnasiū uenerit: expitus eoꝝ oī mō corpus aīmūq; discernat: cui qsq; certamini præparādus sit. Ita præceptorē eloquētiæ: cum sagaciter fuerit ītuitus: cuius īgeniū presso limatoq; genere dicēdi: cuius acri: graui: dulci: aspo: nitido: urbano maxīe gaudeat: ita se cōmodaturꝝ sigulis: ut ī eo quo qsq; eminet puehat᷑: quod & adiuta cura natura magis eualescat. Et si ī diuersa ducat᷑: nec in iis qbus minus aptus ē: satis possit efficere: & de ea in quæ natus uidet᷑: deserendo faciat īfirmiora. Quod mihi libera. n. uel cōtra receptas persuasioēs rōnē sequēti sentētia ē: ī parte ueꝝ uidet᷑. Nā pprietas īgenioꝝ despicere prsus necessariū ē: in his quoq; certū studioꝝ facere delectum nemo dissuaserit. Nāq; erit alius historiæ magis idoneus: alius cōpositus ad carmen: alius utilis studio iuris: ut nōnulli rus fortasse mittēdi. Sic discernet hæc dicēdi magister: qūo palestricus ille cursorē faciet: aut pugilē aut luctatorē: aliud ue qd ex iis quæ sunt sacroꝝ certaminum.

Ve℞ ei qui foro destinabit̃:nõ ĩ unã ptẽ aliquã:sed ĩ oĩa quæ sũt eius opis:etiã siq̃ difficiliora discẽti uidebũt̃:elaborãdũ ẽ.Nã & oĩno superuacua erat doctrina:si natura sufficer&.an siqs ĩgenio corruptus ac tumidus:ut pleriq; sunt ĩciderit:ĩ hoc eũ ire patiemur?aridũ atq; ieiunũ nõ alemus:& q̃si uestiemus?Nã si quædã detrahere necessariũ ẽ:cur nõ sit adiicere cõcessũ?Neq; ego cõtra naturã pugno:nõ.n.deserẽdũ id bonũ:siquod ĩgenitũ ẽ existimo:sed augẽdũ addẽdumq; quod cessat.An uero clarissiũs ille præceptor Isocrates:quẽ nõ magis libri bene dixisse: q̃ discipuli bene docuisse testãt̃:cũ de Ephoro atq; Theopõpo sic iudicaret:ut alteri frenis:alteri calcaribus opus esse diceret : aut ĩ illo lentiore tarditatẽ : aut ĩ illo pene præcipiti cõcitationẽ adiuuãdã docẽdo existimauit: cũ alte℞ alterius natura miscẽdũ arbitraret̃?Imbecillis tamẽ ingeniis sane sic obsequẽdũ sit:ut tamẽ ĩ id quo uocat natura ducãt̃. Ita enĩ quod solũ possũt melius efficiẽt.Si uero liberalior materia cõtigerit & ĩ q̃ merito spẽ oratoris simus aggressi:nulla dicẽdi uirtus omittẽda ẽ. Nã licet sit aliquã ĩ ptẽ ꝓnior ut necesse ẽ:cæteris tamẽ nõ repugnabit: atq; ea cura paria faciet iis ĩ qbus eminebit.Sicut ille ne ab eodẽ exẽplo recedaũs:exercẽdi corpa ꝑitus nõ si docendũ pãcratiasten suscepit:pugno ferire:uel calce tãtũ:aut nexus mõ:atq; ĩ his certos aliquos docebit: sed oĩa quæ sũt eius certaminis.Erit q ex iis aliq̃ nõ possit:ĩ id maxime quod poterit ĩcũbet.Nã sũt hæc duo uitãda ꝓrsus:unũ ne tẽptes quod effici nõ possit.Alte℞ ne ab eo quod qs optĩe facit:ĩ aliud cui minus ẽ idoneus trãsferas:at si fuerit q docebit̃ ille quẽ adolescẽtes senẽ uidiũs Nicostratus oĩbus in eo docẽdi ꝑtibus similiter utet̃:efficietq; illũ:q̃lis hic fuit luctãdo pugnãdoq;:quo℞ utroq; certamĩe iisdẽ diebus coronabat̃ ĩ uictũ.Et quãto id magis oratoris futuri mr̃o ꝓuidẽdũ erit.Nõ.n. satis ẽ dicere:presse tãtũ aut subtiliter aut aspe nõ magis q̃ phonasco: acutis tãtũ:aut mediis aut grauibus sonis:aut ho℞ etiã ꝑticulis excellere.Nã sicut cithara ita orõ ꝑfecta nõ ẽ:nisi ab ĩmo ad summũ omĩbus intẽta neruis cõsentiat.

DE Officio discipulorum.

PLura de officiis docẽtiũ locutus:discipulos id unũ ĩterĩ moneo:ut præceptores suos nõ minus q̃ ipsa studia ament:& parẽtes esse: nõ qdẽ corpũ:sed mẽtiũ credãt.Multũ hæc pietas cõfert studio.Nã ita & libẽter audiẽt:& dictis credẽt:& esse similes cõcupiscẽt.ĩ ipsos deniq; cœtus scholariũ læti & alacres cõueniẽt:emẽdati nõ irascẽt̃:laudati gaudebũt:ut sĩt carissimi ĩ studio merebũt̃.Nã ut illo℞ officiũ ẽ docere:sic ho℞ præbere se dociles:alioqn neutrũ sĩe altero sufficit.Et sicut hoĩnis ortus ex utroq; gignentiũ confert̃ : & frustra sparseris semina nisi illa præmollitus fouer& sulcus:ita eloquẽtia coalescere nequit:nisi sociata tradẽtis accipientisq; cõcordia.

DE Vtilitate & rõne declamãdi.

IN his primis opibus quæ nõ ipsa parua sũt: sed maiorꝝ q̃si mēbra atq; ptes bene īstituto ac satis exercitato iã fere tpũs appetet aggrediẽdi suasorias iudicialesq; materias: quarꝝ ãteq̃ uiã īgrediar pauca mihi de ipsa declamãdi rõne dicẽda sũt: quæ qdẽ ut ex oĩbus nouissime inuẽta: ita & multo ẽ utilissĩa. Nã & cũcta illa de qbus diximus: ĩ se fere cõtinet: & ueritati ꝓximã imaginẽ reddit. Ideoq; ita ẽ celebrata ut plerisq; uideret ad formãdã eloquẽtiã: uel sola sufficere. Neq;. n. uirtus ulla ꝑpetuæ dũtaxat oroĩs repiri põt: quæ nõ sit cũ hac dicẽdi meditatõe cõis. Eo qdẽ res ista ĩ culpã docẽtiũ recidit: ut ĩter præcipuas: quæ corrũpent eloquẽtiã causas licẽtia atq; ĩscitia declamãtiũ fuerit Sed eo ꝙ natura bonũ ẽ bene uti licet. Sĩt ergo & ipsæ materiæ quæ fĩgẽt q̃simillimæ ueritati. Et declamatio ĩ q̃tũ maxĩe põt: imitet eas actioẽs: ĩ quarꝝ exercitationẽ repta est. Nã magos & pestilẽtiã & respõsa: & seuiores tragicis nouercas: aliaq; magis adhuc fabulosa frustra ĩter spõsioẽs & ĩter dicta quæreũs. Quid ergo nũq̃ hæc supra fidẽ & poetica: ut uere dixeri themata iuuenibus ptractare ꝑmitteũs: ut expatiẽt & gaudeãt materia: & q̃si ĩ corpus eãt: erit optimũ. Sed certe sĩt grãdia & tumida: nõ stulta: etiã & acrioribus oculis ĩtuẽti ridicula: ut si iã cedendũ ẽ: ĩpleat se declamator aliq̃do: dũ sciat: ut q̃drupedes cũ uiridi pabulo distentæ sũt: sãguĩs detractatõe curãt: & sic ad cibos uiribus cõseruãdis idoneos redeũt: ita sibi quoq; tenuãdos adipes: & qcqd humoris corrupti contraxerit: emittẽdũ si esse sanus ac robustus uolet. Alioqn tumor ille inanis primo cuiuscunq; ueri opis conatu deprehẽdet. Totũ aũt declamãdi opus q diuersũ oĩno a forẽsibus causis existimãt. Hi ꝑfecto ne rõnẽ qdẽ q ista exercitatio ĩuẽta sit puidẽt. Nã si foro nõ præparat: aut scenicæ ostetationi: aut furiosæ uociferationi simillimũ ẽ. Quid. n. attinet iudicẽ præparare: q nullus ẽ? Narrare quod oẽs sciãt falsum: ꝓbationes adhibere cãæ: de qua nemo sit ꝓnũciaturus. Et hæc qdẽ ociosa tãtũ: affici uero & ira uel luctu ꝑmouere: cuius ẽ ludibrii? nisi qbusdã pugnæ simulacris ad uerꝝ discrimen aciẽq; iustã cõsuescimus. Nihil ergo ĩter forẽse genus dicẽdi atq; hoc declamatorꝝ ĩtererit si ꝑfectus gratia dicimus nihil. Vtinãq; adiici ad cõsuetudinẽ poss&: ut nõibus uteremur: & ꝑplexe magis & lõgioris aliq̃do actus cõtrouersiæ fĩgerẽt. Et uerba in usu quotidiano posita minus timeremus: & iocos ĩserere moris ess&: quæ nos q̃libet ꝑ alia in scholis exercitati simus: tyrones in foro inueniũt. Si uero ĩ ostẽtationẽ cõparet declamatio: sane paululũ aliqd ĩclamare ad uoluptatẽ audiẽtiũ debemus. Nã & ĩ iis actionibus: quæ ĩ aliq̃ sine dubio necessitate uersant: sed sũt ad popularẽ aptatæ delectationẽ: quales legimus Panegyricos: totumq; hoc demõstrationũ genus ꝑmitit adhibere plus cultus: omnẽq; artẽ: quæ latere: plerũq; ĩ iudiciis debet nõ cõfiteri mõ:

ſed oſtētare etiā hōibus ī hoc aduocatis. Quare declamatio quoniā eſt iudicio℞ cōſilio℞q; imago: ſimilis eſſe debet ueritati: quoniā aūt aliqd in ſe hēt epidicticon: nō nihil ſibi nitoris aſſumere: quod faciūt actores comici: q nec ita ꝓrſus: ut nos uulgo loqmur ꝓnūciāt: quod eſſet ſine arte: nec tamē ꝓcul a natura recedūt: quo uitio pir& imitatio: ſed morē cōis huius ſermonis decore quodā ſcænico exornāt. Sic quoq; ī aliq nos incōmoda ex iis q̄s fixeriūs materiis cōſequēt: ī eo præcipue q multa ī his relīquūt īcerta: quæ ſūimus: ut uidēt ætates: facultates: liberi: parētes: urbiū ipſa℞ uires: iura: mores: alia his ſimilia. Quī aliqdo etiā argumēta ex ipſis poſitionū uitiis duciūs. Sed hæc ſuo q̄q; loco. Quāuis. n. oē ꝓpoſitū opis a nobis deſtinati eo ſpectet: ut orator īſtituat: tamē ne qd ſtudioſi reqrāt: etiā ſiqd erit quod ad ſcholas ꝑtineat: proprie in tranſitu non omittemus. AN Artis neceſſaria cognitio.

NAm hīc ergo nobis īcohāda ē ea ps artis: ex q̄ cape initiū ſolēt: qui priora omiſerīt: q̄q̄ uideo quoſdā in ipſo ſtatī limine obſtaturos mihi: q nihil egere eiuſmodi præceptis eloquētiā putēt: ſed natura ſua & uulgari mō: & ſcholarū exercitatiōe cōtēti: rideāt etiā diligētiā nrām exēplo quoq; magni noīs ꝓfeſſo℞: quo℞ aliqs ut opinor īterrogatus qd eſſet ſchema & nœma: neſcire ſe qdē: ſed ſi ad rē ptiner& eſſe ī ſua declamatiōe reſpōdit. Alius pcōtāti theodoreus an apollodoreus eſſet: ego īqt parmularius ſū: nec ſane potuit urbanius ex cōfeſſiōe īſcitiæ ſuæ elabi: porro hi qa & beneficio īgenii præſtātes ſūt habiti: & multa etiā memoria digna exclamauerīt: plurimos habēt ſimiles negligētiæ ſuæ paucīſſīos naturæ. Igit & īpetu dicere ſe: & uiribus uti gloriāt. Nec. n. opus eſſe ꝓbatiōe aut diſpoſitiōe in rebus fictis: ſed cuius rei gratia plenū ſit auditoriū: ſētētiis grādibus: q℞ optīa quæq; a piculo petat. Quī etiā in cogitādo nulla rōne adhibita: aut tectū ītuētes: magnū aliqd: quod ultro ſe offerat pluribus ſæpe diebus expectāt: aut murmure īcerto: uelut claſſico īſtinctu cōcitatiſſimū corpis motū nō enūciādis: ſed quærēdis uerbis accōmodāt: Nōnulli certa ſibi īitia priuſq̄ ſēſū īuenerīt deſtināt: qbus aliqd diſerti ſubiūgēdū ſit: eaq; diu ſecū ipſi clareq; meditati deſꝑata cōnectēdi facultate deſerīt: & ad alia deīceps: atq; īde alia nō minus cōia atq; nota deuertūt. Qui plurimū uidēt hre rōnis: nō ī cauſas tātū laborē ſuū: ſed ī locos ītēdūt: atq; iis nō corpi ꝓſpiciūt: ſed abrupta quædā: ut forte ad manū uenere iaculāt. Vnde fit ut diſſoluta: & ex diuerſis cōgeſta orō cohærere nō poſſit: ſimiliſq; fit cōmētariis puero℞ in quos ea quæ aliis declamātibus laudata ſūt regerīt. Magnas tamē ſētētias & res bonas (ita. n. gloriari ſolēt) elidūt nā ut barbari & ſerui: & ſi hoc ſat eſt: nulla ē rō dicēdi. Quare īeruditi ingenioſiores uulgo habentur.

ME hoc quidem negauerim sequi plerūq; hāc opinionē: ut fortius dicere uideantur īdocti primum uitio male iudicantiū: q maiorē habere uim credunt ea: quæ non habent artem : ut effringere q̄ aperire: rumpere q̄ soluere: trahere q̄ ducere putant robustius. Nā & gladiator qui armorum inscius ī rixam ruit: & luctator qui totius corporis nisu in id quod semel īuasit incūbit: fortior ab his uocatur : cum interim & hic frequēter suis uiribus ipse prosternitur & illū uehementis impetus excipit aduersarii mollis articulus. Sed sunt in hac parte quæ īperitos etiam naturaliter fallant: nam & diuisio cū plurimum ualeat ī causis: speciē uirium minuit & rudia politis: maiora & sparsa cōpositis numerosiora creduntur. Est præterea quædā uirtutum uitiorūq; uicinia: qua maledicus pro libero: temerarius pro forti: effusus pro copioso accipit̄. Maledicit autem īeruditus apertius & sæpius: uel cū periculo suscepti litigatoris: frequenter etiā suo. Affert & ista res opinionē : qa libētissīe homines audiunt ea quæ ipsi dicere uoluissent. Illud quoque alterum quod est in elocutione ipsa periculum minus uitat: conaturq; perdite. Inde euenit nonnunq̄ ut aliquid grande inueniat: qui semper quærit quod nimium est: uerū & raro euenit: & certa uitia non pensat : ꝑpter hoc quoq; interdū uidentur īdocti copiam habere maiorē: quod dicūt omnia: doctis est & electio & modus. His accedit: quod a cura docendi quod intenderint recedunt. Itaq; illud quæstionū & argumētorū apud corrupta iudicia frigus euitāt: nihilq; aliud q̄ quo uel prauis uoluptatibus aures assistentium permulceant quærunt. Sententiæ quoq; ipsæ quas solas petunt magis eminent cum omnia circa illas sordida & abiecta sunt: ut lumina non inter umbras: quēadmodū Cicero dicit: Sed plane in tenebris clariora sunt. Itaque ingeniosi uocentur ut libet dum tamen cōstet cōtumeliose sic laudari disertum. Nihilominus cōfitēdū est etiā detrahere doctrinā aliquid: ut limā rudibus: & cotes hebetibus: & uino uetustatē: sed uitia detrahit: atq; eo solo minus est quod litteræ præpolierīt: quo melius. Uerū hi ꝓnunciatione quoq; famam dicendi fortius quærūt. Nam & clamant ubiq; & omnia leuata ut ipsi uocant manu emugiūt multo discursu anhelitu iactatione gestu motu capitis furentes. Iam collidere manus: terræ pedem incutere: fœmur : pectus: frontem cedere: mire ad pullatum circulum facit cum ille eruditus : ut in oratiōe multa sūmittere : uariare: disponere: ita etiam ī pronūciādo suum cuiq; eorū quæ dicet: colori accōmodare actum sciat: & siqd sit perpetua obseruatione dignum modestus & esse & uideri malit. At illi hanc uim appellāt: quæ est potius uiolentia. Cum interim non actores modo aliquos īuenias: sed quod ē turpius: præceptores etiam q breuem

dicendi exercitationem cõsecuti omissa rõne: ut tulit impetus: passim tumultuētur: eosq; q plus honoris litteris tribuerĩt: ineptos & ieiunos & trepidos & infirmos: ut quodq; uerbũ cõtumeliosissimum occurrit appellent. Verum illis qdem gratulemur sine labore: sine ratiõe: sine disciplina disertis. Nos quãdo & præcipiendi munus & iãpridẽ deprecati sumus: & in foro quoq; dicendi: qa honestissimũ finẽ putabamus desinere: dum desideraremur ĩquirendo scribendoq; talia consolemur ocium nostrum: quæ futura usui bonæ mentis iuuenibus arbitramur: nobis certe sunt uoluptati.

Quis modus in arte.

NEmo autem a me exigat id præceptorũ genus quod est a plerisq; scriptoribus artium traditũ: ut quasi quasdam leges ĩmutabili necessitate cõscriptas studiosis dicendi ferã. Vtiq; proœmium: & id qle proxima huic narratio: quæ lex deinde narrandi: ppositio post hanc: uelut qbusdam placuit excursio: tũ certus ordo quæstionum: cæteraq; quæ uelut si aliter facere fas nõ sit quidã tanq̃ iussi sequũť. Erat enim rhetoricæ res prsus facilis ac parua: si uno breui præscripto cõtineretť. Sed mutãť pleraq; causis: tẽporibus: necessitate: occasiõe. Atq; ideo res in oratione præcipua consiliũ ẽ: qa uarie & ad rerũ momẽta cõuertiť. Quid enĩ si præcipias impatori quotiens aciem instru&: dirigat frõtẽ: cornua utrinq; promoueat: eqtes p cornibus locet: erit hæc quidẽ rectissĩa fortasse ratio: quotiens licebit. Sed mutabiť natura loci: si mons occurret: si flumẽ obstabit: collibus: siluis alia asperitate aliq̃ phibebiť. Mutabit hostium genus: mutabit præsẽtis conditio discriminis: nunc acie directa: nunc cuneis: nunc auxiliis: nunc legione pugnabiť. nõnũq̃ terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Ita proœmium necessariũ: an supuacuũ: breue an longius. ad iudicem. omni sermone directo: an aliquãdo auerso p aliquã figuram dicendum sit: constricta an latius: diffusa narratio continua an diuisa: recta an ordine permutato causæ docebunt. Itẽ de quæstionũ ordine cum in eadem controuersĩa aliud alii parti prius quæri frequẽter expediat. Neq;. n. rogationibus plebis ue scitis sancta sũt ista præcepta: sed hoc quicquid ẽ utilitas excogitauit. Non negabo autem sic utile esse plerũq;. Alioqn nec scriberem: uerũ si eadem illa nobis aliud suadebit utilitas: hanc relictis magistrorum auctoritatibus sequemur. Eqdem id maxime præcipiam ac repetens iterumq; iterumq; monebo. Res duas in omni actu spectet orator. qd deceat: quid expediat. Expedit autem sæpe mutare ex illo constituto traditoque ordine aliqua: & interim decet ut in statuis atque picturis uideamus uariari habitus: uultus: status. Nam recti quidem corporis

uel minima gratia ē. Neque enim aduersa sit facies: & demissa brachia: & iuncti pedes: & a summis ad ima rigens opus: flexus ille: & ut sic dixerim: motus dat actum quendā & factum. Ideo nec ad unum modum formatæ manus: & in uultu mille spēs: cursum habent quēdā & ĩpetū: sedent aliæ uel incūbunt: nuda hæc: illa uelata: sunt quædam mixta ex utroq;. Quid tā distortum & elaboratum q̄ est ille discobolos myronis? Siquis tamen ut parꝝ rectū improbet opus: nonne ab intellectu artis abfuerit: ĩ qua uel præcipue laudabilis ē illa ipsa nouitas ac difficultas? Quam qdem gratiam & delectationē affert figuræ quæq; in sensibus: quæq; in uerbis sunt. Mutant etiam aliqd a recto: atq; hanc præ se uirtutem ferunt: quod a cōsuetudine uulgari recesserit. Habet in pictura speciē tota facies: Apelles tamē imaginem Antigoni latere tātum altero ostendit: ut amissi oculi deformitas lateret. Quid non in orōne opiēda sunt quædam siue ostendi non debent: siue exprimi pro dignitate non possunt: ut fecit Timantes: ut opinor: Citnius in ea tabula qua Coloteiū uicit. Nā cū ĩ Ephigeniæ ĩmolatiōe pinxisset tristē Calchātē: tristiorē Vlyxem addidisset: Menelao: quem sūmū poterat ars efficere mœrorem cōsumptis affectibus: non reperiens quo digne modo patris uultum possit exprimere: uelauit eius caput: & suo cuiusque aīo dedit æstimandū. Nonne huic ē illud simile Salustianū? Nam de carthagine tacere satius puto: q̄ parum dicere Propter quæ mihi sēper moris fuit: q̄ minime alligare me ad præcepta: quæ uocant: idest ut dicamus quomō possumus uniuersalia uel ꝑpetualia. Raro. n. repitᷣ hoc genus ut non labefactari parte aliq̄: & subrui possit. Sed de his plenius suo qcq; loco tractabimus. Interim nolo se iuuenes satis ĩstructos: siquem ex iis: qui breues plerūq; circunferūtᷣ: artis libellum edidicerit: & uelut decretis technicorū: tutos putent. multo labore: assiduo studio: uaria exercitatōe: pluribus experimētis: altissima prudētia: præstātissīo cōsilio constat ars dicēdi. Sed adiuuatᷣ his quoq;: si tamen rectam uiā non unā orbitam mōstrent: qua declinare qui crediderit nefas: patiatᷣ necesse est illā p funes ĩgredientium tarditatem. Itaq; & stratū militari labore iter sæpe deserimus cōpendio ducti: & si rectum limitem rupti torrētibus pōtes inciderint: circūire cogemur: & si ianua tenebitᷣ ĩcēdio per parietē exibimus: late fusum opus ē: & multiplex: & ꝓpe quotidie: nouū & de quo nūq̄ dicta erunt oīa. Quæ sint tamen tradita: quid ex iis optimū: & siq̄ mutari: adiici: detrahi: melius uidebitᷣ dicere experiar.

Diuisio totius operis.

RHetoricen in latinū transferētes: tum oratoriam: tum oratricem: noīauerunt: quos equidem non fraudauerim debita laude: quod

copiam romani sermonis augere tētauerīt. Sed non omnia nos ducētes ex græco sequuntur sicut ne illos quidem quotiens suis utique uerbis signare nostra uoluerīt: & hæc interpretatio non minus dura est: q̄ illa Plauti essentia atq; entia: sed ne ꝓpria quidem. Nā oratoria sic effertᷣ: ut elocutoria oratrix: ut elocutrix. Illa autē de qua loqmur rhetorice talis ē q̄lis eloquentia. Nec dubie apud græcos quoq; duplicē ītellectū habet. Nanq; uno mō fit appositum ars rhetorica: ut nauis pyratica: altero nomen rei: qualis est philosophia: amicitia. Nos ipsam nunc uolumus significare substātiā: ut grāmatice litteratura ē nō litteratrix: quēadmodum oratrix: nec litreratoria quēadmodū oratoria. Verum in rhetorice non fit. Non pugnemus igitur cū præsertim multis alioqn græcis sit utendum. Nā certe si phisicos & geometras dicam: nec uim afferam his noībus in decora in latinū sermonem mutatione. Deniq; cum. M. Tullius etiam ipsis libroꝝ quos de hac re primum scripserat titulis: græco noīe utatᷣ: profecto non ē uerendum: ne temere uideamur oratori maximo de noīe artis suæ credidisse. Igitur rhetorice (iam enim sine metu cauillationis utemur hac appellatione) sic ut opinor optime diuidetᷣ: ut de arte: de artifice: de opere dicamus. Ars erit quæ disciplina præcipi debet: ea est bene dicendi scientia. Artifex est qui percipit hanc artem: idest orator cuius est sūma bene dicere. opus quod efficitur ab artifice idest bona oratio. Hæc omnia rursus diducūtᷣ ī species. Sed illa sequentia suo loco. Nūc quæ de prima parte tractāda sunt ordiar.

Quid sit rhetorice: & quis eius finis.

ANte oīa quid sit rhetorice: quæ finitur qdē uari e: sed quæstionē habet duplicē. aut enim de q̄litate ipsius rei: aut de cōprehēsiōe uerborū dissensio ē. Prima ac præcipua opinionū circa hæc differētia qđ alii malos quoque uiros posse oratores dici putant: alii quorum nos sententiæ accedimus: nomen hoc artēq; de qua loqmur: bonis demum tribui uolunt. Eorū autem qui dicendi facultatem a maiore ac magis expetenda uitæ laude secernunt: qdam rhetoricen uim tantū: quidam scientiam: sed non uirtutem: qdam usum: quidam artem qdem: sed a scientia & uirtute disiunctam: quidam etiā prauitatem quādam artis idest noīauerunt. Hi fere aut in persuadendo aut in docendo aperte ad persuadēdum positum orandi munus sunt arbitrati: id enī fieri potest ab eo quoq; qui uir bonus non sit. Est igitᷣ frequentissimus finis rhetoricen esse uim persuadendi: quod ego uim appello: pleriq; potestatem: nōnulli facultatem uocant: quæ res neqd afferat ābiguitatis: uī dico dynamin. Hæc opinio originē ab Isocrate (si tamen re uera ars quæ circunfertur eius est) duxit. Qui cum lōge sit

a uoluntate infamãtiũ oratoris officia: finem artis temere cõprehẽdit: dicens esse rhetoricen ꝑsuadendi opificem idest
Neq; enĩ mihi ꝑmiserim eadem uti declinatiõe: q̃ Ennius. M. Cethegũ suadam medullam uocat. Apud Platonem quoq; Gorgias in libro qui noĩe eius inscriptus est: idem fere dicit: sed hanc Plato illius opinionẽ uult accipi non suam. Cicero pluribus locis scripsit oratoris officium esse dicere apposite ad ꝑsuadẽdũ. In rhetoricis etiã quos sĩe dubio ipse non ꝓbat: finem facit ꝑsuadere. Verũ & pecunia persuadet & gratia & auctoritas dicẽtis & dignitas: postremo aspectus etiam ipse sine uoce: quo uel recordatio meritoꝝ cuiusque: uel facies aliqua miserabilis: uel formæ pulchritudo sẽtentiam dictat. Nam & . M. Aquilium defẽdens Antonius: cum scissa ueste cicatrices: quas is ꝓ patria pectore aduerso suscepiss& ostendit: non orationis habuit fiduciam: sed oculis populi romani attulit uim: quem illo ipso aspectu maxime motum in hoc: ut absolueret reum: creditum ẽ. Seruium quidem Galbam miseratiõe sola: qua nõ suos modo liberos paruulos in concione produxerat: Sed gaii, etiam Sulpicii filium suis ipse manibus circũtulerat: elapsũ esse: cum aliorũ monumentis: tum Catonis orõne testatũ est. Et Phrynem nõ Hyperidis actione: q̃q̃ admirabili: sed conspectu corporis: quod illa speciosissimũ alioqn diducta nudauerat tunica: putãt ꝑiculo liberatã: quæ si oĩa persuadent non est hic de quo locuti sumus idoneus finis. Ideoq; diligẽtiores sunt uisi sibi: qui cum de rhetorice idẽ sentirent: existimarunt eam uim dicendo persuadendi. Quem finem Gorgias in eodem de quo supradiximus libro: uelut coactus a Socrate facit: a quo non dissentit Theodectes: siue ipsius id opus est: quod de rhetorice: nomine eius inscribitᷣ: siue ut creditum est Aristotelis: in quo ẽ finem esse rhetorices: ducere homines dicendo in id quod actor uelit. Sed ne hic qdem satis est cõprehensũ. persuadent enĩ ducendo: uel ducunt in id quod uolunt alii quoque ut meretrices: adulatores: corruptores. At cõtra nõ ꝑsuadet semper orator: ut interim non sit proprius hic finis eius: interĩ sit communis iis qui ab oratore procul absunt. Atqui non multum ab hoc fine abest Appollodorus: dicens iudicialis orationis primũ & super omnia esse persuadere iudici: & sententiã suã retinere in id quod uelit. Nam & ipsum oratorem fortunæ subiicit: ut si non persuaserit: nomen suũ retinere nõ possit. Quidam recesserũt ab euẽtu sicut Aristoteles q dicit: rhetorice est uis inueniendi omnia in orõne persuasibilia. Qui finis & illud uitium de quo supradiximus habet: & insuper ꝙ nihil nisi inuentionem cõplectitᷣ: quæ sine elocutione nõ est oratio. Hermagoræ qui finẽ eius esse ait: ꝑsuasibiliter dicere & alii sũt

qui eandé sententiam: nõ iisdem tamen uerbis explicant: ac finem esse demõstrant: dicere quæ oporteat: oĩa ad ꝑsuadendũ: satis respõsũ est: cũ ꝑsuadere non tantum oratoris esse cõuicimus. Addita sunt his alia uarie. Quidam enim circa res omnes: quidã circa ciuiles modo uersari rhetoricen putauer͂t: quoꝵ uerius utrũ sit in eo loco: q huius quæstiõis ꝓpius est dicam. Omnia subiecisse oratori uidetur Aristoteles: cũ dixit uim esse dicendi: qd in quaq; re possit esse ꝑsuasibile. Et Patrocles qui non qdem adiicit in quaq; re: sed nihil excipiendo idem ostendit: uim enĩ uocat ĩueniendi: quod sit in orõne persuasibile: q fines & ipsi solã cõplectũt͂ inuentionem. Quod uitium fugiens Theodorus uim putat inueniendi & eloquendi cum ornatu credibilia in omni oratione: sed cum eodem modo credibilia quo persuasibilia etiam non orator inueniat: adiiciendo in omni oratione magisq̃ superiores concedit: scelera quoq; suadentibus pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonem suadendi se artificé in iudiciis: & aliis cœtibus esse ait. De iustis quoq; & iniustis tractare: cui Socrates persuadendi non docendi concedit facultatem. Qui uero nõ oĩa subiiciebant oratori solicitius ac uerbosius ut necesse erat adhibuer͂t discrimĩa: quoꝵ fuit Ariston Critolai peripatetici discipulus: cuius hic finis est sciẽtia uidendi & agendi ĩ quæstionibus ciuilibus per orõné popularis persuasionis: hic scientiã qa peripateticus é: nõ ut stoici uirtutis loco ponit: popularé aũt cõprehédédo persuasionem etiã cõtumeliosus est aduersus artem orandi: quã nihil putat doctis persuasuram. Illud de oĩbus q circa ciuiles demũ quæstiones oratorem iudicant uersari: dictũ sit: excludi ab iis plurima oratoris officia: illam certe laudatiuam totã: quæ é rhetorices ps tertia. Cautius Theodorus Gadareus: ut iam ad eos ueniamus: qui artem quidem esse eam: sed non uirtutem putauerunt. Ita enim dicit: ut ipsis eoꝵ uerbis utar: q hoc ex græco transtuler͂t: ars ĩuentrix & iudicatrix & nunciatrix decẽti ornatu secũdũ mensioné eius: quod in quoq; põt sumi ꝑsuasibile in materia ciuili. Itéq; Cornelius Celsus qui finé rhetorices ait dicere ꝑsuasibiliter in dubia uel ciuili materia. Quibus sunt nõ dissimiles q ab aliis tradũt͂ q̃lis est ille uis uidendi & eloquendi de rebus ciuilibus subiectis sibi cũ quadã ꝑsuasione & quodam corporis habitu eorum: quæ dicet ꝓnunciatione. Mille alia sed aut eadé: aut ex iisdé cõposita: qbus item cum de materia rhetorices dicendum erit respondebimus. Quidam eam neq; uĩ: neq; sciẽtiã: neq; artem putauer͂t. Sed Critolaus usum dicendi. Nam hoc   significat. Atheneus fallẽdi artem: plerique autem dum pauca ex Gorgia Platonis a prioribus imperite excerpta legere contenti: nec hoc totũ nec alia eius uolumina euoluũt:

in maximum errorem inciderunt: creduntq; eum in hac esse opinione: ut rhetoricen non artem: sed peritiam quandam gratiæ ac uoluptatis existimet: & alio loco ciuilitatis p̃ticulæ simulacrum: & quartam parte adulationis: quod duas partes ciuilitatis corpori assignet medicinam: & quã interpretantur exercitatricem: duas animo legalem atq; iustitiã: adulatione aũt medicinæ uocet: ut coquorũ artificium & exercitatricis mangonũ: qui colorem fuco & uerũ robur ĩani sagina mẽtiant̃: legalis cauillatricẽ: iustitiæ rhetoricen. Quæ oĩa sunt q̃dem scripta ĩ hoc libro: dictaq; a Socrate: cuius p̃sona uidetur Plato significare quid sentiat. Sed alii sũt eius sermones ad coarguendos: q̃ cõtra disputant cõpositi quos uocant alii ad præcipiendũ q̃ appellant̃. Socrates autem seu Plato: eam q̃dem quæ tum exercebatur rhetoricen talem putauit: nã & dicit his uerbis

ueram aũt & honestam intelligit. Itaque disputatio illa contra Gorgiam ita claudit̃:

ad quod ille quidem conticescit: sed sermonem suscipit polus iuuenili calore inconsideratior: contra quẽ illa de simulacro & adulatiõe dicũt̃. Tũ callides adhuc concitatior q̃ tamen ad hanc p̃ducitur clausulam ut

appareat Platoni non rhetoricen uideri malum: sed eam ueram nisi iusto ac bono nõ contingere. Adhuc autẽ in phædro manifestius facit hanc artem consumari citra iustitiæ quoq; scientiã non posse: cui opinioni nos quoq; accedimus: an aliter defensionem Socratis & eorũ q̃ pro patria cæciderant: laudẽ scripsissẽt: quæ certe sunt oratoris opera: sed in illud hominum genus: quod facilitate dicendi male utebatur: ĩuectus est. Nam & Socrates ĩ honestam sibi credidit orõnẽ: quam ei Lysias reo cõposuerat: & tũ maxĩe scribere litigatoribus quæ illi pro se ipsi dicerẽt erat moris: atq; ita iuri: quo nõ licebat pro altero agere: fraus adhibebatur. Doctoresq; eius artis parũ idonei Platoni uidebantur: qui rhetoricen a iustitia separent: & ueris credibilia præferrent. Nam id quoq; dicit in phædro. Consensisse autẽ illis superioribus uideri potest etiam Cornelius Celsus: cuius hæc uerba sunt. Orator simile tantum ueri petit. Deinde paulo post. Non enim bona conscientia: sed uictoria litigantis est primum. Quæ si uera essẽt pessimorũ hominum foret hæc tam perniciosa nocentissimis moribus dare ĩstrumenta & neq̃tiã præceptis adiuuare. Sed illi rõnem opĩonis suæ uiderint. Nos autem ingressi formate perfectum oratorem: quem in primis esse bonũ uirũ uolumus: ad eos q̃ de hoc opere melius sẽtiũt

reuertamur. Rhetoricen autem quidā eādem ciuilitatē esse iudicauerūt. Cicero sciētiæ ciuilis partē uocat: ciuilis aūt sciētia idem quod sapiētia est: qdam autē philosophiæ quoꝝ ē Socrates. Huic substātiæ maxime cōuenit finitio: rhetoricen esse bene dicēdi sciām. Nam & oratoris omēs uirtutes simul cōplectit̄: & protinus mores etiā oratoris: cū bene dicere non possit nisi bonus. Idem ualet Chrysippi finis ille ductus a Cleāte scientia recte dicendi. Sunt plures eiusdē: sed ad alias quæstioēs magis pertinent. Idem sentiret finis hoc modo cōprehensus persuadere quod oporteat: nisi ꝙ artem ad exitū alligat. At bene artis dicere secūdū uirtutem orationis. Excludunt a rhetorice malos: & illi q sciētiā ciuilium officiorū eam putauerunt si scientiam uirtutem iudicant: sed anguste intra ciuiles quæstiones coercent. Albutius non obscuris ꝓfessor atq; auctor scientiam bene dicendi esse consentit: sed exceptionibus peccat: adiiciendo circa ciuiles quæstiones & credibiliter: quarum iam utrique responsum est. Probabilis & illi uoluntatis qui recte sentire & dicere rhetorices putauerunt. Hi sunt fere fines maxime illustres: & de qbus præcipue disputatur. Nam omēs quidem ꝑsequi nec attinet nec possū cū prauum quoddā ut arbitror studium circa scriptores artiū extiterit: nihil iisdem uerbis quæ prior aliqs occupasset & finiendi: quæ ambitio procul aberit a me. Dicam. n. nō utiq; quæ īuenero: sed quæ placebūt: sicut hoc rhetoricen esse bene dicendi scientiam: cum reperto quod est optimū qui quærit aliud peius uelit. His approbatis simul manifestū est illud quoq; quem finem: uel quid summū & ultimum habeat rhetorice quod dicitur: ad quod omnis ars tendit. Nam si est ipsa bene dicendi scientia: finis eius & summum est bene dicere.

An utilis sit rhetorice.

SEquit̄ quæstio: an utilis rhetorice: nā qdam uehementer in eam inuehi solent: & quod sit indignissimū in accusationē orationis utuntur orandi uiribus: eloquentiam esse quæ pœnis eripiat scelestos: cuius fraude dānēt̄ interim boni consilia ducant̄ in peius: nec seditioēs modo turbæq; populares: sed bella etiā inexpugnabilia excitent̄: cuius deniq; tum maximus sit usus cum ꝓ falsis cōtra ueritatem ualet. Nā & Socrati obiiciunt comici: docere eum quomō peiorē causā meliorē faciat: & contra Thisiam & Gorgiā similia dicit polliceri Plato. Et his addiciunt exempla græcoꝝ romanorūq;: & enumerant q ꝑniciosa non singulis tantum: sed rebus etiam publicis usi eloquentia turbauerunt status ciuitatum uel euerterūt: eoq; & lacædemonioꝝ ciuitate expulsā: & Athenis quoq; ubi actor mouere affectus uetabat̄: uelut recisā orādi potestatē. Quo qdē modo nec duces erunt utiles: nec magistratus nec

medicina:nec deniq; ipsa sapiētia. Nam & dux Flaminius:& Gracchi: saturnini: glautiæ magistratus:& ī medicinis uenena:& ī his q philosophoꝝ noīe male utunt̄:grauissima nō nunq̄ flagitia deprehensa sunt: cibos aspnemur:attuleīt sæpe ualitudinis causas:nūq̄ tecta subeamus: super habitantes aliquādo ꝓcūbūt:non fabricet̄ militi gladius:potest uti eodem ferro latro:q nescit ignes:aquas:sine qbus nulla sit uita: & ne terrenis īmorer:solē lunāq; præcipua sideꝝ aliquādo etiā nocere? Nū igitur negabitur deformē Pyrrhi pacē cœtus ille appius dicēdi uiribus diremisse. Aut non diuina in Tullii eloquentia:& cōtra leges agrarias popularis fuit:& Catilinæ fregit audaciā:& supplicationes q maximus honor uictoribus bello ducibus datur:in toga meruit? nonne ꝑterritos militum animos frequēter a metu reuocat oratio?& tot pugnādi ꝑicula ineūtibus laudem uita potiorē esse ꝑsuadet? Nec me lacedæmonii aut athenienses magis mouerint:q̄ populus. ro. apud quem sūma semper oratoribus dignitas fuit. Eqdem nec urbiū cōditores reor aliter effectu-ros fuisse:ut uaga illa multitudo coir& in populos:nisi docta uoce cō-mota:nec legum reptores sine summa ui orandi consecutos:ut se ipsi homines ad seruitutē iuris astringerent. Quin ipsa uitæ præcepta etiā si natura sunt honesta:plus tamen ad formandas mētes ualēt:quotiēs pulchritudinem rerū claritas orōnis illuminat. Quare etiā si ī utranq; partem ualent arma facundiæ: non tamen est æquum id haberi malū quo bene uti licet. Veꝝ hæc apud eos forsitā quærātur:qui summam rhetorices ad persuadendi uim rettulerūt. Si uero est bene dicēdi scīa: quē nos finem seqmur:ut sit orator ī primis uir bonus:utilē certe esse eā confitendū est. Et hercle deus ille princeps parens reꝝ: fabricatorq; mundi:nullo magis hominem sepauit a cæteris (quæ quidem mortalia essent) animalibus q̄ dicendi facultate. Nam corpora qdē magnitudīe: uiribus:firmitate:patiētia:uelocitate præstantiora in illis mutis uide-mus: eadem minus egere acquisitæ extrinsecus opis. Nam & ingredi citius & pasci & tranare aquas citra docentem natura ipsa sciunt: Et pleraq; cōtra frigus ex suo corpore uestiūt:& arma iis ingenita quædā & ex obuio fere uictus:circa quæ omīa multus hoībus labor ē. Rōnem igitur nobis præcipuā dedit: eiusq; nos socios esse cū diis īmortalibus uoluit. Sed ipsa ratio:neq; tā nos iuuar&·neq; tā ess& in nobis mani-festa:nisi quæ cōcepissemus mente promere etiā loquendo possemus: quod magis deesse cæteris aīalibus q̄ ītellectū & cogitationē quādam uidemus. Nam & moliri cubilia:& nidos texere:& educare fœtus:& ex-cludere:qn etiam reponere in hyemem alimenta opera quædam nobis iminutabilia:qualia sunt cæraꝝ & mellis efficere:non nullius fortasse

rationis est: sed qa carent sermone quæ id faciũt: muta atq; irrõnabilia uocantur. Deniq; homines quibus negata uox est: quantulum adiuuat animus ille cælestis? Quare si nihil a diis oratione melius accepimus: quid tam dignũ cultu ac labore ducamus: aut ĩ quo malimus præstare hominibus: q̃ quo ipsi homines cæteris animalibus præstent? Eo quidẽ magis quod nulla in parte plenius labor gratiam refert. Id adeo manifestum erit: si cogitauerimus: & unde & quousq; iam prouecta sit orãdi facultas: & adhuc augeri potest. Nã ut omittam defẽdere amicos: regere cõsiliis senatum: populum: excercitum in quæ uult ducere: q̃ sit utile conuenitq; bono uiro: nõne pulchrum uel hoc ipsũ est ex cõmuni intellectu uerbisq; quibus utãtur omnes: tãtũ assequi laudis & gloriæ: ut non loq & orare sed quod Pericli cõtigit fulgurare ac tonare uideantur?

AN Rhetorice sit ars.

FInis non erit si expaciari parte in hac & indulgere uoluptati uelĩ. Trãseamus igit̃ ad eã quæstionẽ: quæ sequit̃ an rhetorice ars sit. Quod quidẽ adeo ex iis qui præcepta dicẽdi tradiderũt: nemo dubitauit: ut etiã ipsis librorũ titulis testatũ sit: scriptos esse de arte rhetorica: Cicero uero etiã eam quæ rhetorice uocetur esse artificiosã eloquẽtiam dicat. Quod non oratores tãtum iudicauerunt: ut studiis aliquid suis præstitisse uideãt̃. Sed cũ iis philosophi & stoici & pipatetici pleriq; cõsẽtiũt. At me dubitasse cõfiteor: an hãc ptẽ quæstioĩs tractãdã putarẽ. Nã quis ẽ adeo nõ ab eruditiõe modo sed a sẽsu remotus hoĩs: ut fabricãdi quidem & texendi: & e luto uasa ducendi artẽ putet: rhetóricen autẽ maximũ ac pulcherrimũ: ut supra diximus opus in tã sublime fast giũ existimet sine arte uenisse? Equidem illos qui contra disputarũt: nõ tã id sensisse quod dicerent q̃ exercere ingenia materiæ difficultate credo uoluisse: sicut Policratẽ cũ Busirim laudaret & Clytẽnestrã: q̃q̃ is quod his dissimile nõ esset cõposuisse orationẽ quæ ẽ habita cõtra Socratem dicit̃. Quidã naturalẽ esse rhetoricen uolũt: & tamen adiuuari exercitatione non diffitent̃: ut ĩ libris Ciceronis de oratore dicit Antonius: obseruationẽ quandam esse nõ artẽ. Quod nõ ideo ut ꝓ uero accipiamus esse positũ: sed ut Antonii psona seruet̃: q dissimulator artis fuit. Hanc aũt opinionẽ habuisse Lysias uidet̃: cuius sententiæ talis defensio est: q indocti & barbari & serui ꝓ se cũ loquũt̃: aliqd dicant simile pricipio narrent: probent: refutent: & q uim habeat epilogi deprecentur. Deĩde adiiciunt illas uerborꝶ cauillationes: nihil quod ex arte fiat: ante artem fuisse: at q dixisse homines pro se & in alios semper: doctores artis sero iam & circa Thysiam & Coraca primũ reptos: orationem aũt ante artẽ fuisse: eoq; artem nõ esse. Nos porro quãdo cœperit huius rei doctrina

nõ laboramus exqrere:q̄q̄ apud Homerū etiā præceptorem phenicem: tum agendi:tū etiā eloquēdi:& oratores plures:& omne in tribus ducibus orōnis genus:& certamina quoq; ꝓposita eloquentiæ īter iuuenes inuenimus qn cælatura clipei Achillis:& lites sūt & actores. Illud enim admonere satis est:omnia quæ ars consumarit a natura initia duxisse: aut tollat᷑ medicina quæ ex obseruatione salubriū atq; his cōtrariorum repta ē:& ut qbusdam placet tota constat experimentis. Nā & uulnus deligauit aliquis:ante q̄ hæc ars esset:& febrem qete:& abstinētia:non quia rationē uidebat:sedquia id ualitudo ipsa coegerat mitigauit. Nec fabrica sit ars. casas enim primi illi sine arte fecerunt. Nec musica cantatur ac saltatur p omnes gentes aliquo mō: Ita si rhetorice uocari debet sermo qcūq;:fuisse eam ante q̄ esset ars cōfitebor. Si uero nō qsqs loqt᷑ orator ē:& tū non tanq̄ oratores loquebantur:necesse est oratorē factū arte:nec ante artem fuisse fateant᷑. Quo illud quoq; excludit᷑ quod dicūt:nō esse artis id quod faciat:qui nō didicerint:dicere autē homines & q non didicerint. Ad cuius rei confirmationē afferunt Demadē:Remigem:& Eschynē:Hypocratem oratores fuisse falso. Nā neq; orator esse qui non didicit potest:&hos sero potius q̄ nūq̄ didicisse qs dixerit: q̄q̄ Eschynes ab initio sit uersatus ī litteris quas pater eius etiā docebat. Demandē neq; nō didicisse certum sit:& continua dicendi exercitatio potuerit tantum quātuscūq; postea fuit fecisse. Nam id potētissimum dicendi genus est. Sed adhuc præstantiorem: si didicisset:futuꝝ fuisse dicere licebit. Nec enī orōnes scribere est ausus:ut eū multū inualuisse dicendo sciamus. Aristoteles ut solet quærēdi gratia quædā subtilitatis suæ argumenta excogitauit in gryrlo:sed idem & de arte rhetorica tres libros scripsit:& in eoꝝ primo nō artem solū eā fatet᷑:sed ei portiūculā ciuilitatis:sicut dialecticis assignat. Multa Critolaus cōtra:multa rhodius Athenodorus. Agnon quidem detraxit sibi īscriptione ipsa fidem: qua rhetorices accusationem ꝓfessus ē. Nam de Epicuro q disciplinas omēs fugit:nihil miror. Hi cōplura dicunt:sed ex paucis locis ducta. Itaq; potentissimis eoꝝ breuiter occurrā:ne ī infinitū quæstio euadat. Prima his argumentatio ex materia ē. Omnes enim artes aiunt habere materiam:quod est uerum: rhetorices nullam esse ppriā: quod esse falsum in sequentibus probabo. Altera calumnia nullam artem falsis assentire opinionibus:qa cōstitui sine præceptione non possit:quæ sēp uera sit:rhetoricen assentiri falsis:non esse igit᷑ artem. Ego rhetoricam nonnūq̄ dicere falsā pro ueris cōfitebor. Sed non ideo in falsa quoque esse opinione concedā:qa longe diuersum ē sibi ipsi qd uideri:& ut alii uideatur efficere. Nam & imperator falsis utit᷑ sæpe:ut Hannibal cum

inclusus a Fabio sarmentis circũ cornua boum deligatis incensisq; per
nocté in aduersos mõtes agens armenta:specié hosti abeũtis exercitus
dedit:sed illum fefellit:ipse quid uerum esset non ignorauit. Nec uero
Theopõpus lacedæmonius:cũ pmutato cum uxore habitu e custodia
ut mulier euasit:falsã de se opĩonem habuit:sed custodibus præbuit.
Item orator cum falso uteretur pro uero scit esse falsũ:eoq; se pro uero
uti:non ergo falsam habet ipse opinionem:sed fallit alium:nec Cicero
cum se tenebras offudisse iudicibus in causa Cluentii gloriatus é:nihil
ipse uidit. Et pictor cum ui artis suæ efficit: ut quædam eminere ĩ ope:
quædam recessisse credamus:ipse ea plana esse non nescit. Aiũt etiam
omnes artes habere finem aliquem propositum ad quem tendãt:hunc
modo nullum esse in rhetorice:mõ non præstari eum qui promittatur:
mentiunť. Nos enim esse finem iam ostendimus:& quis ess& diximus.
præstabit hunc semper orator:semper enim bene dicet. Firmũ aũt hoc
quod opponitur aduersus eos fortasse sit:q psuadere finem putauerť.
Noster orator arsq; a nobis finita non sunt posita in euentu. Tendit
quidem ad uictoriam qui dicit:sed cum bene dixit: etiã si non uincat
id quod arte continetur:efficit. Nam & gubernator uult salua naue in
portum peruenire:si tamen tépestate fuerit abreptus:non ideo minus
erit gubernator:dicetq; notũ illud dum clauũ rectũ teneã. Et medicus
sanitatem ægri petit:si tamé aut ualitudinis ui:aut intemperãtia ægri:
alioue quo casu sũma non contĩgat:dum ipse oĩa secundum rationem
fecerit:medicinæ fine non excidet:Ita oratori bene dixisse finis é. Nam
est ars ea(ut post paulum clarius ostendemus):in actu posita non in
effectu. Ita falsum erit illud quoq; quod dicitʳ:artes scire quando sint
finem consecutæ rhetoricen nescire. Nã se quisq; bene dicere ĩtelligit.
Vti etiam uitiis rhetoricen:quod ars nulla faciat criminantur:quia &
falsum dicat:& affectus moueat:quoꝝ neutrum é turpe:cum ex bona
rõne pficiscitur:ideoq; nec uitium. Nã & mendaciũ dicere etiã sapiẽti
aliquando cõcessum est:& affectus si aliter ad æquitatem pduci iudex
non poterit:necessario mouebit orator. Imperiti enim iudicant. Et qui
frequenter in hoc ipsum fallendi sunt ne errent. nam si mihi sapientes
iudices détur:sapientum conciones:atq; omne consilium:nihil ĩuidia
ualeat:nihil gratia:nihil opinio præsumpta:falsique testes:p quam sit
exiguus eloquentiæ locus:qa prope in sola delectatione ponatʳ. Sin &
audientium mobiles animi:& tot malis obnoxia ueritas:arte pugnãdũ
est:& adhibenda quæ profũt:nec enim qui recta uia depulsus é:reduci
ad eã nisi alio flexu põt. Plurima uero ex eo cõtra rhetoricen cauillatio
est:quod ex utraq; causæ parte dicatur. Inde hoc:nullã esse arté cõtrariã sibi

rhetoricã esse contrariam sibi:nullam artem destituere quod effecerit: accidere hoc rhetorices operi. Itẽ aut dicenda eam docere aut nõ dicẽda: ita uel p hoc nõ esse artẽ quod non dicẽda præcipiat:uel per hoc quod cum dicenda præceperit:etiã contraria his doceat. Quæ omnia apparẽt de ipsa rhetorice dici quæ sit a bono uiro atq; ab ipsa uirtute seiũcta: alioqn ubi iniusta causa est:ibi rhetorice non ẽ:adeo ut uix admirabili quodã casu possit accidere ut ex utraq; parte orator idẽ uir bonus dicat. Tamẽ quoniã hoc quoq; in rerũ natura cadit:ut duo sapiẽtes aliquãdo iustæ causæ in diuersũ trahant:quãdo etiã pugnaturos inter se eos: si ratio ita duxerit:credunt:respondebo propositis:atq; ita qdẽ ut appareat:hæc aduersus eos quoq; frustra excogitata:q malis moribus nomẽ oratoris indulgent. Nam rhetorice non est contraria sibi:causa enĩ cũ causa:non illa secũ ipsa cõponit̃. Nec si pugnent inter se qui idẽ didicerĩt:iccirco ars quæ utriq; tradita ẽ nõ erit:alioqn nec armoꝝ:qa sæpe gladiatores sub eodẽ magistro eruditi inter se cõponunt̃:nec gubernãdi quia naualibus prœliis gubernator est gubernatori aduersus. Nec imperatoria:quia ĩpator cum imꝑatore contendit. Item non euertit opus rhetorice quod efficit:nec enĩ positum a se argumẽtũ soluit orator:sed ne rhetorice qdem:qa apud eos qui in ꝑsuadendo finem putãt: aut si qs ut dixi casus duos ĩter se bonos uiros cõposuerit uerisimilia quærẽt̃. Non aũt siquid est altero credibilius:id ei contrariũ ẽ quod fuit credibile:nam ut candido candidius & dulci dulcius non est aduersum: ita nec ꝓbabili probabilius. Nec præcipit unq̃ non dicenda:nec dicendis contraria. Sed quæ in quaq; causa dicenda sunt:non semper aũt etiam si frequentissime ueritas tuenda erit:sed aliquãdo exigit coĩs utilitas: ut etiã falsa defendat. Ponunt̃ hæ quoq; ĩ secũdo Ciceronis de oratore libro contradictiones: artem eaꝝ reꝝ esse quæ sciant̃:oratoris omnem actionem opinione nõ sciẽtia contineri:qa & apud eos dicat:q nesciãt: & ipse dicat aliquãdo quæ nesciat. Ex his alteꝝ.i.an sciat iudex de quo dicatur nihil ad oratoris artem:alteri respondendum. Ars earum rerũ est quæ sciuntur:rhetorice est ars bene dicendi:bene autem dicere scit orator. Sed nescit an ueꝝ sit quod dicit:ne hi qdem q ignem aut aquã aut quattuor elementa: aut corpora insecabilia esse:ex qbus res omẽs initium duxerunt tradunt: nec qui interualla sideꝝ:& mensuras solis ac terræ colligunt:disciplinã tamen suam artem uocant. Quod si ratio efficit:ut hæc non opinari:sed ꝓpter uim ꝓbationũ scire uideant̃:eadẽ ratio idem præstare. oratori põt:sed an causa uera sit nescit. Ne medicus quidem an dolorẽ capitis habeat:q hoc se pati dicet:curabit tamẽ tanq̃ id uerum sit:& erit ars medicina. Quid quod rhetorice nõ utiq;

propositum habet semper uera dicendi: sed sēper uerisimilia: scit autē esse uerisimilia quæ dicit. Adiiciunt his q contra sentiunt ꝙ sæpe quæ in aliis litibus impugnarunt actores causaꝝ: eadē in aliis defēdāt: quod non artis sed hoīs est uitium. Hæc sunt præcipua quæ cōtra rhetoricen dicāt: alia & minora & tamē ex his fontibus deriuata. Confirmatur aūt eam esse artem breuiter. Nam siue ut Cleantes uoluit: ars est potestas uiam id est ordinē efficiens: esse certā uiam atq; ordinem in bene dicendo nemo dubitauerit: siue ille ab omnibus fere approbatus finis obseruat: artem constare ex præceptionibus cōsentiētibus & coexercitatis ad finē utilē uitæ: iam ostendemus nihil non hoꝝ in rhetorice esse. Quid quod & inspectione & exercitatiōe: ut artes cæteræ: cōstat: nec pōt ars nō esse si est ars dialectice: quod fere constat: cum ab ea specie magis q̄ genere differat. Sed nec illa omittenda sunt: q̄ ī re alius se īartificialiter: alius artificialiter gerat: in ea esse artē: & in eo quod q didicerit melius faciat q̄ qui non didicerit esse artem. Atqui non solum doctus indoctum: sed etiam doctior doctum in rhetorices ope superabit: nec essent eius aliter tam multa præcepta: tāq; magni q docerent: idq; cū omnibus cōfitēdū est: tum nobis præcipue q rōnē dicendi a bono uiro non separamus.

GEneralis diuisio artium: & ex qbus sit rhetorica.

CVm sint autem artium aliæ positæ in īspectione idest cognitiōe & extimatione rerū q̄lis est astrologia: nullū exigens actum: sed ipso rei: cuius studium habet: intellectu contenta: quæ theorice uocat: aliæ in agendo quarū in hoc finis est: & ipso actu ꝑficitur: nihilq; post actum opis relinqt: quæ practice dicitur: q̄lis est saltatio: aliæ ī effectu quæ operis quod oculis subiicitur cōsumatione non finem accipiunt: quā poeticen appellamus: q̄lis ē pictura: fere iudicandū est rhetoricen in actu consistere. Hoc enim quod est officii sui perficit: atque ita ab hominibus dictum est. Mihi autē uidetur etiam ex illis cæteris artibus multum assumere. Nam & potest aliquādo ipsa res per se ī īspectiōe esse cōtenta. Erit enī rhetorice in oratore etiā tacente: & si desierit agere uel ꝓposito uel aliquo casu īpeditus: non magis desinet esse orator q̄ medicus q curandi fecerit finem. Nā est aliquis ac nescio an maximus etiam ex secretis studiis fructus: ac tum pura uoluptas litteraꝝ cum ab actu idest opere recesserit: & contemplatione sui fruūtur. Sed effectiue quoq; aliqd simile scriptis orōnibus uel historiis quod ipsum opus in parte oratoria merito ponimus cōsequetur. Si tamen una ex tribus artibus habenda sit: quia maximus eius usus actu continet: atq; ē in eo frequētissima dicatur actiua uel administratiua. Nam & hoc eiusdem rei nomen est.

VTrum plus conferat eloquentiæ an ars:an natura.

SCio quæri etiã natura ne plus ad eloquentiã cõferat an doctrina: quod ad ꝓpositum qdem nostri operis nihil pertinet. Nec enim cõsumatus orator nisi ex utroq; fieri põt:plurimũ tamẽ referre arbitror: q̃ esse quæstionem in hoc loco uelimus. Nam si parti utrilibet omnino alteram detrahas:natura etiam sine doctrina multum ualebit: doctrĩa esse sine natura poterit. Sin ex pari coeãt in mediocribus qdẽ utriusq; maius adhuc naturæ credam esse momentũ. consumatos autem plus doctrinæ debere q̃ naturæ putabo. Sicut terræ nullã fertilitatẽ habenti nihil optimus agricola profuerit:e terra uberi utile aliquid etiã nullo colente nascet̃. Et in solo fœcundo plus cultor q̃ ipsa per se bonitas soli efficiet. Et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus ess&: exculpere:pariũ marmor mallẽ rude. At si illud idem artifex expoliss&: plus in manibus fuiss& q̃ in marmore. Denique natura materiæ : ars doctrinæ est. Hæc fingit:illa uero fingit̃:nihil ars sine materia. Materiæ etiã sine arte precium est. Ars sũma materia optima melior.

AN uirtus sit rhetorica.

ſed quæſtionum genus. alioquin & rationalis ſtatus eſſ&. Ex iis etiam quos ſpeciales uocabã: remoui trãſlationẽ: frequẽter qdẽ ſicut oẽs q me ſecuti ſũt: meminiſſe poſſũt: teſtatus: Et in ipſis etiã illis ſermonibus me nolente uulgatis tamen hoc cõplexus uix in illa cõtrouerſia tranſlationis ſtatũ poſſe repiri: ut nõ & alius ĩ eadẽ recte dici uideret᷑. Ideoq; a qbuſdã eũ excluſũ: neq; ignoro multa trãſferri: cũ ĩ oĩbus fere cauſis in qbus cecidiſſe: qs formula dicit᷑: hæ ſint quæſtioẽs: an huic: an cum hoc: an hac lege: an apud hũc: an hoc tp̃e liceat agere. Et ſiq̃ ſũt talia: ſed pſonæ: tp̃a: actioẽs: cæteraq; ꝓpter aliquã cãm trãſferũt᷑. Ita nõ ẽ in tranſlatione quæſtio: ſed in eo ꝓpter quod tranſferunt᷑. Non debes apud prætorẽ petere fidei cõmiſſũ: ſed apud conſules: maior. n. prætoria cognitione ſũma eſt. Quærit᷑ an maior ſũma ſit. facti cõtrouerſia ẽ: non licet tibi agere mecũ: cognitor. n. fieri non potuiſti. Iudicatio eſt: an potuerit: non debuiſti interdicere: ſed petere: an recte interdictũ ſit ambigit᷑: quæ oĩa ſuccedũt legitimis quæſtionibus. An nõ præſcriptioẽs etiã in qbus maxĩe uidet᷑ manifeſta tranſlatio: eaſdẽ oẽs ſpecies habẽt᷑ quas hæ leges qbus agit᷑: ut aut de noĩe aut ſcripto & ſententia uel rõcinatione quærat᷑: deĩde ſtatus ex quæſtiõe oriat᷑. Tranſlatio non habet quæſtioẽm: de qua cõtẽdit orator: ſed ꝓpter quã contendit: hoc aptius. Occidiſti hominẽ: non occidi: quæſtio an occiderit: ſtatus: cõiectura nõ eſt tale. Habeo ius actionis: nõ habes: ut ſit quæſtio an habeat: & inde ſtatus: accipiat. n. actionẽ nec ne ad euentũ ptinet: nõ ad cauſã: & ad id quod ꝓnunciat iudex: non id ꝓpter quod ꝓnũciat hoc illi ſimile eſt: puniendus es: nõ ſum: uidebit iudex an puniendus ſit. Sed nõ hic erit quæſtio: nec hic ſtatus. Vbi ergo? puniẽdus es. hoĩem occidiſti: nõ occidi: an occiderit? honorãdus ſũ: nõ es. nũ ſtatũ habet? nõ ut puto: honorandus ſũ: qa tyrãnum occidi: nõ occidiſti: quæſtio & ſtatus. Similiter nõ recte ago: nõ habet ſtatũ. Vbi ẽ ergo? nõ recte agis, ignominioſus: quærit᷑ an ignominioſus ſit: aut an agere ignominioſo liceat: & quæſtiones & ſtatus. Ergo trãſlatiuũ genus cauſæ: & ut cõparatiuũ & mutuæ accuſatioĩs. At. n. ſimile ẽ illi ius habeo: ius nõ habes: occidiſti: recte occidi: non nego: ſed nec hic res ſtatũ facit. Nõ. n. ſunt ꝓpoſitiones: alioquin cauſa nõ explicabit᷑: ſed cũ ſuis rõnibus: ſcelus cõmiſit Horatius: ſororẽ enĩ occidit: nõ cõmiſit: debuit. n. occidere eã quæ hoſtis morte mœrebat: quæſtio an hæc iuſta cauſa: ita qualitas: at ſimiliter in trãſlatione. nõ habes ius abdicandi: qa ignominioſo nõ eſt actio: habeo ius: quia abdicatio actio nõ eſt: quærit᷑ qd ſit actio: finiemus: non licet abdicare ſyllogiſmus. Itẽ cætera p omnes & rõnales & legales ſtatus. Nec ignoro fuiſſe quoſdã q trãſlationẽ in rõnali quoq; genere ponerent: hoc modo

hominem occidi iussus ab impatore:dona tēpli cogenti tyranno dedi: deserui tēpestatibus:flumībus ualitudine impeditus.i.nō p me stetit: sed p illa a qbus etiā liberius dissentio . Non.n.actio transfertur:sed cā facti:quod accidit pene ī oī defēsione.Deinde is q tali utit' patrocinio: non recedit a forma qualitatis.Dicit.n.se culpa uacare:ut magis qua- litatis duplex ratio facienda sit:altera q̄ & factū defēdit' : altera q̄ tātū reus.Credendū est igitur iis quorum auctoritatem secutus est Cicero: Tria esse quæ in omni disputatiōe quærātur:an sit : quid sit:quale sit: quod etiā ipsa nobis natura præscribit.Nā primū oportet subesse aliqd de quo ambigit':quod quid sit:& q̄le sit:certe non potest æstimari:nisi prius esse cōstiterit.Ideoq; ea prima quæstio:sed non statim quod esse manifestum:etiam quid sit appar& . hoc quoq; constituto nouissima qualitas supest:nec his exploratis aliud ē ultra . His īfinitæ quæstioēs: his finitæ continentur. Horum aliqua in demonstratiua:deliberatiua: iudiciali materia utiq; tractāt' . Hæc rursus iuridicialis causas & rōnali parte & legali continet.nec enī ulla iuris disceptatio:nisi finitione:q̄li- tate:coniectura potest explicari.Sed instituētibus rudes:nō erit īutilis latius primo fusa ratio:&si non statim rectissima linea tensa :facilior tamen & apertior uia.Discant igitur āte omnia quadripartitā in oībus causis esse rationem:quā primam intueri debeat qui acturus est.Nam ut a defensore potissimum incipiā:longe fortissima tuendi se ratio est: siquod obiicitur:negari potest.proxima si non id quod obiicitur:factū esse dicitur.tertia honestissima:qua recte factum defenditur:quibus si deficiamur : ultima quidem:sed iam sola superest salus aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine:quod nec ṇẹ negari: nec defendi potest: ut non uideat' iure actio intendi.Hic illæ quæstiones:siue actionis siue translationis.Sunt enī quædā laudabilia natura:sed iure cōcessa: ut in xii.tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit : quam legem mos publicus repudiauit :Est aliquid æquum:sed prohibitum iure ut libertas testamentorū.Accusatori nihilo plura intuenda sūt:q̄ ut pbet: factū esse:hoc esse factum non recte:factum iure se intendere.Ita circa species easdē:lis omnis uersabit' translatis tantum aliquādo partibus: ut in causis quibus de premio agitur:recte factū petitor probat . Hæc quattuor uelut proposita formæque actionis:quæ tū generales status uocabā:in duo ut ostendi genera descendunt rōnale: & legale.Rōnale simplicius est:quia ipsius tantum naturæ contemplatione cōstat.Itaq; in eo satis est ostendisse coniecturam:finitionē: qualitatem. legalium plures sint species necesse est : propterea ꝙ multæ sunt leges:& uarias habēt formas:alia ē cuius uerbis utimur:alia cuius uolūtate:alias nobis:

cum ipsi nullam habemus adiūgimus : alias inter se cōparamus : alias in diuersum interpretamur. Sic nascuntur hæc ueluti simulacra ex illis tribus: interī sīplicia: īterim & mixta: propriā tamē faciē ostendentia: ut scripti & uoluntatis: quæ sine dubio aut q̄litate aut coniectura continētur: & syllogismus q ē maxime qualitatis: & legis cōtrariæ: quæ iisdē quibus scriptum & uoluntas constat quæ semper cōiectura explicat̄. finitio quoque utrique generi: quodq; rerum: quodq; scripti contemplatione constat: communis est. Hæc omnia etiam si in illos tres status ueniūt: tamen quia ut dixi habent aliquid uelut ꝓpriū uidentur demonstranda discentibus: & permittēdū ea dicere uel status legales: uel quæstiones : uel capita quædā minora: dum sciant nihil ne in his quidem præter tria quæ prædiximus quæri. At q̄tū: & q̄multum: & ad aliquid: & ut nonnulli putauerunt cōparatiuos: non eādem rōnē habere. Sunt enim hæc non ad uarietatem iuris : sed ad solam rationē referenda. Ideoq; semper in parte aut cōiecturæ aut qualitatis ponenda sunt: ut qua mente & quo tēpore & quo loco. Sed de singulis dicemus quæstionibus: cum tractare præcepta diuisionis cœperimus. Hoc inter omnes conuenit: in causis simplicibus singulos status esse causarum: quæstionum autem quæ uelut subiacentes ad illud quo iudiciū continetur referunt̄: sæpe ī unā cadere plures posse. Etiam credo aliquādo dubitari quo statu sit utendū: cum aduersus unam intentionem plura opponūtur. Et sicut in çoloco dicitur: narrationis eum esse optimum: quem actor optime tueatur. Ita hic quoq; posse dici : eum statum esse faciendū: in quo tuēdo plurimum adhibere uiriū possit orator. Ideoq; pro Milone aliud Ciceroni agenti placuit: aliud Bruto: cū exercitatiōis gratia cōponer& orationem: cum ille iure tāq̄ īsidiatorē occisū & tamē non Milonis consilio dixerit: hic etiam gloriatus sit occiso malo ciue. In coniunctis uero posse duos uel tres inueniri : uel diuersos: ut siquis aliud se non fecisse: aliud recte fecisse defendat: uel generis eiusdē: ut si quis duo crimina: uel omnia neget. Quod accidit etiam si de una re quæratur aliqua: sed eam plures petāt: uel eodem iure ut proximitatis: uel diuerso : ut cum hic testamento: ille proximitate nitatur. Quotiēs autem aliud alii petitori opponitur dissimiles esse status necesse ē : ut in illa controuersia testamenta legibus facta : rata sint. Intestatorum parentum liberi hæredes sint: abdicatus nequid de bonis patris capiat. Nothus āte legitimum natus legitimus filius sit: post legitimū natus tantū ciuis. In adoptionē dare liceat. In adoptionē dato redire ī familiā liceat: si pater naturalis sine liberis decessit: qui ex duobus legitimis: alterum in adoptionem dederat: alterum abdicauerat: sustulit nothū:

Instituto hærede abdicato discessit. Tres omnes de bonis contendunt: nothũ q non sit legitimus: græci uocãt: latinũ rei nomẽ: ut Cato quoq; in oratione quadã testatus: nõ habemus: ideoq; utimur peregrino. Sed ad propositum hæredi scripto opponitur lex: abdicatus neqd de bonis patris capiat: fit status scripti & uolũtatis: an ullo modo capere possit: an ex uoluntate patris: an hæres scriptus. Notho duplex fit quæstio: ꝙ post legitimos natus sit: & ꝙ non sit ante legitimos natus. prior syllogismum habet: an ꝓ non natis sint habendi qui a familia sũt alienati: altera scripti & uoluntatis; non enim esse hunc natum ante legitimum conuenit: sed uoluntate legis se tuebitur: quia dicet talẽ fuisse: ut legitimus ess& nothus: tum natus: cum alius legitimus in domo non ess&. Scriptum quoq; legis excludet dicens: non utique si postea legitimus natus non sit: notho nocere. Vteturq; hoc argumento: finge solũ natũ nothũ: cuius conditionis erit: tantũ ciuis? atqui non erit post legitimũ natus filius: atq non erit ãte legitimos natus. quare si uerbis legis stari non potest: uoluntate standũ est. Nec queq̃ turbet: ꝙ ex una lege duo status fiant: duplex est: ita uim duarũ habet. Redire in familiã uolenti dicitur ab altero. Primum ut tibi redire liceat: hæres sũ idem status qui in petitione abdicati. Quæritur enim an possit esse hæres abdicatus: adiicitur cõmuniter a duobus: redire tibi ĩ familiam non lic&. nõ enim pater sine liberis decessit. Sed in hoc propria quisq; eorum quæstione nitetur. alter enim dicet: abdicatũ quoq; inter liberos esse: & argumẽtũ ducet ex ipsa: qua repellitur lege. Superuacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatũ: si ess& numero alienorũ: nunc quia filii iure futurus fuerit intestati hæres oppositam esse legem: quæ tamen id non efficiat: ne filius sit: sed ne hæres. Status finitiuus: quid sit filius. rursus nothus eisdem colligit argumentis: non sine liberis patrem decessisse: quibus in petitione usus est: ut probar& esse se filium: nisi forte & hic finitionem mouet: an liberi sint etiã non legitimi. Cadent ergo in unã controuersiã uel specialiter duo legitimi status: scripti & uoluntatis: & syllogismus: & præterea finitio: uel tres illi qui natura soli sũt cõiectura in scripto & uoluntate: qualitas in syllogismo: & quæ per se est aperta finitio. Causa quoq; & iudicatio & cõtinẽs est in omni genere causa℞. nihil enim dicitur: cui non insit ratio: & quo iudicium referat': & quod rem maxime contineat. Sed quia magis hæc uariantur in litibus: & fere tradita sunt ab iis qui de iudicialibus causis aliqua composuerunt: in illam partem differantur. Nunc quia in tria genera causas diuisi ordinem sequatur.

DE Laude & uituperatione.

AC potissimum incipiā ab ea quæ constat laude & uituperatione.
Quod genus uidetur Aristoteles:atq; eum secutus Theophrastus
a pte negociali hoc est   remouisse:totāq; ad solos audito-
res relegasse:& id eius nominis quod ab ostentatione ducitur:ꝓprium
est. Sed mos romanus etiam ī negociis hoc munus inseruit. Nam &
funebres laudationes pendēt frequenter ex publico aliquo officio:atq;
ex senatusconsulto magistratibus sæpe mandantur:& laudare testem
uel contra ptinet ad momentum iudicioꝝ:& ipsis etiam reis dare lauda-
tores:licet & editi in cōpeditores in. L. Pisonem & Clodium & Curionē
libri uituperationem continent:& tamen in senatu loco sunt habiti sē-
tentiæ. Nec inficias eo esse quasdā ex hoc genere materias ad solam
compositas ostētationē:ut laudes deorum uiroꝝq; : quos priora tpīa
tulerunt. Quo soluitur quæstio supra tractata : manifestūq; est errare
eos:qui nunq̄ oratorē dictuꝝ:nisi de re dubia putauerunt : an laudes
capitolini Iouis ꝑpetua sacri certaminis materia:uel dūbiæ sūt:uel non
oratorio genere tractātur. Sut desiderat autem laus:quæ negociis adhibet
ꝓbationem :sic etiam illa quæ ostentationi cōponitur:Habet interim
aliquam speciem probationis:ut q̄ Romulū martis filium educatūq;
a lupa dicat in argumentum cælestis ortus utatur his : ꝙ abiectus in
profluentē nō potuerit extingui:ꝙ omnia sic egerit:ut genitū præside
belloꝝ deo:incredibile nō esset: ꝙ ipsum quoq; cælo receptū temporis
eius homines nō dubitauerīt. Quædam uero etiā in defensionis speciē
cadent:ut si in laude Herculis permutatū cum regina lydiæ habitū.&
imperata ut traditur pensa orator excuset. Sed proprium laudis est res
amplificare & ornare:quæ materia præcipue quidē in deos & homines
cadit. Est tamen & alioꝝ aīalium:etiam carentium aīa. Verum in deis
generaliter primū maiestatē ipsius eorum naturæ uenerabimur. Deīde
propriam uim cuiusq; & inuenta quæ utile aliquid hominibus attule-
runt.uis ostēdit:ut in Ioue regūdoꝝ hominū:In marte belli:In neptu-
no maris. Inuēta ut artium in Minerua : Mercurio lrārum:medicinæ
Apolline:Cerere frugū:Libero uini. Tū siqua ab his acta uetustas tra-
didit commemoranda:addunt etiam diis honorem:parentes:ut siquis
sit filius Iouis.addit ātiquitas:ut iis qui sūt ex chao.progenies quoq;
ut apollo:ac diana latone. Laudādū in quibusdā ꝙ geniti immortales:
in quibusdā ꝙ immortalitatē uirtute sūt cōsecuti: quod pietas princi-
pis nostri præsentium quoq; temporū decus fecit. Magis est uaria laus
hominū. Nam primū diuiditur ī tēpora:quodq; ante eos fuit: quodq;
ipsi uixerunt. In iis autē qui fato sunt functi etiam quod ē insecutum.
Ante ādo hominē patria ac parētes maioresq; erunt : quorum duplex

tractatus ē.aut enim respondisse nobilitati pulchrū erit:aut humilius genus illustrasse factis. Illa quoque interim ex eo ꝙ ante ipsū fuit tp̄re trahentur:quæ responsis uel auguriis:futurā claritatē promiserīt. Sicut eū qui ex thetide natus esset:maiorem patre suo futurū cecinisse dicūt oracula. ipsius uero laus hominis ex aīo & corpore :& extra positis peti debet. Et corporis quidem fortuitorumq;:tum leuior:tum nō uno modo tractanda ē. Nam & pulchritudinē interim roburq; persequmur honore uerborum:ut Homerus in Agamemnone atque Achille. Interī confert admirationi multum etiam infirmitas : ut cum idem Tydea paruum sed bellatorem dicit fuisse. Fortuna uero tum dignitatem affert: ut in regibus principibusq;:nāq; ē hæc materia ostendendæ uirtutis uberior: tū quo minores opes fuerunt:eo maiorem beneficiis gloriā parit. Sed oīa quæ extra nos bona sunt: quæq; hoībus forte optigerīt non ideo laudantur:ꝙ habuerit quis ea:sed ꝙ iis honeste sit usus. Nam diuitiæ & potentia & gratia cū plurimum uirīū dent:in utrāq; partem certissimum faciunt morū experimentū.aut.n. meliores propter hæc:aut peiores sumus. Animi sēper uera laus:sed nō una per hoc opus uia ducit. Nāq; alias ætatis gradus gestarumq; rerū ordinem sequi speciosius fuit: ut in primis annis laudaretur indoles:tū disciplinæ:post hoc operū idest factorum dictorumq; contextus : alias in species uirtutum diuidere laudem fortitudinis:iustitiæ:cōtinentiæ:cæterarūq;:ac singulis assignare: quæ secundum quāq; earum gesta erunt. Vtra sit autem harum uia utilior cū materia deliberabimus:dum sciamus gratiora esse audientibus:quæ solus quis:aut primus:aut certe cum paucis fecisse dicetur:siquid præterea supra spem aut expectationē:præcipue quod aliena potius causa q̄ sua tempus quod finē hominis inseqtur:nō semp tractare contingit: non solum ꝙ uiuentes aliquando laudamus : sed ꝙ rata hæc occasio est:ut referri possint diuini honores:& decreta:ut publicæ statuæ cōstitutæ. Inter quæ enumerauerim ingeniorum monumenta:quæ sæculis probarentur. Nā quidam sicut Menāder iustiora posterorum q̄ suæ ætatis iudicia sūt consecuti. Afferunt laudem liberi parentibus:urbes conditoribus:leges latoribus:artes īuētoribus:nec nō īstituta quoq; auctoribus:ut a Numa traditū deos colere:a Publicola fasces populo submittere. Qui oīs etiā in uituperatiōe ordo cōstabit tantū ī diuersū. Nam & turpido generis opprobrio multis fuit:& quosdam claritas ipsa notiores circa uitia & inuisos magis fecit:& in qbusdam:ut in Paride traditum est:prædicta p̄nicies.& corporis & fortunæ quibusdā mala contemptū:ut Thersite. At uero quibusdā bona uitiis corrupta odium attulerīt. Vt Nerea ībellē: plysthinem īpudicum a poetis accepimus. Et animi totidem uitia:quot

uirtutes sunt: nec minus q̃ in laudibus duplici rõne tractãtur. Est post mortẽ obiecta qbusdã ignominia est: ut Melio: cuius domus solo æq̃ta: M. q; Mãlio: cuius prænomẽ e familia ĩ posterꝝ exẽptum est: & parẽtes malorꝝ odimus: & est cõditoribus urbiũ ĩfame cõtraxisse aliquã pnicio/sam cæteris gentem: qualis est primus iudaicæ superstitionis auctor: & Gracchorꝝ leges inuisæ. Et siquod est exẽplũ deforme posteris traditũ: quale libidinis: ut Perses ĩ muliere Samia ĩstituere ausus dicit primus. Sed ĩ uiuentibus quoq; iudicia hominũ uelut argumenta sũt morꝝ: & honos aut ignominia uerã esse laudẽ uel uituperationẽ pbat. Interesse tamẽ Aristoteles putat: ubi qcq; laudet aut uitupet. Nã plurimũ refert q sint audientium mores: quæ publice recepta psuasio: ut illa maxime quæ pbãt esse in eo q laudabitur: credant: aut in eo cõtra quẽ dicemus ea quæ oderunt. ita nõ dubiũ erit iudicium: quod orõnem præcesserit. Ipsorꝝ etiam pmiscẽda laus semper. Nã id beniuolos facit. quotiẽs aũt fieri poterit cũ materiæ utilitate iungenda: minus Lacedæmone studia lr̃arum q̃ Athenis honoris merebunt: plus patientia fortitudo: Rapto uiuere qbusdã honestũ: aliis cura legũ frugalitas: apud Sibaritas for/sitan odio forꝫ. Veteribus romanis sũmũ luxuriæ crimen: eadẽ ĩ singu/lis differẽtia. Maxĩe fauet iudex q sibi dicẽtẽ assẽtari putat. Idẽ præcipit illud quoq; quod mox Cornelius Celsus ppe supra modũ ĩuasit: qa sit quædã uirtutibus ac uitiis uicinitas. Vtẽdũ pxima deriuatione uerborꝝ: ut p temerario fortẽ: p pdigo liberalem: p auaro parcũ uocemus: quæ eadẽ etiã cõtra ualẽt: quod qdẽ orator. i. uir bonus nũq̃ faciꝫ: nisi forte cõmuni utilitati duceret. Laudãt aũt urbes similiter atq; hoĩes. Nam pro parẽte ẽ cõditor: & multũ auctoritatis affert uetustas: uti iis q terra dicũt orti: & uirtutes ac uitia circa res gestas: eadẽq; ĩ singulis illa ppria quæ ex loci positiõe aut munitione sũt. ciuitatis: illis ut hominibus liberis decori est. laus & magnitudo operum: in qbus honor: utilitas: pulchri/tudo: auctor spectari solet. honor ut ĩ templis: utilitas ut in muris: pul/chritudo uel auctor utrobiq; est. & locorꝝ: q̃lis Siciliæ apud Ciceronem: in qbus similiter spẽm & utilitatẽ intuemur: speciẽ maritimis: planis amœnis. utilitatẽ salubribus: fertilibus. Erit etiã dictorꝝ honestorꝝ fa/ctorꝝq; laus generalis: erit & rerꝝ oĩs modi. Nã & sõni & mortis scriptæ laudes: & quorũdã a medicis ciborꝝ. itaq; ut nõ cõfẽsi hoc laudatiuum genus circa solã uersari honesti quæstionẽ: sic q̃litate maxĩe contineri puto: q̃q̃ oẽs tres status cadere in hoc opus possint. His quoq; usũ. C. Cæsarẽ ĩ uitupando Catone notauerit Cicero. Totũ aũt habet aliquid simile suasoriis: quia plerunque eadem illic suaderi: hic laudari solent.

DE Suasoria & Prosopopeia.

DEliberatiuas quoq; miror a quibusdam sola utilitate definitas. At siquid in his unum sequi oporter&:potior fuisset apud me Ciceronis sententia:qui hoc materiæ genus dignitate maxie contineri putat. Nec dubito quin ii qui sunt in illa priore sententia secundum opinionem pulcherrimam:ne utile quidem nisi quod honestum esset: existimarint. Et est hæc ratio uerissima:si cõsilium contingat semper bonorum ac sapientum. Verum apud imperitos apud quos frequẽter dicenda sententia est:populumq; præcipue qui ex pluribus constat indoctis discernenda sunt hæc:& secundum communes magis ĩtellectus loquendum. Sunt enim multi qui etiã quæ credunt honesta:nõ tamẽ satis eadẽ utilia quoq; existimẽt:quæ turpia esse dubitare nõ possunt: utilitatis specie ducti probẽt:ut fœdus numãtinũ:iugũq; caudinum. Ne qualitatis qdẽ statu ĩ quo & honestorum & utilium quæstio est: complecti eas satis est. Nam frequenter in iis etiam coniecturæ locus est. Nonnunq̃ etiam tractatur aliqua finitio:aliquando etiam ĩcidere possunt legales tractatus in priuata maxime cõsilia:siquando ãbigit̃ an liceat de cõiectura paulo post pluribus. Interim est diffinitio apud Demosthenem dethalonesum Philippus an reddat. apud Ciceronem ĩ philippicis. qd sit tumultus. Quid nõ illa similis iudicialiũ quæstio: de statua Seruii Sulpitii an iis demum ponenda sit qui in legatione ferro sunt interempti? Ergo pars deliberatiua quæ eadẽ suasoria dicit̃: de tempore futuro consultat:quærit etiam de præterito. Officiis cõstat duobus:suadendi & dissuadẽdi. Procœmio quale est in iudicialibus nõ ubiq; eget:quia conciliatus est ei quisq; quem consulit. Initium tamẽ quodcunq; debet habere aliquam premii speciem:nec enim abrupte: nec unde libuit incipiendum:quia est aliquid in omni materia naturaliter primum. In senatu & utique in concionibus eadem ratio quæ apud iudices acquirendæ sibi plerunq; eorum apud quos dicendũ sit beniuolentiæ. Nec mirum cum etiam in panegyricis petatur audiẽtiũ fauor:ubi emolumentum non utilitate aliqua:sed in sola laude consistit. Aristoteles quidem nec sine causa putat & a nostra & ab eius q dissentiet persona duci frequenter in consiliis exordium:quasi mutuantibus hæc nobis a iudiciali genere:nõnunq̃ etiã ut minor res maior ne uideat̃. In demonstratiuis uero procœmia esse maxime libera existimat. Nam & longe a materia duci hoc:ut in Helenes laude Isocrates fecerit & ex aliqua rei uicinia:ut idem in panegyrico cum quærit̃ plus honoris corporum q̃ animorũ uirtutibus dari. Et Gorgias ĩ olympico laudans eos qui primi tales instituerunt conuentus:quos secutus uidelicet Caius Salustius ĩ bello iugurthino & Catilinæ nihil ad historiã

pertinentibus principiis orsus est. Sed nūc ad suasoriam in qua etiam cum procemio utemur: breuiore tamen & uelut quodam capite tantū & initio debebimus esse contenti. Narrationē uero nūq̄ exig& priuata deliberatio eius dūtaxat rei de qua dicēda sentētia est: qa nemo ignorat id de quo consulit. Extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus sæpe est etiā illa quæ ordinem rei doc& necessaria ad affectus ut quæq; maxime postulabit. Nam & concitāda & lenienda frequenter est ira: & ad metum: cupiditatem: odium: conciliationem impellendi animi. Nonnunq̄ etiā mouenda miseratio siue ut auxilium obsessis feratur suadere oportebit: siue sociæ ciuitatis euersionem deflebimus. Valet autem in consiliis auctoritas plurimum. Nā & prudentissimus esse haberiq; & optimus debet: qui sententiæ suæ de utilibus atque honestis credere omes uelit. In iudiciis enim uulgo fas habetur indulgere aliqd studio suo. consilia nemo est q neg& secūdū mores dari. Græcorum quidem plurimi omne hoc officium cōcionale esse iudicauerunt: & in sola reipublicæ administratione posuerīt. Quin & Cicero ī hac maxime parte uersatur. Ideoque suasuris de pace: bello: copiis: opibus: uectigalibus: hæc duo præcipue nota esse uoluit: uires ciuitatis & mores: ut ex natura tum ipsarum rerum tum audientium ratio suadendi duceretur: nobis maior in re uidetur uarietas: nam & consultantium & consiliorum plurima sunt genera. Quare ī suadēdo & dissuadēdo tria primum spectanda erunt. Quid sit de quo deliberet̄: qui sint qui deliberent: qui sit qui suadet. Rem de qua deliberatur aut certum est posse fieri aut incertum. Si incertum hæc erit quæstio sola aut potentissima. Sæpe enim accidet ut prius dicamus: ne si possit qdē fieri esse faciendum: deinde fieri non posse. Cum autem de hoc quærit̄ coniectura est: an Isthmos intercidi: an siccari palus pontina: an portus fieri hostiæ possit: an Alexander terras ultra occeanum sit inuenturus. Sed in his quoque quæ constabit posse fieri coniectura erit aliquando ut si quæratur an utique futurum sit: ut carthaginem superent romani: ut redeat Hannibal si Scipio exercitū in africā transtulerit: ut seruēt fidem samnites si romani arma deposuerint. Quædam & fieri posse & futura esse credibile est: sed aut alio tēpore: aut alio loco: aut alio modo ubi coniecturæ non erit locus: alia sunt intuenda. Et primum: aut propter ipsam rem de qua sententiæ rogantur consultabitur: aut propter alias interuenientes extrinsecus causas propter ipsam deliberant. p. c. an stipendium militi constituant. Hæc materia simplex erit. Accedunt causæ aut faciendi ut deliberent. p. c. an Fabios dedāt gallis: bellum minitantibus: aut non faciendi deliberat. C. Cæsar: an pseuer& ī germaniā

ire:cum milites passim testamenta facerent. Hæ suasoriæ duplices sũt. Nam & illic causa deliberandi est ꝙ bellum galli minitentur: esse tamẽ quæstio potest dedendi ne fuerĩt etiam citra hanc denunciationem: qa contra fas cum legati missi essent prœlium inierint: regemq; ad quem mandata acceperant trucidarĩt. Et hic nihil Cæsar sine dubio deliber&: nisi propter hanc militum perturbationem. Est tamen locus quærendi an citra hunc quoq; casum penetrandum in germaniam fuerit. Semꝑ autem de eo prius loquemur de quo deliberari etiam detractis sequentibus posset. Partes suadẽdi quidam putauerunt honestũ: utile: necessarium. ego non inuenio huic tertiæ locum. Quantalibet enĩ uis ingruat: aliquid fortasse pati necesse sit nihil facere. De faciendo autẽ deliberat̃. Quod si hanc uocant necessitatem in quã homines grauiorum metu coguntur: utilitatis erit quæstio: ut si obsessi & impares & aqua ciboq; defecti de facienda ad hostem deditione deliberent & dicatur necesse ẽ: nẽpe seqt̃ ut hoc subiiciatur: alioquĩ pereũdum est: ita propter id ipsũ non est necesse: quia perire potius licet. Deniq; non fecerunt sagũtini: nec irrite opitergini circũuenti. Igitur in his quoq; causis: aut de sola utilitate ambigetur: aut quæstio inter utile atq; honestum consistet. At enim siquis liberos procreare uolet: necesse habeat uxorem ducere. quis dubitat? Si ei qui pater uult fieri: liqueat necesse ẽ uxorem esse ducẽdã. Itaq; mihi ne consilium quidem uidetur ubi necessitas est: non magis q̃ ubi constat quid fieri non posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. Melius igitur qui tertiam partem dixerunt quod nostri possibile nominant quæ ut dura uideatur appellatio: tamen sola est. Quas partes non omnes in omnem cadere suasoriam manifestius ẽ q̃ ut docendum sit: Tamen apud plerosq; earum numerus augetur: a q' bus ponũtur: ut partes: quæ species sunt partium. Nam fas: iustũ: piũ: æquum: mansuetum quoque. Sic enim sunt interpretati & siqua adhuc adiicere quis eiusdem generis uelut subiici possunt honestati. An sit autem facile: magnum: iucundum sine ꝑiculo ad quæstionem pertinet utilitatis: qui loci oriuntur ex contradictione. Est qdãm utile: sed difficile: paruum: & iniucundum: periculosum. Tamẽ qbusdã uidetur esse nõnunq̃ de iucunditate sola consultatio: ut si de ædificãdo theatro instruendis ludis deliberetur. Sed nemini adeo solutum luxu puto: ut nihil in causa suadendi sequatur præter uoluptatem. Præcedat enim semper aliquid necesse est: ut in ludis honor deorum: ĩ theatro nõ inutilis laborum remissio deformis & incommoda turbæ si ibi non sit conflictatio & nihilominus eadem illa religio cũ theatrũ ueluti quoddã illius sacri templum uocabimus. Sæpe uero & utilitatem despiciendã

esse dicimus:ut honesta faciamus:ut cũ illis opiterginis demus cõsiliũ: ne se hostibus dedant q̃q̃ perituri sint:nisi fecerint:& utilia honestis præferimus ut cũ suademus ut bello punico serui armentur. Sed tamẽ ne hic plane concedendum est esse id inhonestum. liberos enim natura omnes & iisdem constare elementis & fortasse antiquis etiã nobilibus ortos dici potest. Et illic ubi manifestum periculum est:opponẽda alia sunt pericula:ut crudelius etiam perituros affirmemus:si se dediderint: siue hostis nõ seruauerit fidem:siue Cæsar uicerit:quod est uero similius. Hæc autem quæ tantum inter se pugnant plerunque nominibus deflecti solent. Nam & utilitas ipsa expugnatur ab iis qui dicunt non solum potiora esse honesta q̃ utilia. Sed ne utilia quidem esse quæ nõ sunt honesta:& contra quod nos honestum:illi uanum:ambitiosum: stolidum uerbis q̃ re probabilius uocant. Nec tãtum inutilibus cõparãt utilia:sed inter se quoque ipsa:ut si e duobus eligamus:in altero quid sit magis:in altero quid sit minus:crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suasoriæ incidunt:ut cum Pompeius deliberauit:parthos: an africam:an ægyptum peteret. Ita non tantum utrum sit melius:sed quid sit optimum quæritur. Idemq; contra:nec unq̃ incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei:quæ undique secundum nos sit. Nam ubi contradictioni locus non est:quæ potest esse causa dubitãdi? Item fere omnis suasoria nihil est aliud q̃ comparatio:uidẽdũq; quid cõsecuturi sumus:& propter quid ut æstimari possit:plus in eo quod petimus sit commodi:an uero in eo per quod petimus incommodi. Est utilitatis & in tempore quæstio. expedit:sed non nunc & in loco:non hic & in ꝑsona:non nobis:non contra hos & in genere agendi:non sic & ĩ modo nõ in tantum. Sed personam sæpius decoris causa intuemur:quæ & in nobis & in iis qui deliberant spectãda est. Itaq; q̃uis exempla plurimũ in conciliis possunt:quia facillime ad consentiendum hoĩes ducuntur experimentis:refert tamen quorum auctoritas & quibus adhibeatur. Diuersi sunt enim deliberantium animi:duplex conditio:nã cõsultant aut plures aut singuli:sed in utrisque differentia:quia & in pluribus multum ĩterest:senatus sit:an populus:romani:an fidenates:græci:an barbari:& in sigulis Catoni petẽdos honores suadeamus:an. C. Mario. De ratione belli:Scipio prior an Fabius deliberent. Proinde intuenda sexus:dignitas:ætas. Sed mores præcipue discrimen dabunt. Et honesta quidem honestis suadere facillimũ est. Si uero apud turpes recta optinere conabimur:ne uideamur exprobare diuersam uitæ sectam cauendum est:& animus deliberantis. non ipsa honesta natura quam ille non respicit permouendus:sed laude:uulgi opiniõe:& si parũ ꝓficiet

hæc uanitas secuturā ex his utilitatem: aliquanto uero magis obiiciēdo aliquos si diuersa fecerint metus. Nam præter id quod his leuissimi cuiusq; animus facillime terretur: nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus ualeat malorum timor q̄ spes bonorum: sicut facilior eisdem turpium q̄ honestorum intellectus est: aliquando bonis quoq; suadent̄ parum decora: dantur parum bonis consilia: in quibus ipsorū qui consulūt spectatur utilitas. Nec me fallit: quæ statī cogitatio subire possit legentem. Hoc ergo præcipis & hoc fas putas? Poterat me liberare. C. Cicero qui ita scribit ad Brutum. Propositis plurimis quæ honeste suaderi Cæsari possent. Sim̄ ne bonus uir q hæc suadeā? minime. Suasoris enim est finis utilitas eius cui quisq; suadet: at recta sunt quis negat? sed non est semper rectis in suadendo locus. Sed quia est altior quæstio nec tātum ad suasorias pertinet: destinatus est mihi hic locus duodecīo qui summus futurus est libro. Nec ego quicq̄ fieri turpiter uelim. Verꝝ interim hæc uel ad scholarum exercitationes pertinere credātur: nam & iniquorum ratio noscenda est: ut melius æqua tueamur. Interim siquis bono inhonesta suadebit: meminerit non suadere tanq̄ inhonesta: ut q-dam declamatores. Sex. Pompeium ad pyraticam: propter hoc ipsum ꝙ turpis ac crudelis sit: impellunt. Sed dādus illis deformibus color: idq; etiam apud malos: nec enim est quisq̄ tam malus: ut uideri uelit. Sic Catilina apud Salustium loquitur: ut rem sceleratissimam: nō malitia: sed indignatione uideat̄ audere. Sic Atreus apud Varrum. Iā fero inqt īfandissima: iam facere cogor. Quanto magis eis quibus fuit curæ fama conseruandus est hic uel ambitus? Quare & cum Ciceroni dabimus cōsilium: ut Antonium roget: uel etiam ut philippicas ita uitā pollicēte eo exurat: non cupiditatem lucis allegabimus. Hæc enim si ualet in aīo eius: tacentibus quoq; nobis ual&. Sed ut se reipublicæ seru& hortabimur. Hac illi opus est occasione ne eū talium precum pudeat. Et. C. Cæsari suadentes regnum affirmabimus stare iā remp. nisi uno regēte non posse. Nam qui de re nefaria deliberat: id solum quærit quomodo q̄minimum peccare uideatur. Multum refert etiam quæ sit persona suadētis: quia ante acta uita si illustris fuit: aut clarius genus: aut ætas: aut fortuna affert expectationem. Prouidendum est ne quæ dicūtur ab eo qui dicit: dissentiant. At iis contraria sūmissiorem quēdam modum postulant. Nam quæ in aliis libertas est: in aliis licentia uocatur. Et q-busdam sufficit auctoritas: quosdā ratio ipsa ægre tuetur. Ideoq; longe mihi uidētur difficillimæ prosopopeiæ: in quibus ad reliquū suasoriæ laborem: accedit etiā personæ difficultas. Nāq; illud idem: aliter Cæsar: aliter Cicero: aliter Cato suadere debebit. Vtilissīa uero hæc exercitatio:

uel quod duplicis ẽ operis: uel quod poetis quoq;: aut historiaꝝ quoq; futuris scriptoribus plurimum cõfert. Verum & oratoribus necessaria: Nam sunt multæ a græcis latinisq; compositæ orationes: quibus alii uterentur: ad quorum conditionem uitamq; aptanda: quæ dicebantur fuerunt: an eodem modo cogitauit: aut eandem personam inducit Cicero cum scriberet. Cn. Pompeio: & cum. C. Domitio cæteris ue: ac nõ uniuscuiusq; eorum fortunam: dignitatem: res gestas: intuitus: omĩum etiam quibus uocem dabat: imaginem expressit: ut melius quidem: sed tamen ipsi dicere uiderentur. Nec minus uitiosa est oratio: si ab hoĩe: q̃ si a re cui accommodari debuit: dissidet. Ideoq; Lysias optime uidet̃ in his quæ scribebat ĩdoctis seruasse ueritatis fidem. Enĩuero præcipue declamatoribus considerandum est: quid cuiq; personæ conueniat: qui paucissimas controuersias ita dicunt: ut aduocati: plerunq; filii: patres diuites: senes: asperi: lenes: auari: deniq; superstitiosi: timidi: derisores fiunt: ut uix comœdiarum actoribus plures habitus in pronunciando concipiendi sint: q̃ his in dicẽdo: quæ omnia uideri possũt ꝓsopopeiæ: quam ego suasoriis subieci: quia nullo alio ab his q̃ persona distãt: q̃q̃ hoc aliquando etiam in cõtrouersias ducitur: quæ ex historiis cõpositæ certius agentium nominibus continentur. Neq; ignoro plerunq; exercitatiõis gratia põi & poeticas historias: ut Priami uerba apud Achillẽ: aut Syllæ dictaturam deponentis in concione. Sed hæc in partẽ cædẽt trium generum: in quæ causas diuisimus. Nam & rogare: indicare: rõnẽ reddere: & alia de quibus supra dictum est: uarie atq; ut res uult ĩ materia iudiciali: deliberatiua: demõstratiua solemus. Frequẽtissime tamẽ in his utimur ficta personarum: quas ipsi substituimus orõne: ut apud Ciceronem pro Cælio ĩ Clodiam: & Cæcus Appius: & Clodius frater: ille in castigationem: hic in orationem morum compositus alloquitur. Solent in scholis fingi materiæ ad deliberandũ similiores cõtrouersiis: & ex utroq; genere commixtæ: ut cum apud. C. Cæsarem cõsultatio de pœna Theodoti ponitur. Constat enim accusatiõe & defensione causæ: quod est iudicialium proprium: permixta autem est & utilitatis ratio: an pro Cæsare fuerit occidi Pompeium: an timendum a rege bellum: si Theodotus sit occisus: an id minime opportunum hoc tp̃e & ꝑiculosũ: & certe longum sit futurum. Quæritur & de honesto: deceat ne Cæsarẽ ultio Pompeii: an sit uerẽdum: ne peiorem faciat suarum partiũ causã si Pompeium indignum morte fateatur. Quod genus accidere etiam ueritati põt. Nõ simplex aũt suasorias error in plerisq; declamatoribus fuit: q̄ dicẽdi genus in his diuersũ: atq; in totum illi iudiciali cõtrariũ esse existimauerunt. Nam & principia abrupta: & concitatam semper

orationem:& in uerbis effusiorem:ut ipsi uocant:cultum affectauerũt:
& earum breuiores utiq; cõmẽtarios q̃ legalis materiæ facere elaborar̃t.
Ego porro uti procemio uideo non utiq; opus esse suasoriis propter q̃s
dixi supra causas:ita cur initium furioso sit exclamandum:nõ ĩtelligo:
cum proposita consultatiõe rogatus sententiam:si modo est sanus nõ
quæritet:sed q̃maxime potest ciuili & humano ingressu mereri assẽsũ
deliberantis uelit. Cur igitur torrens:& utiq; æqualiter concitata sit in
ea dicentis orõ: Cum uel præcipue moderationẽ rõnemq; consilia desi-
derent. Neq; ego negauerim sæpius subsidere in cõtrouersiis impetum
dicendi:procemio:narratione:argumentis:quæ si detrahas:id fere sup-
erit:quo suasoriæ constant. Verũ id quoq; æqualius erit:nõ tumultuo-
sius atq; turbidius. Verborum autem magnificentia non ualidius est
affectanda:suasorias declamantibus:sed cõtigit magis. Nam & p̃sonæ
fere magnæ fingentibus placent:regum:principum:populi:senatus:&
res ampliores:ita cum uerba rebus aptentur:ipso materiæ nitore clare-
scunt. Alia ueris cõsiliis ratiõ est. Ideoq; Theophrastus q̃maxĩe remotũ
ab omni affectione ĩ deliberatiuo genere uoluit esse sermonem:secutus
in hoc auctoritatẽ præceptoris sui:q̃q̃ dissentire ab eo non timide sol&.
Nanq; Aristoteles idoneã maxĩe ad scribendũ demonstratiuam:proxi-
mamq; ab eo iudicialem putauit:uidelicet quoniã prior illa tota ess&
ostentationis:hæc secũda eger& artis:uel ad fallendũ:si ita poposciss&
utilitas:consilia:fide:prudentiaq; constarent. Quibus in demonstratĩa
consentio. Nam & omnes alii scriptores idem tradider̃t. In iudiciis aũt
consiliisq; secundum conditionẽ ipsius:quæ tractabitur rei accõmodã-
dã dicendi credo orõnẽ. Nã & philippicas Demosthenis iisdem quibus
habitas in iudiciis orationes uideo eminere uirtutibus. Et Ciceronis sẽ-
tentiæ & conciones non minus clarum q̃ est in accusationibus ac defẽ-
sionibus eloquentiæ lumen ostendunt. Dicit tamen de suasoria idem
hoc modo. Tota autem oratio simplex & grauis:& sententiis deb& or-
natior esse q̃ uerbis. Vsum exemplorũ nonnulli materiæ magis cõueĩre
merito fere oẽs consentiunt:cum plerunq; uideãtur respondere futura
præteritis: Habeaturq; experimẽtum uelut quoddã rationis testiõniũ.
Breuitas quoq; aut copia non genere materiæ:sed modo constant. Nã
ut in consiliis plerũq; simplicior quæstio est:ita sæpe in causis minor.
Quæ oĩa uera esse sciet:siquis non orationes modo: sed historias etiã.
(Nãq; in his conciones atq; sententiæ plerunq; suadendi ac dissuadẽdi
funguntur officio) legere maluerit q̃ in commentariis rhetorum con-
senescere. Inueniet enim nec in consiliis abrupta initia: & concitatius
sæpe ĩ iudiciis dictũ:& uerba aptata rebus ĩ utroq; genere:& breuiores

aliquando causarum orões q̃ sententiarum. Ne illa quidẽ in iis uitia deprehend&:quibus qdam declamatores laborant:quod & contra sentientibus inhumane conuiciantur:& ita plerunq; dicunt tanq̃ ab iis q deliberant utiq; dissentiant. Itaq; obiurgantibus similiores sunt q̃ suadentibus. Hæc adolescentes sibi scripta sciant: ne aliter q̃ dictum sint: exerceri uelint: & in dissuadendis morentur. Cæterum cum aduocari cœpint in consilia amicorum:dicere sentẽtiam in senatu:suadere siqd consulet princeps:quod præceptis fortasse non credunt usu docebũt.

DE Partibus causarum iudicialium.

NVnc de iudiciali genere quod est præcipue multiplex:sed officiis constat duobus:intentionis ac depulsionis:cuius partes ut pluribus auctoribus placuit:quinq; sunt:procemium:narratio:probatio:refutatio:peroratio. His adiecerunt qdam:partitionem:propositionem:excessum:quarum priores duæ probatiõi succedunt. Nam proponere quidem quæ sis probaturus necesse est:sed & concludere. Cur igitur si illa pars causæ est:non & hæc sit? Partitio uero dispositionis est species: ipsa dispositio pars rhetorices:& per oẽs materias totumq; eaꝝ corpus æqualiter fusa:sicut inuentio:elocutio. Ideoq; eã nõ orõis totius partẽ unã esse credendũ est:sed quæstionum etiã singularũ. quæ est quæstio in qua non ꝓmittere possit orator:qd primo:quid secundo: qd tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitiõis. Quã ergo ridiculũ est quæstionem quidẽ speciem esse ꝓbationis:partitionem autem quæ sit species quæstionis partem totius orõis uocari? Egressio uero uel quod usitatius esse cœpit excessus:siue est extra causã nõ põt esse pars causæ: siue est in causa: adiutorium uel ornamentum partium earum est:ex quibus egreditur. Nam si quicquid in causa est pars causæ uocabitur. cur non argumẽtum:similitudo:locus cõmunis:affectus:exempla partes uocent? Tamen nec iis assentior qui detrahunt refutationem tanq̃ ꝓbationi subiectã. ut Aristoteles. Hæc enim est quæ cõstituat:illa quæ destruat. Hoc quoq; idem aliquatenus nouat:ꝙ procemio non narrationem subiungit sed propositionẽ. Verũ id facit:quia ꝓpositio genus: narratio species uidetur:& hac nõ semper:illa semper & ubique credit opus esse. Verum ex his quas constitui partibus:non ut quicq; primũ dicẽdum:ita primum cogitandum est. Sed ante oĩa intueri oportet qd sit genus causæ:quid in ea quæratur:quæ prosint:quæ noceant:deinde quid cõfirmandũ sit atq; refellendum sit:tum quomodo narrandum. Expositio enim probationum est præparatio:nec esse utilis potest:nisi prius constituerit qd debeat de probatione ꝓmittere. Postremo ĩtuẽdũ queadmodum iudex sit cõciliandus:nec enim nisi totis causæ partibus

diligenter inspectis scire possumus: qualē nobis facere animum cogno-scentis expediat: seuerum an mitem: concitatum an remissum: aduersū gratiæ an obnoxium. Nec ideo tamen eos probauerim: qui scribendum quoq; procœmium nouissime putāt. Nam ut conferri materiā omnē: & quid quoq; sit opus constare debet: anteq̄ dicere aut scribere ordiamur: ita incipiendum ab iis quæ prima sunt: nā nec pingere quisq̄ aut figere cœpit a pedibus. Nec deniq; ars ulla consumat̄ ibi: unde ordiendum ē: Quid fiet alioquin: si spatium componendi orationem stilo nō fuerit? nonne nos hæc inuersa consuetudo deceperit? Inspicienda igit̄ materia est quo præcipimus ordine: scribenda quo dicimus.

DE Generibus.

CAeterum causa oīs in qua pars altera agētis est: altera recusantis: aut unius rei controuersia cōstat: aut pluriū. Hæc simplex dicit̄: illa coniuncta. Vna cōtrouersia est p se furti: p se adulterii: plures autē eiusdem generis: ut in pecuniis repetundis: aut diuersi: ut siquis sacri-legii & homicidii simul accusetur: quod nunc in publicis iudiciis non accidit: quoniā prætor certa lege sortitur. principum autem & senatus cognitionibus frequens est & populi fuit. priuata quoque iudicia sæpe unū iudicē hr̄e multis & diuersis formulis solent: nec aliæ species erūt: etiam si unus a duobus dūtaxat eādem rem atq; ex eadem causa petet: aut duo ab uno: aut plures a pluribus: quod accidere in hæreditariis li-tibus interim scimus: quia q̄uis in multis personis: causa tamen una ē: nisi conditio personarū quæstiones uariauerit. Diuersum his tertium genus quod dicit̄ comparatiuum: cuius rei tractatus in parte causæ fre-quens est: ut cum apud centum uiros post alia quæritur: & hoc: uter di-gnior hæreditate sit. Rarum est autem ut ī foro iudicia propter id solū constituant̄: sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo: & nonnunq̄ inter delatores uter premium meruerit. Adiecerunt quidā numero mutuam accusationem: quæ uocat̄: aliis uide-licet succedere. hanc quoq; cōparatiuo generi existimātibus: cui similis erit petitionum inuicem diuersarum: quod accidit uel frequentissime. Id si & ipsum uocari debet nam ꝓprio car& noīe: duo ergo erunt genera eius: alterum quo litigatores idem crimen inuicem ī-tentant: alterū quo aliud atq; aliud. Cui & petitionum conditio pars ē. Cum apparuerit genus causæ: tum intuebimur negetur ne factū: quod intendit̄: an defendatur: an alio noīe appellet̄: an a genere actiōis unde sunt status.

HQuid sit quæstio ratio iudicatio cōtinēs & q̄tenus necessaria.

HIs inuentis intuendū deīceps Hermagoræ uidet̄: quid sit quæstio:

ratio:iudicatio:continens:ideſt uel ut alii uocãt firmamẽtũ. Quæſtio latius intelligit᷑ oĩs de qua in utrãq; partem uel in plures dici credibiliter poteſt. In iudiciali autem materia dupliciter accipiẽda eſt: altero modo quo dicimus multas quæſtiones habere controuerſiã:quo etiam minores omnes complectimur:altero quo ſignificamus ſũmam illam:in qua cauſa uertit᷑.de hac nunc loquor:ex qua naſcit᷑ ſtatus:an factum ſit:quid factum ſit:an recte factũ ſit. Has Hermagoras & Apollodorus & alii plurimi ſcriptores proprie quæſtiões uocãt.Theodorus ut dixi capita generalia: ſicut illas minores: aut ex illis pendentes ſpecialia .Nam & quæſtionem ex quæſtione naſci: & ſpeciẽ in ſpecies diuidi cõuenit.Hanc igit᷑ quæſtionẽ ueluti principalẽ uocãt
Ratio autem eſt:qua id quod factum eſſe conſtat defendit᷑:& cur non utamur eodem quo ſunt uſi fere omnes exemplo.Horeſtes matrem occidit.Hoc conſtat.dicit ſe iuſte feciſſe:ſtatus erit qualitatis:quæſtio an iuſte fecerit.Ratio ꝙ Clytemneſtra maritũ ſuũ patrẽ Horeſtis occidit: hoc dicitur autẽ iudicatio:an oportuerit uel nocentem matrem a filio occidi.Quidam diuiſerunt & ut eſſ& altera propter quã iudiciũ cõſtitutum eſt:ut occiſa Clytẽneſtra: altera qua factum defendit᷑:ut occiſus Agamemnon.Sed tãta eſt circa uerba diſſenſio: ut alii cauſam iudicii autem facti uocent:alii eandem in contrarium uertant.Latinorum quidam hæc initium & rationem uocauerunt:quidam utrũq; eodẽ nomine appellant. Cauſa quoq; ex cauſa:ideſt ex naſci uidetur:quale eſt occidit Agamemnonem Clytemneſtra:quia ille filiam communẽ ĩmolauerat:& captiuam pellicem adducebat.Iidem putant & ſub una quæſtione plures eſſe rationes:ut ſi Horeſtes:& alteram afferat cauſã mr̃is necatæ:quod reſponſis ſit impulſus.Quot autem cauſas faciẽdi:totidẽ iudicationes.Nã & hæc erit iudicatio:an reſponſis parere debuerit.Sed & una cauſa plures habere quæſtiones & iudicationes(ut ego arbitror) poteſt:ut in eo qui cum adulteram deprehenſam occidiſſet:adulterum q̃ tum effugerat poſtea in foro occidit.Cauſa eſt una:adulter fuit:quæſtiones & iudicationes:an illo tẽpore:an illo loco licuerit occidere.Sed ſicut cum ſint plures quæſtiones:oẽſq; ſuos ſtatus habeat:cauſæ tamẽ ſtatus unus ſit ad quẽ referant᷑ oĩa:ita iudicatio maxĩe propria:de qua pronunciatur autem: quod ut dixi continens alii:firmamentum alii putant.Cicero firmiſſimã argumentationem defenſoris & appoſitiſſimam adiudicationem.Quibuſdam id uidet᷑ eſſe:poſt quod nihil quæritur:quibuſdam id quod ad iudicationem firmiſſimã affert᷑. Cauſa facti non in omnes controuerſias cadit. Nam quæ fuerit cauſa

faciendi ubi factum negatur: aut ubi causa tractatur: negant eodem loco esse iudicationem: quo quæstionem: idq; & in rhetoricis Cicero & i partitionibus dicit. Nam & in coniectura est quæstio: ex illo factum nõ factũ: an factum sit: ibi ergo iudicatio ubi quæstio: quia in eadem re prima quæstio & extrema disceptatio. At in qualitate Matrẽ Horestes occidit: recte non recte: an recte occiderit: quæstio: nec statim iudicatio: quãdo ergo illa patrem meum occiderat: sed nõ ideo tu matrẽ debuisti occidere: an debuerit: hic iudicatio. Firmamentum autẽ uerbis ipsius ponam: si uelit Horestes dicere eiusmodi animum matris suæ: in patrem suũ: in se ipsũ: ac sorores: in regnum: in famã generis: ac familiæ: ut merito ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Vtuntur alii & talibus exẽplis qui bona paterna cõsũpserit ne cõcionetur: in opera publica consumpsit quæstio: an quisquis cõsũpserit: prohibendus sit iudicatio: an qui si uelut in causa militis Arunci: qui Lusium tribunũ uim sibi inferentem interfecit: quæstio an iure fecerit. ratio: quod is uim afferebat: iudicatio: an indemnatũ: an tribunũ a milite occidi oportuerit: alterius etiam status quæstionem: alterius iudicationẽ putant. Quæstio q̃litatis an recte Clodium Milo occiderit: iudicatio coniecturalis: an Clodius insidias fecerit: ponũt & illud sæpe causam in aliquam rem dimitti: quæ non sit propria quæstionis: & de ea iudicari a quibus multũ dissentio. Nam & illa quæstio: an oẽs qui paterna bona consumpserint: cõcione sit prohibendi: habeat oport& suã iudicationem: ergo nõ alia quæstio alia iudicatio erit: sed plures quæstiones & plures iudicatiões. Quid nõ in causa Milonis ipsa coniectura referatur ad qualitatem? Nam si est insidiatus Clodius: sequitur ut recte sit occisus. Cum uero in aliquam rẽ missa causa est: recessũ est a quæstione quæ erat constituta. Hic quæstio: ubi iudicatio est. Paulum in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in rhetoricis quẽadmodũ supra dixi Hermagoram est secutus: in topicis ex statu effectam cõtentionem existimat: idq; Trebatio: qui iuris erat consultus: alludens: de qua re agitur appellat: quibus id contineatur: continentia quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit. At in partitionibus oratoriis firmamentum: quod opponitur defensioni: quia cõtinens quod primũ sit ab accusatore dicatur: ratio a reo: ex rõnis & firmamẽti quæstiõe disceptatio sit iudicationũ. Verius igitur & breuius qui statum & continens & iudicationem esse uoluerũt: continens autem id esse: quo sublato lis esse nõ possit. hoc mihi uidetur utrãq; causam complecti: & quod Horestes matrem: & quod Clytẽnestra Agamemnonem occiderit. Iidem iudicationem & statum cõsentire sẽp existimauerunt. Nec enim aliud eorum rõi cõueniens fuiss&. Verum hæc affectata

subtilitas circa noīa re᷑ ābitiose labor& a nobis ī hæc assūpta solū: ne pa᷑ diligēter īqsisse de ope:quod aggressi sumus uideremur. Sīplicius autē instituenti non est necesse per tā minutas re᷑ particulas rationem dicendi concidere. Quo uitio multi quidem laborauerūt:præcipue tamē Hermagoras uir alioquin subtilis:& in plurimis admirandus:tantum diligentiæ nimium solicitæ:ut ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit. Hæc aūt breuior & uel ideo lucidior multo uia:nec discētē p ābages fatigabit:nec corpus orōnis in parua momenta deducēdo cōsumet. Nam q uiderit quid sit quod in controuersiā ueniat:quid in eo & per quæ uelit efficere pars diuersa:quid nr̄a: quod in primis est ītuēdū:nihil eo᷑ ignorare de qbus supra diximus poterit. Nec est fere qsq̄ mō nō stultus:atq; ab omī ꝓrsus usu dicendi remotus:quin sciat & qd litem faciat:quod ab illis causa uel continens dicit᷑:& quæ sit inter litigantes quæstio:& de quo iudicari oporteat:quæ oīa idē sunt. Nā & de eo quæstio est:quod in cōtrouersiā uenit: & de eo iudicat᷑ de quo quæstio est. Sed nō ꝑpetuo intendimus in hæc animū & cupiditate laudis: utcūq; acqrendæ uel dicendi uoluptate euagamur:quādo uberior semꝑ extra causam materia est:quia in controuersia pauca sunt:extra oīa:& hic dicit᷑ de iis quæ accepimus:illic de quibus uolumus. Nec tamē hoc præcipiendum est:ut quæstionem:continens:iudicationē inueniamus. Nam id qdem facile est:q̄ ut intueamur semper:aut certa si digressi fuerimus saltem respiciamus:ne plausum affectantibus arma excidant. Theodori schola ut dixi omnia refert ad capita:his plura ītelliguntur. Vno modo summa quæstio. Item ut status. altero cæteræ quæ ad sūmā referantur. tertio propositio cum affirmatione:ut dicimus:caput rei est apud Menandrum . In uniuersum autem:quicquid probādū est erit caput:sed id maius aut minus. Et quoniā quæ de his erant a scriptoribus artium tradita uerbosius:etiā q̄ necesse erat exposuimus:Præterea quæ partes essent iudicialiū causa᷑ dictum est:ꝓximus liber ꝓœmia .i. exordia concipiet.

MARCI FABII QVINTILIANI LIBER QVARTVS INCIPIT FOELICITER.

De exordio:narratione:egressione:propositione:partitione.



ERFECTO MARTI VICTORI OPERIS TIBI dedicati tertio libro:& iam quarta fere laboris parte transacta:nouæ insup mihi diligentiæ causa & altior solicitudo:q̄ quale iudicium hominum emer & acces sit.adhuc enim uelut studia inter nos cōferebamus:& si parum nostra institutio probaretur a cæteris:cō tenti fore domestico usu uidebamur:ut tui meiq; filii disciplinā formari satis putaremus. Cum uero mihi Domitianus augustus sororis suæ nepotum delegauerit curam:non satis honorem iudiciorum cælestium ītelligam:nisi ex hoc oneris quoque magnitudinem metiar. Quis enī mihi aut mores excolendi sit modus:ut eos non immerito probauerit sanctissimus censor:aut studia:ne fefellisse in his uideat prīcipem:ut ī omnibus ita in eloquentia quoq; eminentissimum?Quod si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse: ut non solum initiis operum suorū musas inuocarent:sed prouecti quoq; longius cū ad aliquē grauiorem uenissent locum:repeterent uota: & uelut noua precatione uterentur. mihi quoq; profecto poterit ignosci:si quod in initio:quo primū hāc materiam incohaui non feceram.nunc omnes in auxilium deos:ipsum quoq; in primis:quo neq; præsentius aliud:neq; studiis magis ꝓpriū numen est:inuocem: ut quātum nobis expectationis adiecit:tantum ingenii aspiret:dexterq; ac uolens adsit:& me qualem esse credidit faciat:cuius mihi religionis non hæc sola ratio quæ maxima est:alioqn sic ꝓcedit ipsū opus:ut maiora præteritis ac magis ardua sit quæ īgredior. Sequitur enim:ut iudicialium causaꝝ quæ sunt maxime uariæ ac multiplices ordo explicetur: quod procemii officium:quæ ratio narrandi: quæ probationum sit fides:seu proposita cōfirmamus:seu cōtradicta dissoluimus:quanta uis in perorando: seu reficienda breui repetitione rerum memoria est iudicis:siue affectus quod est longe potētissimum commouendi.De quibus partibus singulis quidam separatim scribere maluerunt:uelut onus totius corporis ueriti:& sic quoq; compluris de unaquaq; earum libros ediderunt:quas ego omnes ausus cōtexere ꝓpe infinitum mihi laborem prospicio:& ipsa cogitatiōe suscepti muneris fatigor.Sed durandum est:quia cœpimus: & si uiribus deficiemus:aīo tamen perseuerandum.

DE Exordio.

QVod principium latinæ uel exordium dicit: maiore q̄dā ratione græci uident procemium nominasse: quia a nostris mō initium significatur. Illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei de qua dicendum sit:ostendunt. Nam siue propterea quod cātus est:

& citharœdi pauca illa quæ ante q̃ legitimum certamen ĩcohēt: emerēdi fauoris gr̃a canunt: procemium uocauerunt. Oratores quoque ea quæ priusq̃ causam exordiantur ad conciliandos sibi iudicium animos præloquunt̃: eadem appellatione signarunt. Siue quod iidem græci uiam appellant: id quod ante ingressum rei ponitur: sic uocare ẽ institutum. Certe procemium est quod apud iudicem dici priusq̃ causã cognouerit: possit. Vitioseq; in scholis facimus: q exordio sic utimur quasi causam iudex iam nouerit: cuius rei licentia ex hoc est: q ãte declamationem illã uelut imago litis exponit̃. Sed in foro quoq; cõtĩgere istud principiorum genus secũdis actionibus potest: primis quidem raro: nunq̃ nisi forte apud eum cui res aliunde iam nota sit dicimus. Causa prĩcipii nulla alia est q̃ ut auditorẽ quo sit nobis in cæteris partibus accommodatior præparemus. Id fieri tribus maxime rebus inter auctores plurimos constat: si beniuolum: attẽtum: docilẽ fecerimus: nõ quin ista per totã actionẽ non sint custodienda: sed quia in initiis maxĩe necessaria: per quæ ĩ animũ iudicis: ut procedere ultra possimus: admittamur. Beniuolentiam autem a personis ducimus: aut a causis accipimus: sed personarum non est: ut pleriq; crediderint: triplex ratio: ex litigatore: & aduersario: & iudice. Nam exordium duci nonnunq̃ etiã ab actore causæ sol&: q̃q̃ enim pauciora de se ipso dicit: & parcius: plurimũ tamẽ ad oĩa momenti est in hoc positũ: si uir bonus creditur: sic enĩ continget: ut nõ studium aduocati uideatur afferre: sed pene testis fidem. Quare in primis existimetur uenisse ad agendum ductus officio uel cognationis uel amicitiæ: maximeq; si fieri potest rei. pu. aut alicuius certe non mediocris exempli. Quod sine dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendum est: ut ad agendum magna atq; honesta ratione: aut etiam necessitate accessisse uideantur. Sed ut præcipua in hoc dicentis auctoritas sit: si oĩs in subeũdo negocio suspicio sordium: aut odiorum: aut ambitionis abfuerit. Ita quædam in iis quoq; commendatio tacita: si nos infirmos & impares agentiũ e contra ingeniis dixerimus: qualia sũt pleraq; Messalæ procemia. Est enim naturalis fauor pro laborantibus: & iudex religiosus libentissime patronũ audit: quẽ iustitia sua minime timet. Inde illa ueterũ circa occultandã eloquentiã simulatio multum ab hac nostrorum temporũ iactatione diuersa. Vitandũ etiã ne contumeliosi: maligni: supbi: maledici in queq̃ hominẽ ordinẽue uideamur: præcipue eorũ: qui lædi nisi aduersa iudicũ uoluntate non possũt. Nã in iudicem nequid dicatur non modo palã: sed quod omnino ĩtelligi possit: stultũ erat monere nisi fier&. Etenĩ partis aduersæ patronus dabit exordio materiã interĩ cũ honore: si eloquentiã eius. ac gratiam nos

timere fingendo:& ut ea suspecta sint iudici fecerimus. Interim p con/tumeliam:sed hoc pq̃raro:ut Asinius pro Vrbiniæ hæredibus Labienũ aduersarii patronũ inter argumenta causæ male posuit. Negat hæc esse procemia Cornelius Celsus:quꝑ sint extra lité. Sed ego tum auctoritate summorũ auctorum magis ducor:tũ pertinere ad causam puto qcquid ad dicentem pertinet:cum sit naturale ut iudices iis quos libentius au/diunt:etiã facilius credãt. Ipsius auté litigatoris persona tractãda uarie est. Nam tum dignitas eius allegat᷑:tum cõmendat᷑ infirmitas:nõnũq̃ contigit relatio meritorũ: de quibus uerecundius dicendum erit sua:q̃ aliena laudanti. Multum agit sexus:ætas:conditio:ut in fœminis:seni/bus:pupillis:liberos:parentes:coniuges allegantibus. Nam sola rectum quoq; iudicem inclinat miseratio:degustanda tamen hæc procemio non cõ/sumãda. Aduersarii uero persona prope iisdem omnibus:sed e cõtrario ductis impugnari sol&. Nã & potẽtes seqt᷑ inuidia:& huĩles abiectosq; cõtẽptus:& turpes ac nocẽtes odium. Quæ tria sunt ad alienandos iu/dicum aiõs potentissĩa:neq; hæc dicere satis est: quod dat᷑ etiã ĩperitis: pluraq; augenda:aut minuenda:ut expediet. Hoc enim oratoris ẽ:illud causæ. Iudicem conciliabimus nobis non tantũ laudando eum:quod & fieri cum mõ deb&:& est tamen parti utriq; cõmune. Sed si laudẽ eius ad utilitatem nostræ causæ cõiunxerimus:ut allegemus pro honestis di/gnitatem illi suã: ꝓ humilibus iustitiã:pro infelicibus misericordiam: pro læsis seueritatẽ:& similiter cætera. Mores quoq; si fieri põt iudicis uelĩ nosse. Nam prout asperi:leues:iucundi:graues:duri:remissi erunt: aut assumere in causã naturas eoꝝ qua cõpetẽt:aut mitigare:qua repu/gnabunt oportebit. Accidit autẽ interĩ hoc quoq;:ut aut nobis ĩimicus: aut aduersario sit amicus qui iudicat:quæ res utriq; parti tractanda ẽ: ac nescio an ei magis in quẽ uidet᷑ ꝓpensior. Est enĩ nõnunq̃ prauis hic ambitus aduersus amicos:aut pro iis quibus cum simultates gerant ꝓ/nunciandi faciendiq;: iniustẽ́ne fecisse uideant᷑. fuerunt etiam qdam reꝝ suaꝝ iudices. Nam & in libris obseruationum a septimo editis af/fuisse Ciceronem tali causæ inuenio. Et ego pro regina Beronice apud ipsã causã dixi. Similis hic quoq; superioribus ratio est. aduersarius enĩ fiduciam partis suæ iactat:patronus timet cognoscentis uerecundiam. Præterea detrahenda uel confirmanda opinio:siquam præcipue domo uidebitur iudex attulisse. Metus etiam nonnunq̃ est ammouendus:ut Cicero pro Milone ne arma Pompeii disposita contra se putarẽt. Labo/rauit nõnũq̃ adhibendus:ut idem in Verrẽ facit:sed adhibendi modus: alter ille frequens & fauorabilis:ne male sentiat populus romanus:ne iudicia transferant᷑: alter autem asper & rarus:quo minatur corruptis

accusationem:& id quidem in concilio ampliore:utcunq; tutius: nam & mali inhibent & boni gaudent:apud singulos uero nunq̃ suaserī nisi defecerint oĩa:quod si necessitas exigit:non erit iam ex arte oratoria nõ magis q̃ appellare:Etiã si id quoq; sæpe utile est:aut ante q̃ pronunciet reum facere. Nam & minari & deferre etiam non orator põt. Si causa conciliandi nobis iudicis materiam dabit:ex hac potissimum aliqua in usum principii quæ maxime fauorabilia uidebunt:decerpi oportebit. Quo in loco Virginius fallitur:qui Theodoro placere tradit:ut ex singulis quæstionibus singuli sensus in procemium conferant. Nã ille nõ hoc dicit:sed ad potentissimas quæstiones iudicem præparãdũ:in quo uitii nihil erat:nisi in uniuersum id præciper&: quod nec omnis actio patit:nec oĩs causa desiderat. Nam protinus a petitore primo loco dũ ignota iudici lis est:quomõ ex quæstionibus ducemus sẽtẽtias?nimirũ res erunt indicandæ prius:demus aliquas. Nam id exigit ratio:nõnũq̃ etiam nõ potentissĩas omnes:idest totam causã:sic erit in procemio peracta narratio. Quid uero:si ut frequẽter accidit:paulo est durior causa: nõ beniuolẽtia iudicis petẽda ex aliis partibus erit?sed nõ nisi ãte cõciliato eius aĩo:nuda quæstionum committet asperitas:quæ si recte sẽp initio dicendi tractarent:nihil procemio opus ess&. Aliqua ergo nõnunq̃ quæ erunt ad conciliandum nobis iudicem potentissima:nõ inutiliter iterĩ ex quæstionibus in exordio locabunt. Quæ sint porro in causis fauorabilia enumerare non est necesse: quoniam & manifesta erunt cognita cuiusq; controuersiæ conditione. Et oĩa colligi in tanta litiũ uarietate non possunt. Vt autem hoc inuenire & augere:ita quod lædit:aut oĩno repellere:aut certe minuere ex causa est. Miseratio quoq; aliquando ex eadem uenit:siue quod passi sumus graue:siue passuri. Nec enim sum in hac opinione qua quidam ut eo distare procemiũ ab epilogo credã: quod in hoc præterita:ĩ illo futura dicãt:Sed quod in ingressu parcius & modestius prætemptanda est iudicis misericordia. In epilogo uero liceat totos effundere affectus:& fictam orationem induere personis:& defunctos excitare:& pignora eorum producere quæ minus exordiis sũt usitata. Sed hæc quæ supra dixi:non mouere tantum animum:uerum ex diuerso amoliri quoq; procemio opus est. Vt autem nostrum miserabilem:si uincamur exitum ita aduersariorum superbum: si uicerint utile est credi. Sed ex iis quoq; quæ non sunt personarum nec causarũ: uerum adiũcta personis & causis:duci procemia solent. Personis applicantur:non pignora modo:de qbus supra dixi:sed propinquitates amicitiæ: interim regiones etiam ciuitatesque: & siquid aliud eius quem defendimus causa duci põt. Ad causam extra pertin& tempus: unde

prīcipium pro Cælio.locus:unde pro Deiotaro.habitus:unde ꝓ Milōe.
opinio:ūde in Verrem.Deinceps ne omnia enumerem:fama iudicioꝝ:
expectatio uulgi:nihil enim horū in causa est:ad causam tamē ptin&.
Adiicit Theophrastus ab orōe principiū:quale uidet̄ esse Demosthenis
pro ctesifonte:ut sibi dicere suo potius arbitrio liceat rogantis q̄ eo mō
quē accusator actiōe præscripserit.Fiducia ipsa sol& opiniōe arrogātiæ
laborare:faciunt fauorem:& illa pene cōmunia:nō tamen omittēda:uel
ideo ne occupent̄:optare:abhominari:rogare:solicitum agere:que ple/
runq; attentum iudicem faciunt:si res agi uidetur:noua:magna:atrox:
pertinens ad exemplum:præcipue tamē si iudex aut sua uice:aut rei.p.
commouetur:cuius animus spe:metu:admonitione:precibus:uanitate
deniq; si id profuturum credimus:agitandus est.Sunt & illa excitādis
ad audiendum non inutilia:si nos nec diu moraturos:nec extra causam
dicturos existiment.Docilem sine dubio:& hæc ipsa præstat attētio:sed
& illud si breuiter:& dilucide summā rei de qua cognoscere debeat īdi/
carimus:quod Homerus atq; Virgilius operū suoꝝ principiis faciūt.
Nā istius rei modus est:ut propositioni similior sit q̄ expositioni:nec
quomō quicq; sit actum:sed de quibus sit dicturus orator ostendat:nec
uideo ꝙ huius rei apud oratores possit repiri melius exēplū q̄ Ciceroīs
pro Cluentio.aīaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas
diuisam esse partes:quarum altera mihi niti & magno pe confidere ui/
debat̄ inuidia iam inueterata iudicii iuniani:altera tātūmō cōsuetudīs
causa timide & diffidenter attingere rationem ueneficii criminum:qua
de re lege hæc est quæstio constituta.Id tamen totum respōdēti facilius
est q̄ proponenti:quia hic admonendus iudex:illic docendus est. Nec
me q̄q̄ magni auctores in hoc duxerint:ut non semper facere attētum
ac docilem iudicē uelim:non quia nesciā id quod ab illis dicitur esse ꝓ
mala causa:qualis ea sit non intelligi:Verum quia istud nō negligētia
iudicis contingit:sed errore(dixit enī aduersarius:& fortasse persuasit)
nobis opus est eius diuersa opinione:quæ mutari non potest:nisi illū
fecerimus ad ea quæ dicemus:docilem & attentum.Quid ergo?īminu/
enda quædā & leuanda & quasi contemnenda esse consentio ad remit/
tendam intentionē iudicis:quā aduersario præstat:ut fecit pro Ligario
Cicero.Quid enim agebat aliud ironia illa q̄ ut Cæsar minus se in rem
tanq̄ nō nouā intender&?Quid pro Cælio?q̄ ut res expectatione minor
uideret̄?Verum ex his quæ proposui aliud in alio genere causæ deside/
rari palam est.

GEnera porro causarum plurimi fecerunt:honestū:humile:dubiū
uel anceps:admirabile:obscurum:idest

Sunt qbus recte uideat̃ adiici turpe quod alii humili: alii admirabili subiiciūt. Admirabile aūt uocāt quod est præter opinionem hominum cōstitutū. In ancipiti maxīe beniuolū iudicem: in obscuro docilem: in humili attentum parare debemus. Nā honestum quidem ad conciliationem satis p se ual&. In admirabili & turpi remediis opus est. Et eo quidam exordiū ī duas diuidunt partes: in principium & insinuationē: ut sit in principiis recta beniuolentiæ: & attentionis postulatio: quæ quia esse in turpi genere causæ nō possit. Insinuatio surrepat animos maxīe: ubi fors causæ non satis honesta ē: uel quia res sit ipba: uel quia ab hoībus parum probet̃: aut si facie ipsa quoq; premitur: uel inuidiosa consistentis ex diuerso patroni: aut pris uel miserabilis senis: cæci: infantis. Et quidem quibus aduersus hæc modis sit medendū uerbosius tradunt: materiasq; sibi ipsi fingunt: & ad mortem actionum persequuntur. Sed cum hæc oriant̃ ex causis: quarū species conseq oēs non possumus: nisi generaliter comprehendant̃: in īfinitum sunt extrahendæ. Quare singulis cōsiliū ex ppria rōe nascet̃. Illud in uniuersū præceptum sit: ut ab iis quæ lædunt ad ea quæ psunt refugiamus. Si enim causa laboramus: psona subueniat. si psona: causa. si nihil quod nos adiuu& erit: quæramus qd aduersarium lædat. Nam ut optabile est plus fauoris mereri: sic pximum odii minus. In iis quæ negari nō poterīt: elaborandū: ut aut minora q̃ dictum est: aut alia mēte facta: aut nihil ad præsentem quæstionem pertinere: aut emēdari posse pœnitentia: aut satis iam punita uideant̃. Ideoq; agere aduocato q̃ litigatori facilius: quia & laudat sine arrogantiæ crimine: & aliquādo utiliter etiam reprehendere pōt. Nā se quoq; moueri interī fing&: ut pro Rabirio posthumo Cicero: dum aditū sibi ad aures facit: & auctoritatē induit uera sentientis: quo magis credat̃: uel defendenti eadem uel neganti. Ideoq; primum hoc intueamur litigatoris an aduocati psona sit utendum: quotiens utrūq; fieri pōt. Nā illud in schola liberum est: in foro rarum: ut sit idoneus suæ rei quisq; defensor. Declamaturus autē maxīe positas in affectibus causas ppriis psonis deb& induere. Hi sūt enim q mandari nō possunt: nec eadē ui perferūt̃ alieni animi: quā sui motus. His etiā de causis īsinuatiōe uidet̃ opus esse: si aduersarii actio iudicum aīos occupauerit: uel si dicendum apud fatigatos est: quorum alterū promittendo nostras probationes: & aduersas eluēdo uitabimus: alterū & spe breuitatis: & iis qbus attētum fieri iudicem docuimus: & urbanitas opportuna reficit aīos: & undecūque petita iudicis uoluptas leuat tedium. Nō inutilis etiā est ratio occupandi: quæ uident̃ obstare: ut Cicero dicit: scire se mirari quosdā: q̄ is qui per tot annos defēderit

multos: læserit neminem: ad accusandum Verrem descenderit: deinde ostẽdit hanc ipsã sociorum defensionem: quod schema prolepsis dicit̃: id cum sit utile aliquando: nunc a declamatoribus quibusdã pene sẽp assumit̃: qui fas non putant: nisi a contrario incipe. Negãt Apollodoꝝ secuti tres esse: de qbus diximus præparandi iudicis partes. Sed multas species enumerant: ut ex moribus iudicis ex opinionibus ad causã extra ptinentibus: ex opinione de ipsa causa: quæ sunt prope infinitæ: tũ iis ex qbus oẽs constant controuersiæ: psonis: factis: dictis: causis: tpĩbus: locis: occasionibus cæteris: quas ueras esse fateor. Sed in hæc tria genera recidere. Nã si iudicẽ beniuolum: attentum: docilẽ hẽo: Quid amplius debeam optare nõ repio: cũ metus ipse q maxĩe uidetur esse extra hæc: & attẽtum iudicẽ faciat: & ab aduerso fauore deterreat. Verum quoniã non est satis demonstrare discentibus: quæ sint in rõne procemii: Sed dicendum etiam quomodo perfici facillime possint: hoc adiicio: ut dicturus intueat̃. Quid: apud quem: pro quo: contra quẽ: quo tẽpore: quo loco: quo rerum statu: qua uulgi fama dicendum sit: qd iudicem sẽtire credibile sit ante q̃ incipiamus: tum quid aut desideremus: aut deprecemur: ipsa illum natura eo duc&: ut sciat quid primum dicendum sit. At nunc omne quod cœpint: procemiũ putant: & ut quicq; succurrerit: utiq; si aliqua sententia blandiat̃ exordium. Multa autẽ sine dubio ex aliis partibus sũt: aut aliis partibus causæ cõmunia: nihil tamẽ ĩ quoq; melius dicit̃: q̃ qꝫ æque bene dici alibi non possit. Multum grãæ exordio est: quod ab actiõe aduersæ partis materiam trahit: hoc ipso quod nõ compositum domi: sed ibi: atq; e re natum: & facilitate famam ingenii aug&: & facie simplicis sumptiq; ex proximo sermonis fidem quoq; acquirit: adeo ut etiã si reliqua scripta atq; elaborata sint: tamen plerũq; uideat̃ tota extemporalis orõ: cuius initium nihil præparatum habuisse manifestum est. Frequentissĩe uero procemium decebit: & sententiarũ & cõpositionis & uocis & uultus modestia: adeo ut in genere causæ etiã indubitabili fiducia se ipsa nimium exercere non debeat. Odit. n. iudex fere litigãtis securitatem: cumq; ius suum intelligat: tacitus reuerentiã postulat. Nec minus diligenter: ne suspecti simus in ulla parte uitãdũ: ꝓpter quod minime ostentari deb& in prĩcipiis cura: qa uidet̃ ars oĩo dicentis contra iudicem adhiberi: Sed ipsum istud euitare sũmæ artis. Nam id sine dubio ab oĩbus: & quidẽ optime præceptum est. Verum aliquatenus temporum conditiõe mutat̃: quia iam quibusdã ĩ iudiciis maxĩeq; capitalibus: ut apud centũuiros: ipsi iudices exigũt solicitas & accuratas actiones: contẽniq; se: nisi in dicendo etiã diligentia appareat credunt: nec doceri tantum: sed etiam delectari uolunt. Et est difficilis

huius rei moderatio: quæ tamẽ ita tẽꝑari põt:ut uideamur accurate nõ callide dicere. Illud ex præceptis ueteribus man&:ne quod ĩsolẽs uerbũ: ne audacius trãslatũ:ne aut obsoleta uetustate:aut poetica licẽtia sũptũ in principio deprehendat᷑. Nondum enĩ recepti sumus:& custodit nos recens audientium intentio:magis conciliatis animis & iam calentibus hæc libertas feretur:maximeq; cum in locos fuerimus ingressi:quorum naturalis ubertas licentiam uerbi notari circũfuso nitore non patitur. Nec argumentis autem:nec locis:nec narrationi similis esse in ꝓœmio deb& oratio. Nec tamen deducta semper atq; circũlata:sed sæpe sĩplici ac inellaboratæ similis:nec uerbis uultuque nimia promittens. Dissimulata enim & ut græci dicunt actio melius sæpe surrepit. Sed hæc prout formari animum iudicũ expediet. Turbari memoria uel continuandi uerba facultate destitui:nusq̃ turpius:cum uitiosum procœmiũ possit uideri cicatricosa facies: & pessimus certe gubernator: qui nauem dum portum egreditur impegit. Modus autem principii ꝓ causa. Nam breuius simplices:longius perplexæ suspectæq;:& ĩfames desiderant. Ridendi uero qui uelut leges ꝓœmiis omnibus dederunt:ut intra quattuor sensus terminarentur. Nec minus euitanda est ĩmodica eius longitudo:ne in caput excreuisse uideatur:& quo præparari debet fatiget Sermonem a persona iudicis auersum:q dicit᷑. quidam in totum a procœmio summouent:nonnulla quidem in hanc persuasionem ratione ducti. Nã prorsus esse hoc magis secundum naturam confitendum est:ut eos alloquamur potissimum:quos cõciliare nobis studemus. Interĩ tamẽ & est hoc procœmio necessarius sẽsus aliq̃s: & is acrior fit atq; uehementior ad personam directus alterius. Quod si accidat:quo iure aut quanta superstitione prohibemur dare hanc figurã sententiæ uires?nec enim istud scriptores artium:non quia nõ liceat: sed quia non putant utile:uetant. Ita si uinc& utilitas propter eandem causam facere debemus propter quam uetamur. Et Demosthenes autẽ ad Eschynem orationem in procœmio cõuertit. Et. M. Tullius tum pro aliis quibusdam: ad quos ei uisum est:tum pro Ligario ad Tuberonẽ. Nam erit multo futura languidior si ess& aliter figurata:quod facilius cognosc& si quis illam totam partẽ uehemẽtissimam:cuius hæc forma est: Habes igitur Tubero:quod est accusatori maxime optandum:& cætera conuertat ad iudicem:tum uero enim uere auersa uideatur oratio: & languescat uis omnis dicentibus nobis. Habet igitur Tubero:quod ẽ accusatori maxime optandum. illo enim modo pressit atq; institit:hoc tantum indicass&:quod idem in Demosthenem:si flexũ illi mutaueris: accidet. Quid non Salustius directo ad Ciceronẽ:in quem ipsũ dicebat:

usus est principio:& quidem protinus. Grauiter & iiquo aio maledicta tua paterer. M. Tulli. Sicut & Cicero fecerat in Catilinam: quousq; tādē abutere patientia nostra? ac nequis apostrophen miretur ipse Cicero pro Scauro ambitus reo: quæ causa est in cōmentariis. Nam bis eūdem defēdit: ꝓsopopeia loquētis: pro reo utitur: pro Rabirio uero posthumo: eodemq; Scauro reo repetundarū etiam exemplis: pro Cluentio: ut mō ostendi: partitione. Non tamen hæc quia possunt bene aliquando fieri passim facienda sunt: sed quotiens præceptum uicerit ratio: quomodo & similitudine dum breui & translatione atq; aliis tropis: quæ omnia cauti illi ac diligentes prohibent: utemur. Interī nisi cui illa diuina pro Ligario ironia: de qua paulo ante dixeram displic&. Alia exordiorum uitia uerius tradiderūt: quod ī plures causas accōmodari potest: uulgare dicit̄ id minus fauorabile: aliquando tamen non inutiliter assumimus a magnis sæpe oratoribus non euitatū. Quo & aduersarius uti potest: commune appellat̄: quod aduersarius in suā utilitatem deflectere pōt. cōmutabile: quod causæ non cohær&. separatū: quod aliunde trahitur: translatum. Præterea quod longum: quod contra præcepta est: quorum pleraq; non principii modo sunt uitia: sed totius orationis. Hæc de procemio quotiens erit usus: nō semper autē ē. Nā & superuacuū aliq̄ndo est: ut sit præparatus: satis etiam sine hoc iudex: aut si res̄ præparatione non eget. Aristoteles quidem ī totum id necessariū apud bonos iudices negat: aliquando tamen uti: nec si uelimus eo lic&: cum iudex occupatus: cum angusta sūt tēpora: cum maior potestas ab ipsa re cogit īcipe. Contraq; est interim procemii uis etiā non in exordio. Nam iudices & ī narratione nonnunq̄ & in argumentis ut attendant: & ut faueant rogamus. Quo prodicus uelut dormitātes eos excitari putabat: quale est cū .C. Varenus: qui a familia anchariana occisus ē: hoc quæso iudices diligenter attendite. Vtiq; si multiplex causa est: sua quibusq; partibus danda: præfatio est: ut audire nunc reliqua: & transeo nunc illuc. Sed in ipsis probationibus multa funguntur procemii uice: ut facit Cicero pro Cluentio: dicturus contra censores: pro Murena cum Seruio se excusat. Verum id frequentius est q̄ ut exemplo confirmandum sit. Quotiens autem procemio fuerimus usi: tum siue ad expositionem transibimus: siue protinus ad probationem id debebit in prīcipio postremū esse: cui cōmodissime iūgi initium consequentium. Illa uero frigida & puerilis est in scholis affectio: ut ipse transitus efficiat aliquā utiq; sententiam. Et huius uelut præstigiæ plausum petat: ut Ouidius lasciuire in methamorphosi sol&: quem tamen excusare necessitas potest: res diuersissīas in speciem unius corporis colligentē: oratori uero qd est necesse surripe

hanc transgressionem & iudicem fallere: qui ut ordini rerum animum intendat: etiam commonendus est. peribit enī prima pars expositionis si iudex nondum narrari sciet. Qua propter ut non abrupte cadere in narrationem: ita non obscure transcendere est optimum. Si uero lōgior sequet̃: ac perplexa magis expositio: ad eam ipsam præparandus iudex erit: ut Cicero sæpius: sed hoc loco fecit paulo lōgius exordiū rei demō- strandæ gr̃a: repetā quod quæso iudices ne moleste patiamini. Prīcipiis enī cognitis multo facilius extrema intelligetis. Hæc mihi fere sunt de exordio comperta.

MAxime naturale est: & fieri frequentissime debet: ut præparato per hæc quæ dicta sunt iudice res de qua pronunciaturus est indicet̃. Ea est narratio in qua sciens transcurram subtiles nimium diuisiones quorūdam. plura eius genera facientium. Non enim solam uolunt esse illam negocii: de quo apud iudices quæritur: expositionem: sed personæ ut. M. Atilius palicanus humili loco picens magis loquax q̃ facundus. loci: ut oppidum est in hellesponto lapsacum iudices. temporis: ut uere nouo gelidus canis cum mōtibus humor liquit̃. causa℞ q̄bus historici frequentissime utunt̃: cum exponunt: unde bellum: seditio: pestilentia: præter hæc: alias perfectas: alias imperfectas uocant: quod q̄s ignorat? Adiiciūt expositionem & præteritorum esse temporum: quæ est frequē- tissima: & præsētiū: qualis ē Cicerōis de discursu amico℞: Chrysogonus postq̃ est nominatus & futurorum quæ solis dari uaticinātibus potest. Nam non est habenda narratio: sed nos potioribus ua- cemus. Pleriq; semꝑ narrandum putauerunt: quod falsū esse coarguit̃. Sunt enim ante oīa quædam tam breues causæ: ut ꝓpositionē potius habeant q̃ narrationem. Id accidit aliquādo utriq; parti: cum uel nulla expositio est: uel de re constat: de iure quæritur: ut apud centumuiros: filius an frater debeat esse intestati hæres: pubertas annis an hītu corpo- ris æstimetur: aut cum est quidem iure narrationi locus: sed aut ante iudici nota sunt omnia: aut priore loco recte exposita. accidit aliquādo alteri: & sæpius ad actorē causæ: uel quia satis est ꝓponere: uel quia sic magis expedit: satis est dixisse certam creditā pecuniam: peto ex stipu- latione: legatum: peto ex testamento: diuersæ partis expositio est: cur ea non debeat̃: & satis est actori: & magis expedit sic indicare: dico ab Ho- ratio sororem suam interfectam. Nanq; & cum ꝓpositiōe iudex crimē omne cognoscit: & ordo & cū causa facti pro aduersario magis est: reus contra tunc narrationē subtrahit: & cum id quod obiicitur: nec negari nec excusari potest: sed in sola iuris quæstione consistit: ut in eum qui cum pecuniam priuatam ex æde sacra surripuit: sacrilegii reus est:

confessio uerecundior est q̄ expositio:non negamus pecuniā de templo esse sublatam:calumniatur tamen accusator actione sacrilegii:cum priuata fuerit non sacra:uos autem de hoc cognoscitis:an sacrilegium sit admissum. Sed ut has aliquando non narrandi causas puto:sic ab illis dissentio:qui non esse narrandum existiment:cum reus quod obiicitur tantum negat. In qua est opinione Cornelius Celsus:q cōditiōis huius esse arbitratur plerasq; cædis causas:& omnes ambitus ac repetūdarū. Non enim putat esse narrationem:nisi quæ summam criminis:de quo iudicium est:contin&. Deinde fatetur ipse pro Rabirio posthumo narrasse Ciceronem:atq; ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam: qua de re erat quæstio constituta. Et in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autem magnos alioquin secutus auctores duas esse in iudicus narrationum species existimo:alteram ipsius causæ:alterā rerum ad causam pertinentiū expositione:nō occidi hominem. nulla narratio est. conuenit. Sed erit aliqua & īterim etiam longa circa argumēta eius criminis de ante acta uita:de causis ꝓpter quas innocens in periculum deducatur:aliis quibus īcredibile id quod obiicit fiat. nec enī accusator hoc tantum dicit occidisti:sed quibus id probat narrat:ut in tragœdiis: cū Teucer Vlyxem reum facit Aiacis occisi:dicens inuentum eum ī solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento:non id mō Vlyxes respōd&:nō esse a se id facinus admissū:sed sibi nullas cū Aiace inimicitias fuisse:de laude inter ipsos certatū. Deinde subiūgit quomō in eam solitudinem uenerit:iacentem exanimem sic cōspicatus:gladiū e uulnere extraxerit:his subtexitur argumentatio. Sed ne illud quidem sine narratiōe est dicēte accusatore:fuisti in eo loco ī quo tuus īimicus occisus est:non fui:dicendum enim ubi fuerit. Quare ambitus quoque causæ & repetundarum:hoc etiam plures eiusmodi narrationes habere poterunt:quo plura crimina. In quibus ipsa quidem neganda sunt:sed argumentis expositione contraria resistendum:& īterdū singulis:īterdū uniuersis:an reus ambitus male narrabit:quos parētes habuerit:quemadmodum ipse uixerit:quibus meritis fretus ad petitionem descēderit: aut qui repetundarum īsimulabitur. Nōne ante actam uitam:& qbus de causis per prouīciam uniuersam uel accusatorem aut testē offēderit: non inutiliter expon&:quæ si narratio nō est:ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima:cuius est initium. A. Cluentius habitus:nihil enī hic de ueneficio:sed de causis:qbus ei mater īimica sit:dicit. Ille quoq; sunt pertinentes ad causam:sed nō ipsius causæ narrationes:uel exēpli grā:ut in Verrem de. L. Domitio:qui pastorem:q̄ is aprum quem ipsi muenari optulerat:exceptum esse a se uenabulo confessus ess&:in crucē

sustulit:uel excutiẽdi alicuius extrĩsecus criminis:ut ꝓ Rabirio posthu‐mo. Nam ut uentũ alexandriã est iudices:hæc una ratio a rege ꝓposita posthumo est seruandæ pecuniæ:si curationem & quasi dispensationẽ regiã suscepisset.uel augendi ut describit̃ iter Verris:ficta ĩterĩ narratio introduci sol&:uel ad concitandos iudices:ut pro Roscio cõtra Chryso‐gonũ:cuius paulo ante habui mentionẽ:uel ad soluẽdos aliq̃ urbaĩtate: ut ꝓ Cluentio contra frẽs Cepasios:interdum ꝑ digressionẽ decoris grã: qualis rursus in Verrẽ de ꝓserpina.in his quodã locis mater filiã quæ‐sisse dicit̃. Quæ omnia eo ꝑtinẽt ut appareat:nõ utiq; nõ narrare eũ q negat:sed illud ipsũ narrare quod negat:nec hoc qdẽ simpliciter accipi‐endũ:quod ẽ a me positum:supuacuã esse narrationẽ rei:quam iudex nouerit.Quod sic ĩtelligi uolo:si nõ mõ factũ qd sit sciet:sed ita factũ etiã ut nobis expedit opinabit̃. Neq; enĩ narratio in hoc repta est:ut tã‐tũ cognoscat iudex:sed aliq̃ndo magis ut cõsẽtiat.Quare etiã si nõ erit docẽdus:sed aliquo mõ afficiẽdus narrabiũs cũ præparatione q̃dã:scire qdẽ eũ in sũma qd actũ sit.Tamẽ rõnẽ quoq; facti cuiusq; cognoscere ne grauet̃. Interim ꝓpter aliquẽ in cõsilium adhibitũ nos repetere illa simulemus . Interim ut rei quæ ex aduerso ꝓponat̃ iniqtatẽ oẽs etiam circũstantes intelligant.In quo genere plurimis figuris erit uarianda ex‐positio ad effugiendũ tediũ:cum sint nota audienti:sicut meministi:et fortasse supuacuũ fuerit hic cõmorari.Sed qa ego diutius cũ tu optime noris:illud q̃le sit tu scias:& his similia:alioqn si apud iudicẽ cui nota causa est:narratio sẽp uidet̃ supuacua:põt uideri nõ sẽp esse etiam ipsa actio necessaria.Alteꝝ est de quo frequentius quærit̃:an sit utiq; narra‐ratio ꝓœmio subiicienda.Quod q opinantur:nõ possunt uideri nulla narratiõe ducti. Nã cũ ꝓœmiũ iccirco cõparatum sit:ut iudex ad rem accipiendã fiat cõciliatior:docilior:& intẽtior:&ꝓbatio nisi causa prius cognita nõ possit adhiberi:ꝓtinus iudex notitia reꝝ instruendus uidet̃. Sed hoc quoq; interdũ mutat conditio causaꝝ:nisi forte.M.Tullius in orõe pulcherrima:quã ꝓ Milõe scriptã reliqt:male distulisse narrationẽ uidet̃:tribus præpositis quæstionibus:aut ꝓfuiss& exponere quomodo insidias Miloni feciss& Clodius:si reũ q a se hominem occisũ fateret̃: defendi omnino fas nõ fuiss&:aut si iã præiudicatiõe senatus dãnatus ess& Milo:aut si.Cn.Põpeius q ꝓpter aliquã grãm iudiciũ militibus armatis clauserat:tãq̃ aduersus existimaret̃. Ergo hæ quoq; quæstiones uim ꝓœmii optinebunt:cũ oẽs iudicẽ præparauerint.Sed aliter pro.L. Mũrena quoq; postea narrauit:cũ obiecta diluit:quod fiet utiliter quo‐tiens nõ crimen nõ repellẽdum tantum:sed etiã trãsferendum erit:ut prius iis defensis uelut initium sit aliũ culpandi narratio:ut in armoꝝ

rõe ãtiqor cauẽdi q̃ ictũ inferendi cura eſt. Erũt quædã cauſæ: nec id raro crimini qdẽ de quo cognitũ eſt faciles ad diluendũ: ſed multis ante actæ uitæ flagitiis & grauibus criminibus oneratæ: quæ prius amouẽda ſũt: ut ꝓpitius iudex defẽſionẽ ipſius negocii: cuius ꝓpria quæſtio: audiat: ut ſi defẽdẽdus ẽ. M. Cælius. nõne optĩe patronus occurrat prius cõuitiis: luxuriæ: petulantiæ: ĩpudẽtiæ q̃ ueneficiis: ĩ qbus ſolis oĩs Ciceroĩs uerſat̃ oꝛo. Deĩde cũ narr& de bonis paulatĩ: totãq; deĩde explic& cauſã: quæ ẽ ipſius actiõe defẽſa. Sed nos ducit ſcholaꝝ cõſuetudo: in qbus certa quædam ponunt̃ quæ themata diciũs: præter quæ nihil ẽ diluẽdũ. Ideoq; narratio ꝓœmio ſẽp ſubiungit̃: inde libertas declamatoribus: ut etiã ſecundo partis ſuæ loco narrare uideãt̃. Nã cum ꝑ petitore dicũt & expoſitiõe: tanq̃ priores agãt: uti ſolẽt & cõtradictiõe: tãq̃ reſpõdeant: idq; fit nõ recte. Nã cũ ſit declamatio forenſium actionum meditatio: cur nõ utrũq; ꝑtinus locum exerceãt̃? cuius rõis ignari ex more: cui aſſuert̃: nihil in foro putãt eſſe mutandum. Sed in ſcholaſticis quoq; nõnũq̃ euenit: ut ꝑ narratiõe ſit ꝓpoſitio. Nã qd expon& quæ zelotypum male tractatiõis accuſat: aut q cynicum apud cẽſores reum de moribus facit: cũ totum crimẽ uno uerbo in q̃lib& actiõis parte ꝓpoſito ſatis indicet̃? Sed hæc hactenus. Nũc quæ ſit ratio narrandi ſubiungã. Narratio eſt rei factæ aut nõ factæ utilis ad perſuadẽdum expoſitio: uel ut Apollodorus finit: oꝛo docẽs auditorẽ qd in cõtrouerſia ſit. Eã pleriq; ſcriptores maxĩe q ſunt ab Iſocrate uolunt eſſe lucidam: breuẽ: uериſimilẽ. nec enĩ refert an ꝓ lucida ꝑſpicuã: ꝓ ueriſimili probabilem credibilem ue dicamus. Eadem nobis plac& diuiſio: q̃q̃ Ariſtoteles ab Iſocrate parte in una diſſenſerit: præceptum breuitatis irridẽs: tanq̃ neceſſe ſit: lõgam aut breuem expoſitionem: nec liceat ire ꝑ mediũ. Theodorei quoq; ſolam relinquunt ultimã partem: qa nec breuiter utiq;: nec dilucide ſemꝑ ſit utile exponere: quo diligentius diſtinguenda ſunt ſingula: ut qd quoq; loco proſit oſtendam. Narratio eſt aut tota pro nobis: aut tota pro aduerſariis: aut mixta ex utriſq;. Si erit tota pro nobis: contenti ſimus tribus partibus: ꝑ q̃s efficit̃ quo iudex facilius intelligat: meminerit: credat: nec q̃ſq̃ reprehenſiõe dignum put&: ꝙ propoſuerĩ: eã quæ ſit tota pro nobis debere eſſe ueriſimilem: cum uera ſit. Sunt enim plurima uera qdem: ſed paꝝ credibilia: ſicut falſa quoq; frequenter ueriſimilia. Quare nõ minus laborandum eſt: ut iudex quæ uera dicimus q̃ quæ fĩgimus credat. Sunt qdem hæ q̃s ſupra rettuli: uirtutes aliaꝝ quoq; partium. Nam & ꝑ totam actionẽ uitanda eſt obſcuritas: & modus ubiq; cuſtodiendus: & credibilia eſſe oport& oĩa quæ dicunt̃. Maxime tamen hæc in ea parte cuſtodienda ſunt: quæ prima iudicem doc&: in qua ſi acciderit: ut aut non intelligat: aut nõ meminerit: aut nõ credat: fruſtra in

reliquis laborabimus. Erit autem narratio aperta atq; dilucida: si fuerit primum exposita uerbis propriis & significãtibus: & non sordidis quidem: non tamen exquisitis & ab usu remotis: tũ distincta rebus: psonis: tẽporibus: locis: causis: ipsa etiam pronunciatione in hoc accõmodata: ut iudex quæ dicunt: q̃ facillime accipiat. Quæ quidem uirtus negligit a plurimis: qui ad clamorem dispositæ: uel etiam forte circũfusæ multitudinis compositi: non fecerunt illud intentionis silentium: nec sibi diserti uidentur: nisi omnia tumultu ac uociferatione concusserint. rem indicare sermonis quotidiani: & in quẽcunque etiã indoctorum cadentis esse existimant: cum interim quod tanq̃ facile contemnunt: nescias præstare uelint minus an possint. Neque enim aliud in eloquẽtia cũcta experti difficilius reperient: q̃ id quod se dicturos fuisse omnes putant: postq̃ audierunt: quia non bona iudicant esse illa: sed uera. Tum autẽ optime dicit orator cum uidetur uera dicere. At nũc uelut campũ nacti expositionis hic potissimum: & uocem flectunt: & ceruicem reponunt: & brachium in latus iactant: totoq; & rerum & uerborum & compositionis genere lasciuiunt. deinde quod sit monstro simile: plac& actio. causa non ĩtelligitur. Verum hoc omittamus: ne minus gratiæ præcipiendo recta q̃ offensæ reprehendendo praua mereamur. Breuis erit narratio ante omnia si inde cœperimus rem exponere unde ad iudicẽ ptin&. Deinde si nihil extra causam dixerimus: tum etiam si reciderimus oĩa: quibus sublatis nec cognitioni quicq̃: nec utilitati detrahatur. Sol& enĩ esse quædam partium breuitas: quæ longam tamen efficit summam: in portum ueni: nauim prospexi: quanti ueher& interrogaui: de precio cõueni: conscendi: sublatæ sunt anchoræ. soluimus: oram ꝓuecti sumus: nihil horum dici celerius potest: sed sufficit dicere: e portu nauigaui: & quotiens exitus rei satis ostendit priora: debemus hoc esse contenti: quo reliquã intelliguntur. Quare cum dicere liceat: est mihi filius iuuenis: omnia illa superuacua: cupidus ego liberoꝝ uxorem duxi: natũ sustuli: filium educaui: in adolescentiam perduxi: ideoq; græcorum aliq aliud circũcisam expositionem: idest aliud breuem putauerunt: quod illa superuacuis carer&: hæc poss& aliquid ex necessariis desiderare. Nos autem breuitatem in hoc ponimus: non ut minus: sed ne plus dicatur q̃ oporteat. Nam iterationes quidem et & quas in narratione uitandas quidam scriptores artiũ tradiderunt: transeo. Sunt enim hæc uitia nõ tantum breuitatis gratia fugienda. Non minus autẽ cauenda erit: q̃ nimium corripientes omnia sequitur: obscuritas. Satiusq; est aliquid narrationi superesse q̃ deesse. Nã superuacua cum tedio dicũtur: necessaria cum periculo subtrahuntur.

Quare uitanda etiam illa salustiana: q̄q̄ in ipso uirtutis optin& locum: breuitas: & abruptum sermonis genus: quod ociosum fortasse lectorem minus fallit: audientem trāsuolat: nec dum repetatur expectat: cū præsertim lector non fere sit nisi eruditus: iudicem rura plerūq; in decurias mittant de eo pronunciaturum: quod intellexerit: ut fortasse ubique: ī narratione tamen præcipue media hæc tenenda sit uia dicendi: quantū opus est: quantum satis est: quantum opus est autem: non ita solū accipi uolo quantum ad indicandū sufficit: quia non inornata deb& esse breuitas: alioquin sit indocta. nam & fallit uoluptas & minus lōga quæ delectant uidentur: ut amœnum ac molle iter etiam si ē spacii āplioris minus fatigat q̄ durum arduumq; compēdium. Nec enī mihi unq̄ tāta fuerit cura breuitatis: ut non ea quæ credibilem faciunt expositionem: inseri uelim. simplex enim et undiq; præcisa non tam narratio potest uocari q̄ cōfusio. Sūt porro multæ: conditione ipsa rei lōgæ: narratiōes: quibus extrema ut præcipi procemii parte ad intentionē præparandus ē iudex. deinde curandū: ut omni arte uel ex spacio eius detrahamus aliquid: uel ex tedio: ut minus longa sit: efficiamus. quæ poterimus differēdo: non tamen sine mentione eorum quæ differemus. Quas causas occidendi habuerit: quos assumpserit conscios: quēadmodum disposuerit insidias probationis loco dicam. Quædam uero ex ordīe prætermittēda quale est apud Ciceronem moritur fulcinus. multa enim quæ sunt in re quia remota sunt a causa: prætermittam. At partitio tedium leuat: dicā quæ acta sint ante ipsum rei cōtractum: dicā quæ in re ipsa: dicam quæ postea. Ita tres potius modicæ uidebuntur narrationes: q̄ una longa. Interim expediet expositiones breui īterfatione distinguere. audistis quæ ante acta sunt: accipite nunc quæ insequunt̄. reficietur enī iudex priorꝶ fine: & se uelut ad nouum rursus ītitium præparabit. Si tamē adhibitis quoq; his artibus in longum exierit ordo rerum erit non inutilis in extrema parte commonitio: quod Cicero etiam in breui narratione facit: adhuc Cæsar. Qu. Ligarius omni culpa car&: domo est egressus: nō mō nullum ad bellum: sed ne ad minimam quidem belli suspicionem & cætera. Credibilis autem erit narratio ante omīa: si prius cōsuluerimus nostrum animum ne quid naturæ dicamus aduersum. Deīde si causas ac rationes factis præposuerimus non omnibus: sed de quibus quærit̄. Si personas conuenientes his quæ facta credi uolemus constituerimus: ut furti reum cupidum: adulterū libidinosum: homicidā: temerarium: uel contra si defendemus: præterea loca & tempora & similia. Est autē quidam etiam ductus rei credibilis: qualis ī comœdiis etiā & in mimis. aliq̄ enī naturaliter sequuntur & cohærent: ut si bene priora narraueris:

iudex ipſe:quod poſtea ſis narraturus expect&. Ne illud quidé fuerit inutile:ſemina quædam probationum ſpargere:uerum ſic ut narratio/nem eſſe meminerimus:non probationem:nonnunq̄ etiam tamé argu/mento aliquo confirmabimus: quod ꝓpoſuerimus:ſed ſĩplici & breui: ut in ueneficiis:ſanus bibit:ſtatim concidit:liuor ac tumor confeſtim é conſecutus. Hoc faciunt & illæ præparationes:cū reus dicitur robuſtus: armatus contra infirmos:inermes:ſecuros. Omnia deniq; quæ ꝓbatiõe tractaturi ſumus perſonam:cauſam:locum:tpūs:īſtrumétū:occaſioné narratione delibabimus. Aliquando ſi deſtituti fuerimus his:fatebimur uix eſſe credibile:ſed uerum & hoc maius habendum ſcelus. neſcire nos quomodo factum ſit:aut quare mirari:ſed probaturos. Optimæ uero præparationes erunt quæ latuerint:ut a Cicerone:ſunt qdem utiliſſime omnia prædicta:per quæ Miloni Clodius: non Clodio Milo inſidiatus eſſe uideatur. Plurimum tamen facit illa callidiſſima ſĩplicitatis imita/tio. Milo autem cū in ſenatu fuiſſ& eo die quoad ſenatus eſt dimiſſus: domum uenit:calceos & ueſtimenta mutauit:pauliſper dum ſe uxor ut fit comparat:cõmoratus eſt. q̄ nihil præparato:nihil feſtinato feciſſe uidetur Milo:quod non ſolum rebus ipſis uir eloquentiſſimus:quibus moras & lentum profectionis ordinem ducit:ſed uerbis etiam uulgari/bus & quotidianis:& arte occulta cõſecutus eſt:quæ ſi aliter dicta eſſēt: ſtrepitu ipſum iudicem:deinde patronum excitaſſ&. Frigida uidentur iſta pleriſq;:ſed hoc ipſum manifeſtum:quomodo iudicem fefellerint: quod uix a lectore deprehenditur. Hæc ſunt quæ credibilem faciant ex/poſitioné:nam ne cõtraria aut ſibi repugnantia in narratiõe dicamus: ſicui præcipiendum eſt:is æque fruſtra docetur:etiā ſi quidā ſcriptores artium hoc quoque tanq̄ occultum & a ſe prudenter erutum tradunt. His tribus narrandi uirtutibus adiiciunt quidam ma[illegible]entiam:quā uocant:quæ neque in omne[illegible]auſas cadit(nam quid ī pleriſque iudiciis priuatis de re certa:credita:locata:& cõducta: interdictis habere loci poteſt:ſupra modum ſe tollens oratio?)nec ſép é utilis:ut uel miloniano exemplo pat&. Et meminerimus multas eſſe cauſas:in quibus confitendum:excuſandum:ſubmittendum ſit:quod exponimus:qbus omnibus aliena eſt illa magnificentiæ uirtus. Quare non magis proprium narrationis eſt magnifice dicere:q̄ miſerabiliter: inuidioſe:grauiter:dulciter:urbane:quæ cum ſuo loco ſint laudabilia: non ſunt huic parti proprie aſſignata:& uelut dedita. Illa quoque ut narrationi:ita cum cæteris partibus cõmunis eſt uirtus:quā Theodectes huic uni proprie dedit:non enim magnificam modo uult eſſe:uerum etiam iucundam expoſitionem. Sunt qui adiiciant his euidentiā:quæ

græce uocatur. Nec ego quenq̃ deceperim: ut dissimu/
lem Ciceroni quoque plures partes placere. Nam præterq̃ planam &
breuem & credibilem uult esse euidentem: moratam cum dignitate. Sed
in oratione morata debent esse omnia cum dignitate quæ potuerunt:
euidentia. In narratione quantum ego ĩtelligo ẽ quidem magna uirtus:
cum quid ueri non dicendum: sed quodammodo etiam ostendendum
est. Sed subiici ꝓspicuitati potest: quam quidam etiam contrariam
interim putauerunt: quia in quibusdam causis obscuranda ueritas est:
quod est ridiculum. Nam qui obscurare uult: narrat falsa pro ueris: &
iis quæ narrat debet laborare: ut uideantur q̃ euidentissima. Sed q̃tenus
etiã forte q̃dã ꝑuenimus ad difficilius narrationũ genus: iã de his loqua/
mur: in q̃bus res cõtra nos erit: quo loco nõnulli prætereundã narrationẽ
putauerũt. Et sane nihil ẽ facilius nisi ꝓrsus totã causã omnino nõ agere.
Sed si aliqua iusta ratione susceperis litem: cuius artis est malam esse
causam silentio confiteri: nisi forte tam hebes futurus est iudex: ut se/
cundum id pronunciet: quod sciet narrare te noluisse. Neque inficias eo
in narratione: ut aliqua neganda: aliqua adiicienda: aliqua mutanda:
sicut aliqua etiam tacenda. Sed tacenda quæ tacere oportebit & liberũ
erit: quod fit nonnunq̃ breuitatis quoque gratia: quale illud est: respõ/
dit: quæ ei uisum est. Distinguamus igitur genera causarum. nanq; in
quibus non de culpa quæritur: sed de actione etiam: si erunt contra nos
themata: cõfiteri nobis licebit. pecuniam de templo sustulit: sed priua/
tam: non ideo sacrilegus est. uirginem rapuit: non tamen optio patri
dabitur. ingenuum stuprauit: & stupratus se suspendit: nõ tamen ideo
stuprator capite ut mortis causa puniatur: sed decem milia: quæ pœna
stupratori constituta est dabit. Verum in his quoque confessionibus ẽ
aliquid qu[illegible]uidia: quam expositio aduersarii fecit: detrahi possit:
cum eti[illegible]ostri de peccatis suis mollius loquantur. Quædam
enim [illegible] non narrantes mitigabimus: non quidem ut aduersarius di/
cit: consilium furti in templo attulit: nec diu captauit eius rei tempus:
sed occasione & absentia custodum corruptus: & pecunia: quæ nimirũ
in animis hominum potest: uictus est. Sed quid refert: peccauit: & fur
est: nihil attinet id defendere: cuius pœnam non recusamus. Interdum
quasi damnemus ipsi: ut sic dicam uino impulsum: errore lapsum: no/
cte deceptum: uera sunt ista fortasse: tu tamen ingenuum stuprasti: sol/
ues decem. M. nonnunq̃ propositione præmuniri potest causa: & deĩde
exponi. Contraria sunt omnia tribus filiis: q in mortẽ patris cõiurarãt:
sortiti noctem singuli per ordinem cum ferro cubiculum intrauerunt
patre dormiente: cum occidere eum nemo potuiss&: excitato omnia

indicauerunt. Si tamen pater qui diuisit patrimoniū:& reos parricidii defendit:sic agat. Quod contra legem sufficit parricidium obiicitur iuuenibus:quorum pater uiuit:atque etiam liberis suis adest. Ordinem rei narrare quidem mihi necesse est:cum ad legem nihil pertineat. Sed si confessionem culpæ meæ exigitis:ego fui pater durus:& patrimonii: quod iam melius ab his administrari poterat tenax custos. deīde subiicitur stimulatos ab iis:quorum indulgentiores parentes erant:semper tamen eum habuisse animum:qui sit euentu deprehensus:ut occidere patrem non possent. Nec enim iureiurādo opus fuiss&:si alioquin hoc mentis habuissent:nec forte nisi quod se quisque eximi uoluerit:omīa hæc qualiacunque placidioribus animis accipientur. illa breui primæ propositionis defensione mollita. At cum quæritur an factum sit:uel quale factum sit:licet omnia contra nos sint:quomodo tamen euitare expositionem salua causa ratione possumus? narrauit accusator:nec ita ut quæque essent acta tantum indicar&:sed adiecit inuidiam:rē uerbis exasperauit:accesserunt probationes: peroratio incendit:& plenos iræ reliquit. Expectat naturaliter iudex quid narretur a nobis:si nihil exponimus illa esse quæ aduersarius dixit:& talia qualia dixit:credat necesse est. Quid ergo eadem exponemus? Si de qualitate agetur:cuius tum demum quæstio est:cum de re constat:eadem. sed nō eodem modo:alias causas:aliā atq; aliā rationē dabo. Verbis eleuare quædam licebit:luxuria hilaritatis:auaritia parsimoniæ:negligentia simplicitatis nomine lenietur:uultu denique uoce habitu:uel fauoris aliquid:uel miserationis merebor. Sol& nonnunq̄ mouere lachrymas ipsa cōfessio:atq; ego libēter interrogem:sint illa defensuri quæ non narrauerint:nec ne. nam si nec defenderint:nec narrauerint:tota causa prodetur. At si defēsuri sūt: proponere certe plerunque id quod confirmaturi sumus oport&. Cur ergo non exponamus quod & dilui potest:& ut hoc conti[illegible] utique indicandum est:aut quid inter probationem & narrationem [illegible]rest? nisi q narratio est probationis continua ꝓpositio:rursus probatio narrationi congruens cōfirmatio. Videamus ergo:nū expositio hæc lōgior demum esse debeat:& paulo uerbosior præparatione:& quibusdam argumentis dico non argumentatione:cui tamen plurimū cōfert frequēs affirmatio:effecturos nos quidem dicimus. non posse uim reꝝ ostendi prima expositione:expectent:& opiniones suas differāt:& bene sperēt. Denique utique narrādum est:quicquid aliter q̄ aduersarius exposuit: narrari potest:aut eo etiā procemia sunt in his causis supuacua. Quæ quid magis agunt:q̄ ut cognitioni accommodatiorem iudicem faciāt? atque constabit nusq̄ eorum maiorem usum:q̄ ubi animus iudicis ab

aliqua contra nos insita opinione flectendus est. Coniecturales autem causæ in quibus de facto quæritur:non tam sæpe rei:de qua iudicium est:q̄ eorum per quæ res colligenda est:expositionem habent. Quæ cū accusator suspicioẽ narret:reus leuare suspicionem debeat:aliter ab hoc atque ab illo ad iudicem perferri oport&. At enim quædam argumẽta turba ualeant deducta leuiora sunt. Id quidem non eo pertin&:ut quæratur an narrandum:sed quomodo narrandū sit. Nam & cōgerere plura expositione quis prohibet:si id utile est causæ:& promittere:sed et diuidere narrationem: & probationes subiungere partibus: atque ita transire ad sequentia. nanque neque iis quidem accedo:qui semper eo putant ordine:quo quid actum sit esse narrandum:sed eo modo narrare quo expedit. Quod fieri pluribus figuris licet. Nam & aliquādo excidisse simulamus:cum quid utiliore loco reducimus:& interim nos reducturos reliquum ordinem testamur:quia sic futura sit causa lucidior. Interim re exposita subiungimus causas:quæ antecesserunt. Nec enim est una lex defensionis. Certumque est præscriptum:pro re:pro tẽpore intuenda:quæ prosint:atque ut erit uulnus:ita uel curādum protinus:uel si curatio differri potest:īterim deligandū. Nec dixerī sæpius narrare nefas: quod Cicero pro Cluentio fecit. Estque non concessum modo:sed aliquando etiā necessariū:ut in causis repetundarum oībus: quæ simplices non sunt:amentis est enim superstitione præceptorum contra rationem causæ trahi narrationem:ideo ante probatiōes ponere est institutum:ne iudex qua de re quæratur ignor&. Cur igitur si singula probanda aut refellenda erunt. non singula etiam narrentur? Me certe quantacunque nostris experimentis:habenda est fides:fecisse hoc ī foro quotiens ipsa desiderabat utilitas probantibus & eruditis:& iis qui iudicabant:scio & ꝙ non arroganter dixerim:quia sunt plurimi quibus cum egi qui me refellere possint:si mentiar:fere ponendæ a me causæ officium exigebatur. Neque ideo tamen non sæpius facere alias oportebit:ut rerum ordinem sequamur. Quædam uero etiam turpiter cōuertuntur:ut si peperisse narres:deinde concepisse:apertum testamentum deinde signatum. In quibus si id quod posterius est dixeris:de priore tacere optimum est. Sunt quædam & falsæ expositiones:quarum in foro duplex genus est:alteꝝ ꝙ instrumentis adiuuatur:ut. P. Clodius fiducia testium:qua nocte incæstum romæ commiserat: interannꝫ se fuisse dicebat:alterum quod est intuendum dicentis ingenio:id interī ad solam uerecundiam pertin&:unde etiam mihi uidetur dici color:interim ad quæstionem. Sed utrūque erit:prima sit curarum:ut id quod fingimus fieri possit. Deinde ut & ꝑsonæ & loco & tempori congruat:

& credibilem rationem:& ordinem habeat:si continget etiam ueræ alicui rei cohæreat:aut argumento quod sit in causa confirmetur. Nam quæ tota extra rem petita sunt:mentiendi licentiam produnt. Curādū præcipue quod fingentibus frequenter accidit:ne qua inter se pugnēt. Quædam enim partibus blandiuntur:sed in summam non cōsentiūt. Præterea ne iis quæ uera esse constabit:aduersa sint:in schola etiam ne color extra themata quæratur. Vtrobique autem orator meminisse debebit actione tota quid finxerit:quoniam solent excidere quæ falsa sūt: uerumque est illud quod uulgo dicitur:mēdacem memorem esse oportere. Sciamus autem si de nostro facto quæratur:unum nobis aliquid esse dicēdum:si de alieno mittere in plures suspiciones licere. Est tamē quibusdam scholasticis controuersiis:in quibus ponitur aliquem non respondere ad quæ interrogatur:libertas omnia enumerādi quæ respōderi potuissent:fingendo uero meminerimus ea quæ nō cadent in testē. Sunt autem quæ nostro dicuntur animo:cuius ipsi tantum conscii sumus. Item quod a defunctis:nec enim hoc est qui neget. Itemque ab eo cui idem expedi&:is enim non negabit:ab aduersario quoque:quia nō est habiturus in negādo fidem. Somniorum & superstitionum colores ipsa iam facilitate auctoritatem perdiderunt. Non est autē satis ī narratione uti coloribus:nisi per totam actionem consentiant:cum præsertī quorundam probatio sola sit in asseueratione & perseuerantia:ut ille parasitus:qui ter abdicatum a diuite iuuenem:& absolutum tanq̄ suū filium asserit. habebit quidem colorem:quo dicat & paupertatem sibi causam exponēdi fuisse:& ideo a se parasiti personam esse susceptam: quia in illa domo filium haber&:& ideo illū innocentem ter abdicatū: quia filius abdicantis non ess&:nisi tamen omnibus uerbis:& amorem patrium:atque hunc quidem ardentissimum ostenderit:& odium diuitis:& metum pro iuuene:quem periculose mansurum in illa domo:in qua tam inuisus sit:sciat:suspicione subiecti petitoris nō carebit. Euenit aliquando in scholasticis controuersiis:quod in foro an possit accidere dubito:ut eodem colore pars utraque utatur. Deinde eum pro se quisque defendat:ut in illa controuersia:uxor marito dixit:appellatam se de stupro a priuigno:& sibi cōstitutum tempus & locum:eadē cōtra filius detulit de nouerca:edito tamen alio tempore ac loco:quia pater in eo quem uxor prædixerat:filium inuenit:in eo quem filius:uxorem: illam repudiauit:quia tacente filium abdicat:nihil dici potest pro iuuene:quod non idem sit pro nouerca:ponentur tamē omnia communia. deinde ex personarū cōparatione:& indicii ordine:& silentio repudiatæ argumēta ducētur. Ne illud quidē ignorare oport& quædam esse:quæ

colorem non recipiant: sed tamen defendenda sint: qualis est ille diues: qui statuam pauperis inimici flagellis cecidit: reus est iniuriarum. Nã factum eius modestum esse nemo dixerit: fortasse ut sit tutum optinebit. Quod si pars expositionis pro nobis: pars contra nos erit: miscenda sit an separanda narratio: cum ipsa causæ cõditione deliberandum. Nã si plura sunt quæ nocent: quæ ꝓsunt obruentur. Ita nunc diuidere optimum erit: & iis quæ partem nostram adiuuabunt: expositis & cõfirmatis: aduersus reliqua uti remediis: de quibus supra dictum est. Si plura proderunt etiam coniungere licebit: ut quæ obstãt in medio uelut auxiliis nostris posita minus habeant uiriũ: quæ tamen non erunt nuda ponenda: sed ut & nostra aliqua argumentatiõe firmemus: & diuersa cur credibilia non sint adiiciamus: quia nisi distinxerimus: uerendum est: ne bona nostra permixtis malis inquinentur. Illa quoque de narratiõe præcipi solent: ne qua ex ea fiat excursio: ne auertatur a iudice sermo: ne alienæ personæ uocem demus: ne argumentemur: adiiciunt quidam etiam: ne utamur affectibus. quorum pleraque frequentissime custodienda: immo nunq̃ nisi ratio coegerit mutanda: ut sit expositio ꝑspicua & breuis: nihil quidem tam raro poterit habere rationem q̃ excursio: nec ũq̃ debebit esse nisi breuis: & talis: ut ui quadam uideamur affectus uelut recto itinere depulsi: qualis est Ciceronis circa nuptias Sasiæ. O mulieris scelus incredibile: & præter hanc unam in omni uita inauditum: o libidinem effrenatam & indomitam: o audaciam singularem: nonne timuisse si minus uim deorum hominumque famam: at illã ipsã noctẽ: facesque illas nuptiales: non limen cubili: non cubile filiæ: non parietes denique ipsos superiorum testes nuptiarum? Sermo uero auersus a iudice & breuius indicat interim: & arguit magis interim: qua de re idem quod de procemio dixeram: sentio sicut de prosopopeia quoque: qua tamen non Seruius modo Sulpitius utitur pro Aufidia somnõ: ne te languidũ an graui lethargo putem oppressum: Sed Marcus quoq; Tullius cõtra nauarchos. Nam ea quoque rei expositio est: ut ad eas tantum dabis & reliqua. Quid pro Cluentio Scaleni Bulbique colloquium: nõne ad celeritatem plurimum & fidem confert? Quæ ne se fecisse sine obseruantia quadam uideatur: q̃q̃ hoc in illo credibile non est: in partitionibus præcipit: ut habeat narratio suauitatẽ: admirationes: expectationes: exitus inopinatos: colloquia personarum: omnes affectus. argumentabimur ĩ narratione: ut dixi nunq̃: argumẽtum ponemus aliquando. Quod facit pro ligario Cicero: cum dicit sic eum prouinciæ præfuisse: ut illi pacem esse expedir&. Inferemus expositioni & breuem: cum res posc& defensionem & rationem factorum. Nec enim narrandum est tanq̃ testi: sed

tanq̃ patrono:rei ordo per se talis est.Q.Ligarius legatus in africam cũ C.Considio profectus est.Quid ergo Marcus Tullius.Q.n.inquit Ligarius:cum ess& adhuc nulla belli suspicio:legatus in africã cum.C.Considio profectus est.alibi.non modo nullum ad bellũ:sed ne ad minimã quidem suspicionem belli:& cum ess& indicatũ satis.Qu.Ligarius nullo se implicari negocio passus est adiecit:domum spectans:ad suos redire cupiens.Ita quod exponebat:& ratione fecit credibile:& affectus quoque impleuit. Quo magis miror eos qui non putant utendum in narratione affectibus:qui si hoc dicunt nõ diu:nec ut in epilogo mecũ sentiunt.Sũt enim effugiendæ moræ.cæterum:cur ego iudicem nolim cum ego doceo:etiam moueri?Cur quod in summa parte sum actionis petiturus:non in primo statim rerum ingressu:si fieri potest:conseq̃r? cum præsertim etiam in probationibus faciliore sim animo eius abusurus occupato:uel ira:uel miseratione.An non Marcus Tullius circa uerbera ciuis romani omnes breuissime mou& affectus:non solũ cõditiõe ipsius:loco iniuriæ:genere uerborum:sed animi quoque cõmendatiõe? summum enim uirum ostẽdit:qui cum uirgis cæderetur nõ ĩgemuerit: non rogauerit:sed tantum ciuem se romanum esse cum inuidia cædẽtis & fiducia iuris clamauerit. Quid Philodami casum?nonne cũ per totã expositionem incendit inuidia:tum in supplicio ipso lachrymis impleuit:cum flentes non tam narrar& q̃ ostender&:patrem de morte filii: filium de patris? Quid ulli epilogi possunt magis habere miserabile? Serum est enim aduocari his rebus affectum in peroratione:quas securus narrauerit.Assueuit illis iudex:iãque eas sine motu mentis accipit: quibus commotus nobis non est:& difficile est nobis mutare habitum animi semel constitutum.Ego uero(neque enim dissimulabo iudicium meum)q̃q̃ id quod sum dicturus exemplis magis q̃ præceptis ullis cõtinetur)narrationem ut si ullam partem orationis:omni qua põt gratia & uenere exornandam puto. Sed plurimum refert quæ sit natura eius rei quã exponimus.In paruis ergo quales sunt fere priuatæ:sit ille pressus:& uelut applicitus rei cultus:in uerbis sũma diligentia:quæ ĩ locis impetu feruntur:& circũiectæ orationis copia latent:hic expressa:& ut uult Zeno sensu tincta esse debebũt:compositio dissimulata quidem: sed tamen q̃iucundissima.figuræ non illæ poeticæ:& contra rationem loquẽdi auctoritate ueterum receptæ.Nam deb& esse q̃purissimus sermo:& qui a uarietate tedium effugiat:& mutationibus animum leu&: ne in eũdem casum similem expositionem:pares elocutionum tractus incidamus.car& enim cæteris lenociniis expositio:& nisi commẽdetur hac uenustate:iaceat necesse est:nec in ulla parte ĩtentior est iudex:eoq;

nihil recte dictum perit. Præterea nescio quomodo etiã facilius credit:
quæ audienti iucũda sunt:& uoluptate ad finẽ ducitur. Vbi uero maior
res erit:& atrocia:& inuidiosa:& tristia mirabiliter dicere decebit:non
ut consumatur affectus:sed ut tamen primis lineis designentur:ut pla-
ne qualis futura sit imago rei statim appareat. Ne sẽtentia quidẽ uelut
fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim:maxime
qdem breui iniectione:qualis est illa:fecerũt serui Milonis:quod suos
quisque seruos in re tali facere uoluissꝫ. Interim paulo liberiore:qualis
ẽ illa:nubit genero socrus:nullis auspicibus:nullis auctoribus:funestis
omnibus omnium:quod cum sit factum iis quoque temporibus:qbus
omnis ad utilitatem potius q̃ ad ostentationem componebatur oratio.
Et erant adhuc seueriora iudicia:quanto nunc faciundum magis:cum
in ipsa capitis aut fortunarum pericula irrupit uoluptas:cui homi-
num desiderio quantum dari debeat:alio loco dicam. Interĩ aliquid
indulgendum esse confiteor. Multum confert adiecta ueris credibilis
rerum imago:quæ uelut in rem præsentem perducere audientes uide-
tur:qualis est illa .M. Cælii in Antonium descriptio. nanque ipsum
offendunt temulento sopore profligatum:totis præcordiis stertentem:
ructuosos spiritus geminare:præclarasque contubernales ab omnibus
spondis transuersas incubare:& reliquas circũiacere passim quæ tamen
exanimatæ terrore hostiũ aduẽtu percepto excitare Antoniũ conabãt.
nomen inclamabant:frustra ceruicibus tollebant:blandius alia ad aurẽ
ĩuocabat:uehemẽtius etiã nõnulla feriebat:quarum cum omniũ uocẽ
tractumque noscitaret:proxime cuiusque collum amplexu petebat:nec
dormire excitatus:nec uigilare ebrius poterat:sed semisomno sopore
inter manus Centurionum concubinarumque iactabatur. nihil his nec
credibilius fingi:nec uehementius exprobrari:nec manifestius ostendi
potest. Ne id quidem præteribo:quantam afferat fidem expositiõi nar-
rantis auctoritas: quam mereri debemus ante omnia quidem uita:sed
& ipso genere orõnis. Quod quo fuerit grauius:sanctius:hoc plus hẽat
necesse est in affirmando quoqꝫ ponderis. Effugienda ergo in hac præci-
pue parte oĩs calliditatis suspicio:neqꝫ enĩ se usq̃ custodit magis iudex:
nihil uideatur fictum:nihil solicitum:omnia potius a causa:q̃ ab ora-
tore profecta credantur. Sed hoc pati non possumus:& perire artem pu-
tamus:nisi appareat cũ desinat ars esse. si apparet:pendemus ex laude:
atque hanc laboris nostri ducimus summam. Itaque circunstantibus
ostentare uolumus:iudicibus prodimus. Est quædam & repetita narra-
tio quæ dicitur:sane res declamatoria magis q̃ forẽsis.
Ideo autem reperta:ut quia narratio breuis debꝫ esse:fusius & ornatius

res poss& exponi:quod fit uel inuidiæ gratia uel miserationis . Id raro faciendum iudico:nec sic unq̄:ut totus ordo repetatur.lic& enim per partes idem consequi.Cæterum qui uti uol& narrationis rem loco stringat:& contentus indicare:quid factum sit:quo sit mō factum plenius se loco suo expositurum esse promittat.Initium narrationis quidam utique faciendum a persona putant:eamque si nr̄a sit: ornandam:si aliena infamandam statim.hoc sane frequentissimum ē: quia personæ sunt inter quas litigatur.Sed hæ quoque interim cū suis accidentibus ponendæ:cum id profuturum est:ut.A.Cluentius habitus fuit pater huiusce iudices homo nō solum municipii larinatis.Ex quo erat:sed regionis illius & uicinitatis uirtute æstimatione nobilitate prīceps.Interim sine his:ut.Q.Ligarius:cum ess&.frequenter uero & a re: sicut pro Tullio Cicero:fūdum hab& in agro turino.M.Tullius paternum Demosthenes pro Ctesifonte

De fine narrationis cum iis contentio est:qui perduci expositionem uolūt eo unde quæstio oritur.His rebus ita gestis.P.Dolobella prætor interdixit:ut est consuetudo de ui hominibus armatis sine ulla exceptione:tantum ut unde deiecisſ& restitueret.deinde restituisse dixit:sponsio facta est:hac de sponsione uobis iudicandum est.Id a petitore semper fieri potest:a defensore non semper.

DE Egressione.

ORdine ipso narrationē sequitur confirmatio.probanda sunt enī quæ propter hoc exposuimus.Sed priusq̄ ingrediar hanc partem: pauca mihi de quorundam opinione dicenda sunt.Plerisque moris est prolato rerum ordine protinus utique in aliquem lætum atq; plausibilem locum q̄maxime possint fauorabiliter excurrere.Quod qdē natum ab ostentatione,ad utilitatem litigatorum:sed ad patronorū iactationē repertum est:ne si pressæ illi qualis sæpius desideratur:narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit:dilatis diutius dicēdi uoluptatibus:oratio refrigescat.In quo uitium illud est:quod sine discrimine causarum atque utilitatis:hoc tāq̄ semper expediat:aut etiam necesse sit faciunt:eo ꝙ desumptas ex iis partibus: quaꝝ alius erat locus sententias in hāc congerunt.ut plurima:aut iterum dicenda sit: aut quia alia alieno modo dicta sunt:dici suo non possint.Ego autem confiteor hoc expaciandi genus non modo narrationi quidem:sed etiā quæstionibus:uel uniuersis:uel interim singulis opportune posse subiūgi:cum res postulat:aut certe permittit:atq; eo uel maxime illustrari ornarique orationem.Sed si cohær& & sequitur:non si per uim conet̄: & quæ natura iūcta erat distrahit.Nihil enī tā est cōsequēs q̄ narratiōi

Declamatoria ii in foro uer t
Postq agere causis non:

probatio:etsi excursus ille:uel quasi finis narrationis:uel q̄si initium probationis est. Erit ergo illi nonnunq̄ locus:ut si expositio circa finem atrox fuerit:prosequamur eam uelut spiritu erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit:si res dubitationem non habebit:alioquin prius est quod obiicias:uerum efficere q̄magnum:quia criminum inuidia pro reo est priusq̄ probatur. Difficillima est enim grauissimi cuiusque sceleris fides. Idem fieri non inutiliter potest:uti si merita in aduersarium aliqua exposueris:in ingratum inueharis:aut si uarietatem criminum narratione demonstraueris:quantum ab ea periculum intentetur ostendas. Verum hæc breuiter omnia. Iudex enim ordine audito festinat ad probationem:& q̄primum certus esse sententiæ cupit. Præterea cauendum est ne ipsa expositio uanescat:auersis ī aliud animis:& inani mora fatigatis. Sed ut non semper est necessaria post narrationem illa procursio:ita frequenter utilis ante quæstioné præparatio. Vtique si prima specie minus erit fauorabilis:si legem asperam tuebimur:aut pœnarias actiones inferemus. Est hic locus uelut sequétis exordii ad conciliandum probationibus nostris iudicem:mitigandum:concitandum. Quod liberius hic & uehemétius fieri potest:quia iudici causa iam nota est. His igitur uelut fomentis siquid erit asperum:præmollieũs:quo facilius aures iudicũ:quæ post dicturi erimus:admittāt:ne ius nostrum oderint:nihil enim facile persuadetur inuitis. Quo loco tamen iudicis quoque natura noscenda est: iuri magis an æquo sit appositus. Proinde enim magis aut minus hoc erit necessarium. Cæterum res eadem:& post quæstionem perorationis uice fungitur. Hanc parté

uocant græci:latini egressum uel egressionem. Sed hæ sunt plures ut dixi:quæ per totam causam uarios habent excursus: ut laus hominum locorumq;:ut descriptio regionum:expositio q̄rũdā rerum gestarum:sed etiam fabulosarum. Quo ex genere est ī orōnibus contra Verrem compositis:Siciliæ laus:Proserpinæ raptus:pro. C. Cornelio popularis illa uirtutum. Cn. Pompeii commemoratio:in quā ille diuinus orator uelut nomine ipso ducis cursus dicédi teneretᷣ:abrupto:quem incohauerat:sermone diuertit:acturum est: ut mea quidem fert opinio alicuius rei:sed ad utilitaté causæ ꝑtinétis extra ordinem excurrens tractatio. Qua propter non uideo cur hunc ei potissimum locum assignent:qui rerum ordinem sequitur:non magis q̄ illud:cur hoc nomen ita demum propriũ putent si aliquid ī digressu sit exponendum:cum tot modis a recto itinere declinet oratio. Nam quicquid dicitur præter illas quinque quas fecimus partes:egressio est: īdignatio:miseratio:inuidia:conuitiũ:excusatio:cōciliatio:maledictoꝝ

refutatio:similia his quæ non sunt in quæstione:omnis amplificatio:minutio:omne affectus genus:atque ea maxime iucundam & ornatam faciunt orationem.de luxuria:de auaritia:de religione:de officiis:quæ cum sint argumētis subiecta similium rerum:quia cohærent:egredi nō uidentur.Sed plurima sunt quæ rebus nihil secum cohærentibus inserantur:quibus iudex reficitur:admonetur:placatur:rogatur:laudatur.Innumerabilia sunt hæc:quorum alia sicut præparata afferimus:quædam ex occasione uel ex necessitate dicimus:siquid nobis agentibus noui accidit:interpellatio interuenientis alicuius tumultus.Vnde quoq; Ciceroni in prooemio cum dicer& pro Milone digredi fuit necesse:ut ipsa oratiuncula qua usus est pat&:poterit autem paulo longius exire qui præparat aliquid āte quæstionem:& qui finitæ probationi cōmēdatiōe adiicit:at qui ex media erumpit:cito ad id redire deb& unde diuertit.

DE Propositione & Recusatione.

SVnt qui narrationi propositionem subiungant tanq̄ partem iudicialis materiæ:cui opinioni respondimus.Mihi autē propositio uidetur omnis confirmationis initium: quod non modo ī ostendenda quæstione principali:sed nonnunq̄ etiam in singulis argumentis præponi sol&:maxīeq; in iis quæ uocantur. Sed nunc de priore loquimur:ea non semper uti necesse est:aliquando enī sine propositione aliqua quoque satis manifestum est:quid ī quæstiōe uersetur. Vtique si narratio ibi finem hab&:ubi initium quæstio:adeo ut aliquando subiungatur expositioni:quæ sol& in argumentis esse sūma collectio . Hæc sicut exposui ita gesta sunt iudices:insidiator superatus est:ui uicta uis:uel potius oppressa uirtute audacia est.Sed nōnūq̄ ualde utilis est:præcipue ubi res defendi non potest:& de fine quæritur:ut pro eo qui pecuniam priuatam de templo sustulit:sacrilegii agitur:de sacrilegio cognoscitis:ut iudex intelligat:id unū esse officii sui quærere:an id quod obiicitur sacrilegium sit.Item ī causis obscuris ac multiplicibus:nec semper propter hoc solum:ut sit causa lucidior:sed aliquando etiam ut magis moueat:mou& autem si protinus subtexantur aliqua quæ prosint:lex aperte scripta est:ut peregrinus qui murū ascēderit:morte mulctetur.Peregrinum te esse certum est:qui si ascenderis murum non quæritur:quid superest:nisi ut te puniri oporteat. Hæc enim propositio confessionem aduersarii premit:& quodāmō iudicādi moram tollit:nec indicat quæstionem:sed adiuuat.Sunt autem propositiones & simplices & duplices uel multiplices:quod accidit non uno modo:nam & plura crimina iunguntur:ut cum Socrates accusatus est:

ꝙ corrũper& iuuentutẽ:& nouas superstitiones introducer&:& singula ex pluribus colliguntur:ut cum legatio male gesta obiicitur Aeschyni ꝙ mentitus sit:ꝙ nihil ex mandatis fecerit:ꝙ moratus sit:ꝙ munera acceperit. Recusatio quoque plures interim propositiones habet:ut cõtra petitionem pecuniæ male petis. procuratori enim tibi esse non licuit: sed nec illi cuius nomine litigas habere procuratorem:sed neq; es hæres eius a quo accepisse mutuum dicor:nec ipsi debui:multiplicari hæc in quantumlib& possunt:sed rem ostendisse satis est. Hæc si ponantur sĩgulæ subiectis probationibus:plures erunt propositiones. si coniũgãtur in partitionem cadunt. Et est nuda propositio:qualis fere in cõiecturalibus:cædis ago:furtum obiicio:est ratione subiecta:ut maiestatem minuit Caius Cornelius. nam codicem tribunus plebis ipse pro concione legit. Præter hoc utimur propositione:aut nostra ut adulterium obiicio: aut aduersarii ut adulterii mecum agitur:aut communi ut inter me & aduersarium quæstio est:uter sit intestato propior:nonnunq̃ diuersas quoque coniungimus. Ego hoc dico:aduersarius hoc:hab& interĩ uim propositionis:etiam si per se non est propositio:cum exposito rerum ordine subiicimus. de his cognoscitis:ut sit hæc cõmonitio iudicis:quo se ad quæstionem acrius intendat:& uelut quodam tactu excitatus finẽ esse narrationis:& initium probationis intelligat:& nobis confirmationem ingredientibus:ipse quodammodo nouum audiẽdi sumat exordium.

DE Partitione

PArtitio est nostrarum aut aduersarii propositionum:aut utrarũq; ordine collata enumeratio. Hac quidam utendum sẽper putant: quod de ea fiat causa lucidior:& iudex intentior & docilior:si scierit & de quo dicimus:& de quo dicturi postea sumus. Rursus quidam periculosum id oratori arbitrantur duabus ex causis:quod nõnũq̃ excidere soleãt quæ promisimus. Et siqua in partiendo præterierimus occurrere. Quod quidem nemini accidit:nisi qui plane uel nullo fuerit ingenio: uel ad agẽdum nihil cogitati præmeditatique detulerit. Alioquin quæ tam manifesta & lucida est ratio:q̃ recte partitionis:sequitur enim naturam ducem:adeo ut memoriæ id maximum sit auxilium:uia dicẽdi non decedere. Qua propter ne illos quidem probauerim:qui partitionem uetant ultra tris propositiones extendere:quæ sine dubio si nimium sit multiplex:fugiet memoriam iudicis:& turbabit intentionẽ. Hoc tamen numero uelut lege non est alliganda:cum possit causa plures desiderare. Alia sunt magis propter quæ partitione non est semper utendum:primum quia pleraque gratiora sunt:si inuẽta subito:

nec domo allata: sed interdicendum ex re ipsa nata uideantur. Vnde illa non iniucunda schemata: pene excidit mihi: & fugerat me: & recte admones. propositis enim probationibus omnis in reliquum gratia nouitatis præcerpitur. Interim uero etiam fallendus est iudex: & uariis artibus subeundus: ut aliud agi q̃ quod nos petimus put&. Nã est nonnunq̃ dura propositio: quam iudex si prouid&: non aliter præformidat q̃ qui ferrum medici ante q̃ curetur aspexit. at si re non ante proposita securum: ac nulla denunciatione in se conuersum intrarit oratio: efficiet ꝙ promittenti non crederetur. Interim refugiẽda non modo distinctio quæstionum ẽ: sed omnino tractatio: affectibus turbationibus: & ab intentione auferendus auditor. non enim solum oratoris est docere: sed plus eloquentia circa mouendum ualet. Cui rei contraria est maxime tenuis illa: & scrupulosæ in partes secta diuisionis diligentia: eo tempore quo cognoscendi iudicium conamur auferre. Quid quod interim quæ per se leuia sunt & infirma: turba ualent. Ideoque congerenda sunt potius: & uelut eruptione pugnandũ. quod tamen rarum esse deb&: & ex necessitate demum. Cum ipsũ hoc quod dissimile rationi est: coegerit ratio. Præter hæc in omni partitione est utique aliquid potentissimum: quod cum audiuit iudex: cætera tanq̃ superuacua grauari solet. Itaque si plura uel obiicienda sunt: uel diluenda utilis & iucunda partitio: ut quod quaque de re dictum sumus: ordine appareat. Et si unum crimen uarie defenderimus supuacua: ut si illa partiamur: dicam non talem esse hunc quem tueor: ut in eo credibile uideri possit homicidium: dicam occidẽdi causam huic nõ fuisse: dicã hũc eo tp̃e quo homo occisus est trãs mare fuisse. Oĩa quæ ãte q̃ id quod ultimũ ẽ exequaris inania uideri necesse ẽ. Festinat enĩ iudex ad id quod potẽtissimũ est: & uelut obligatũ ꝓmisso patronũ: si ẽ patiẽtior: tacitus appellat: si uel occupatus: si uel ĩ aliq̃ potestate: uel etiã si sit moribus ĩcõpositus cũ cõuitio efflagitat. Itaq; nõ defuerũt q Ciceronis illã ꝓ Cluẽtio partitionẽ ĩꝓbarẽt q̃ se dicturum esse ꝓmisit. Primũ neminẽ maioribus criminibus: grauioribus testibus in iudicium uocatũ q̃ Opianicũ: deĩde præiudicia esse facta ab iis ipsis iudicibus: a qbus dãnatus sit. Postremo iudiciũ pecuniæ tẽptatũ non a Cluentio: sed cõtra Cluentiũ: qa si ꝓbari poss&: quod est tertiũ: nihil necesse fuerit dicere priora. Rursus nemo erit tã aut ĩiustus: aut stultus quin eum optime fateat̃ ꝓ Murena esse partitũ. Intelligo iudices tres totius accusatiõis partes fuisse: & eaꝝ unã ĩ reprehensiõe uitæ: alteram in contentiõe dignitatis: tertiam in criminibus ambitus esse uersatã. Nam sic & ostẽdit lucidissime causam: & nihil fecit altero supuacuũ.

De illo quoq; genere defẽsiõis pleriq; dubitãt:si occidi recte feci:sed nõ occidi:quo prius enim pertinere : si sequens firmum sit:Hæc inuicem obstare:& utroque utentibus in neutro haberi fidem :quod sane in pte uerum est:etiam illo sequenti:si modo indubitabile est:sit solo utẽdũ: At siquid in eo quod est fortius timebimus:utraque probatione nitemur. Alius enim alio moueri sol& :& qui factum putauit iustũ:credere põt. qui tanq̃ iusto non mouebitur : factum fortasse non cred& . Vt certa manus uno telo poss& esse cõtenta:incertæ plura spargenda sunt:ut sit & fortunæ locus . Egregie uero Cicero pro Milone insidiatorem primo Clodium ostendit:tum addit ex abundanti etiam si id non fuiss&:talẽ tamẽ ciuem cum summa uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Nec ullum tamen ordinẽ de quo prius dixi damnauerim :quia quædã & si ipsa sint dura:in id tamen ualent:ut ea molliãt quæ sequũtur : nec omnino sine ratione est id quod uulgo dicitur iniquum petendum :ut æquum feras . quod tamẽ nemo sic accipiat :ut omnia credat audenda. Recte enim græci præcipiunt non temptanda : quæ omnino effici non possunt.Sed quotiens hac de qua loquor duplici defensione utemur: id laborandum est:ut in illam partem sequentẽ fides ex priore ducat̃. Potest enim uideri qui tuto etiam confessurus fuit mentiendi causam in negando non habere:& illud utiq; faciendum est:ut quotiẽs suspicabimur a iudice aliã probationẽ desiderari:q̃ de quo loquimur:pmittamus nos plene:& statĩ de eo satis esse facturos:præcipueq; si de pudore agitur . Frequenter autem accidit :ut causa parum uerecunda iure tuta sit:de quo ne inuiti iudices audiãt:& aduersi:frequẽtius sũt admonẽdi: secuturam defensionem probitatis ac dignitatis expectent.Paulũ & agi ordine sinant:quædam interim nos & inuitis litigatoribus simulandũ est dicere.Quod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariam legem : nõ nunq̃ quasi interpellemur ab his:subsistere.sæpe cõuertenda ad ipsos oratio.hortandi:ut sinant nos uti nostro cõsilio : ita surrepetur animo iudicis : & dum sperat probationem pudoris asperioribus illis minus repugnabit.Quæ cũ receperit etiam uerecundiæ defẽsioni facilior erit: sic utraq; res inuicẽ iuuabit.Eritq; iudex circa ius nostrũ spe modestiæ attentior:circa modestiam iuris probatione procliuior .Sed ut nõ sẽper necessaria aut etiam superuacua partitio est:ita opportune adhibita plurimum orationi lucis & gratiæ cõfert . Neq; enim id solũ efficit ut clariora fiant quæ dicũtur rebus uelut ex turba extractis:& in cõspectu iudicum positis : sed reficit quoq; audiẽtem certo singularium partiũ fine:non aliter q̃ facientibus iter multum detrahũt fatigationis notata in scriptis lapidibus spacia . Nam & exhaustis laboribus nosse mẽsurã

uoluptati est :& hortatur ad reliqua fortius exequenda scire quantum supersit. nihil enim longum uideri necesse est: in quo quid ultimum sit certum est. Nec immerito multum ex diligentia partiendi tulit laudis: Q. Hortensius : cuius tamen diuisionem in digitos diductā : nonnūq̄ Cicero leuiter eludit. Nā ē certus suus modus: & euitāda utiq; maxime concisa nimium: & uelut articulosa partitio. Nam & auctoritati plurimum detrahunt minuta illa : nec iam membra sed frusta : & huius gloriæ cupidi quo subtilius & cupiosius diuisisse uideantur: & superuacua assumunt: & quæ natura singularia sunt secant: nec tamen plura faciunt q̄ minora. Deinde cū fecerī mille particulas in eandē incidunt obscuritatem : contra quam partitio inuenta est: diuisa & simplex propositio: quotiēs utiliter adhiberi potest : primum deb& esse aperta atq; lucida. Nam quid sit turpius q̄ id esse obscurum ipsum : quod in eum solum adhibetur usum : ne sint cætera obscura : tum breuis nec ullo superuacuo onerata uerbo. Non enim de quo dicimus : sed de quo dicturi sumus ostendimus optinendum etiam : nequid in ea desit : ne quid supersit. Superest autem sic fere: cum aut in species partimur: quod in genere partiri sit satis: aut genere posito subiicitur species : ut si dicam de uirtute: iustitia: continentia: cum iustitia atq; continentia uirtutis sint species. Partitio prima est: quid sit de quo conueniat: qd de quo ambigatur in eo quod conueīt: quid aduersarius fateatur: quid nos in eo de quo ambigiť: quæ dicturi sumus : quæ nostræ ꝓpositiōes: quæ partis diuersæ. Turpissimum uero non eodem ordine exequi: quo quicq; proposueris.

MARCI FABII QVINTILIANI LIBER QVINTVS INCIPIT.

DE Probationibus inartificialibus.



VERVNT ET CLARI QVIDEM AVCTORES quibus solum uideretur oratoris officium docere. Nanq; & affectus duplici ratione excludendos putabant. Primū quia uitiū ess& omnis animi ꝑturbatio. Deinde quia iudicem a ueritate depelli misericordia uel ira similibusque non oporter&: nec uoluptatem audientium petere cum uincendi gratia tantum diceretur : non modo agenti superuacuum: sed uix etiam uiro dignum arbitrabantur: plures uero qui nec ab illis sine dubio ꝑtibus rationem orandi sūmouerunt. Hoc tamē proprium atq; præcipuum crediderunt opus: sua cōfirmare:

& quæ aduerso proponerētur refutare. Vtruncunque est (nec enim hoc loco meā interpono sententiā) :hic erit liber illorum opinione maxime necessarius :quo toto hæc sola tractantur:quibus sane & ea quæ de iudicialibus causis iam dicta sunt seruiunt. Nam neq; procemii nec narrationis alius usus:q̄ ut iudicē præparēt:& status nosse:atq; ea de qbus supra scripsimus intueri superuacuum for&: nisi ad hāc perueīremus. Deniq; ex quinque quas iudicialis mat[illegible]iæ fecimus partibus: quæcūq; alia potest aliquando necessaria causæ non esse:lis nulla ē :cui ꝓbatiōe opus non sit. Eius præcepta sic optime diuisuri uidemur:ut prius quæ in commune ad omnes quæstiones ꝑtinent ostendamus. Deinde quæ in quoque causæ genere propria sunt exequamur. Ac prima quidē illa ꝑtitio ab Aristotele tradita cōsēsū fere oīum meruit:alias esse ꝓbatioēs: quas extra dicendi rationē acciper& orator:alias quas ex causa traher& ipse:& quodam modo gigner&: ideoq; illas   idest inartificiales uocauerunt:ex illo priore genere sunt præiudicia :rumores:tormenta:tabulæ:iusiurandum:testes:in quibus pars maxima contētionū forensium consistit:sed ut ipsa carent arte per se:ita summis eloquētiæ uiribus & alleuanda sunt plerunque & refellenda. Quare mihi uidētur magnopere damnandi :qui totum hoc genus a præceptis remouerunt. Nec tamen in animo ē omnia quæ pro his aut dici aut contradici solēt complecti. Non enim cōes locos tradere destinamus:quod ess& operis infiniti:sed uim quādam atque rationem. Quibus demonstratis non modo in exequendo suas quisq; uires deb& adhibere. Sed etiam inueniendo similia:ut quæq; cōditio litium posc&. Nec enim de omnibus causis dicere quisq̄ potest:saltem præteritis:ut taceam de futuris.

DE Præiudiciis.

TAmen præiudiciorum uis omnis tribus in generibus uersatur rebus:quæ aliquando ex paribus causis sunt iudicatæ: quæ exempla rectius dicuntur:ut de rescissis patrum testamentis:uel contra in filios confirmatis:iudiciis ad ipsam causā pertinentibus: Vnde etiā nomen dūctum est qualia in Opianicum facta dicuntur:& a senatu aduersus Milonem aut cum de eadem causa pronunciatum est:ut in reis deportatis :& assertione secunda:& de partibus centumuiralium :quæ in duas hastas diuisæ sunt. Confirmantur præcipue duobus auctoritate eorum qui pronunciauerunt & similitudine rerum de quibus quærit̄. Refelluntur autem raro per cōtumeliam iudicum:nisi forte manifesta in iis culpa erit. Vult enim cognoscentium quisq; firmam esse alterius sententiam:& ipse pronunciaturus exemplum non libenter:quod in se fortasse recidat facit. Confugiendum ergo est in duobus superioribus

ſi res fer& ad aliquam diſſimilitudinem cauſæ. Vix autem ulla eſt per omnia alteri ſimilis: ſi id nō conting& : aut eadem cauſa erit actionum incuſanda negligentia : aut de infirmitate perſonarum quærendum contra quas erit iudicium : aut de gratia quæ teſtes corruperit: aut de inuidia: aut de ignorātia: aut inueniendū quid cauſæ poſtea acceſſerit: Quorū ſi nihil erit: licet tamē dicere multas iudiciorum cauſas ad inique pronūciandum ualere. Ideoq; damnatum Rutilium: abſolutos Clodium atq; Catilinam. rogandi etiam iudices ut rem potius intueantur ipſam quam iuriurando alieno ſuum donent. Aduerſus conſulta autem ſenatus & decreta principum & magiſtratuum , remedium nullum eſt: niſi aut īueta quātulucūq; cauſæ differētia: aut aliqua uel eorum dē poteſtatis hoīnum poſterior cōſtitutio: quæ ſit priori cōtraria: quæ ſi deerit lis nō erit.

DE Rumore.

FAmam atq; rumores pars altera conſenſum ciuitatis & uelut publicum teſtimonium uocat: altera ſermonem ſine ullo certo auctore diſperſum: cui malignitas initium dederit: incremētū credulitas: quod nulli non etiam innocentiſſimo poſſ& accidere fraude inimicorum. falſa uulgariū exempla utrinque non deerunt.

DE Tormentis.

SIcut in tormentis quoq; qui eſt locus frequentiſſimus : cū pars altera quæſtionem uera fatendi neceſſitatem uoc&: altera ſæpe etiam cauſam falſa dicendi: quod aliis patientia facile mēdacium faciat: aliis īfirmitas neceſſarium: quid attin& plura de his? plenæ ſunt orationes ueterum ac nouorum . Quædam tamen in hac parte erunt propria cuiuſq; litis. Nam ſiue de habenda quæſtione agetur plurimū intererit: quis aut quem poſtul&: aut offerat: & in quē: & ex qua cauſa: ſiue iam erit habita: quis ei præfuerit : quis & quomodo ſit tortus : an credibilia dixerit: an inter ſe cōſtātia perſeuerauerit in eo quod cœpat: an aliquid dolore mutauerit: prima parte quæſtionis : an procedente cruciatu: quæ utrinque tam infinita ſunt quam ipſarum rerum uarietas.

DE Tabulis.

COntra tabulas quoque ſæpe dictum : ſæpe dicendum eſt: cum eas non ſolum refelli: ſed etiam accuſari ſciamus eſſe uſitatū. Cum ſit autem in his aut ſcelus ſignatorum: aut ignorātia: tutius ac facilius id quod ſecundo loco diximus tractatur: quod ſcilic& pauciores rei fiunt. Sed hoc ipſū argumenta ex cauſa trahit : ſi forte aut incredibile eſt id actum eſſe: quod tabulæ continent : aut ut frequentius euenit aliis probationibus æque inartificialibus ſoluitur: ſi aut is in quem ſignatū eſt : aut aliquis ſignator dicitur abfuiſſe: uel prius eſſe defūctus

si tempora non congruūt si uel antecedentia uel insequentia tabulis repugnant: inspectio ipsa: etiam sæpe falsum deprehendit.

DE Iureiurando.

IVsiurãdum litigatores aut offerunt suū: aut nō respuūt oblatū: aut ab aduersario exigunt: aut recusant: cū ab ipsis exigat᷑. offerre suum sine ulla conditione ut uel aduersarius iuret fere improbum est. qui tamen id faciet: aut uita se tuebitur: ut eum non sit credibile peierare: aut ipsa ui religionis in qua & plus fidei cōsequitur si id egerit: ut non cupide ad hoc descendere: sed ne hoc quidem recusare uideatur: aut si causa patietur modo litis propter quam deuoturus se ipse non fuerit: aut si præter alia causæ instrumentum adiicit ex abundanti. Hãc quoq; conscientiæ fiduciam: qui non recipiet & iniquam conditionem & a multis cōtemni iurisiurãdi metum dicet: Cū & philosophi quidē sint reperti qui deos habere rerum humanarum curam negarent. Eum uero qui nullo offerente iurare sit paratus: & se ipsum uelle de causa sua pronunciare & q̄ id quod offert leue ac facile credat ostendere. at is qui defert alioquin agere modeste uidetur cū litis aduersarium iudicem faciat & eum cuius cognitio ē onere liberet: qui profecto alieno iureiurando stare q̄ suo mauult: quo difficilior recusatio est: nisi forte res est ea quã credibile sit notam ipsi non esse. quæ excusatio si deerit: hoc unum relinquetur: ut inuidiam sibi quæri ab aduersario dicat: atq; id agi ut in ea causa in qua uincere non possit: quæri possit. Itaq; hominem quidē malum occupaturum hanc condictionem fuisse: se autem ꝓbare malle quæ aiffrm& q̄ dubium cuiq; relinquere: an peierarit. Sed nobis adolescentibus seniores in agendo facti præcipere solebant: ne unq̄ iusiurãdum deferre mus: sicut nec optio iudicis aduersario est permittēda: nec ex aduocatis partis aduersæ iudex eligendus. Nam si dicere cōtraria turpe aduocato uidetur: certe turpius habendum facere quod noceat.

DE Testibus.

MAximus tamen patronis circa testimonia sudor est: ea dicuntur aut per tabulas: aut a præsētibus: simplicior cōtra tabulas pugna: nam & minus uidetur obstitisse pudor inter paucos signatores: & pro diffidentia premitur absentia: si reprehensionem nō capit ipsa ꝑsona: īfamare signatores lic&. Tacita præterea quadam significatiōe refragat᷑ his omnibus ꝙ nemo per tabulas dat testimonium nisi sua uoluntate: quo ipso non se esse amicum ei: contra quem dicit: fatetur. nec tamen protinus cesserit orator quo minus & amicus pro amico: & inimicus contra inimicum possit uerum: si integra sit ei fides: dicere. Sed late locus uterq; tractatur. cum præsentibus uero ingens dimicatio est. Itaq;

uelut duplici cõtra eos proq; his acie cõfligit͛ actionũ & ĩterrogationũ.
In actionibus primum generaliter pro testibus atq; in testes dici solet.
Est hic cõmunis locus: cum pars altera nullam firmiorem probatiõem
esse contendit: q̃ quæ sit hominum sententia nixa: altera ad detrahẽdã
illis fidem: omnia per quæ fieri soleant falsa testimonia enumerat. Se-
quens ratio est: cũ specialiter quidem: sed tamen multos pariter inua-
dere patroni solẽt. Nam & gentium simul uniuersaꝝ eleuata testimonia
ab oratoribus scimus: & tota genera testimonioꝝ: ut de auditõibus. non
enĩ ipsos esse testes sed iniuriatoꝝ afferre uoces: ut in causis repetũdaꝝ:
qui se reo numerasse pecunias iurant litigatorũ non testium habendos
loco. Interim aduersus singulos dirigitur actio. Quod in sectationis
genus & permixtũ defensiõi legimus in orationibus plurimis: & sepatĩ
editum: sicut ĩ Vatiniũ testem. Totum igitur excutiamus locũ quãdo
unniuersã institutionem aggressi sumus. sufficiebãt alioquin libri duo
a Domitio Afro ĩ hanc rem cõpositi: quem adolescentulus senẽ colui: ut
non lecta mihi tantum ea: sed pleraq; ex ipso sint cognita. Is uerissime
præcipit primũ esse ĩ hac parte officiũ oratoris: ut totã causam familia-
riter norit: quod sine dubio ad omĩa pertinet: qũo contingat explicabi-
mus: cum ad destinatum huic parti locum uenerimus. ea res suggeret
materiam interrogationi: & ueluti tela ad manum subministrabit. eadẽ
docebit ad quæ iudicis aĩus actione sit præparandus. Debet. n. uel fieri
uel detrahi testibus fides orõne perpetua: quia sic dictis quisq; mouet͛:
ut est ad credendũ uel non credendum ante formatus. Et quoniam duo
genera sũt testium: aut uoluntarium: aut eorum quibus iudex publicis
iudiciis lege denũciari solet: quorum altero utraque pars utitur: alterũ
ac excusatoribus tantum concessũ est: separemus officium dantis testes &
refellentis. Qui uolũtarium producit scire quid is dicturus sit: potest.
Ideoq; faciliorem uidetur in rogando habere rationem. Sed hæc quoq;
pars acumen & uigilantiã poscit: prouidẽdũq; ne timidus: ne ĩcõstans:
ne imprudens sit testis. turbantur enĩ: & a patronis diuersæ partis indu-
cuntur in laqueum. Sed & plus deprehensi nocent: q̃ firmi & interriti
profuissent. multum igitur domi ante uersandi uariis percunctatiõibus
quales haberi ab aduersario possint: explorandi sunt. sic fit ut aut con-
stent sibi: aut siquid titubauerint: opportuna rursus eius a quo ꝓducti
sunt: interrogatione uelut in gradum reponantur. In his quoq; adhuc q̃
constiterint: sũt uitandæ insidiæ. nam frequenter subiici ab aduersario
solẽt: et omnia profutura polliciti diuersa respondent: & auctoritatẽ
habent non arguẽtium illa: sed confitentium. Explorandũ igitur quas
causas lædendi aduersarium afferant: nec id satis ẽ ĩimicos fuisse: sed an

desierint:an per hoc ipsũ conciliari uelĩt:ne corrupti sint:ne pœnitẽtia propositum mutauerint. Quod cum in iis quoq; qui ea quæ dicturi uidentur: re uera sciunt necessarium est precauere: tum multo magis in iis qui se dicturos quæ falsa sunt pollicentur. Nam & frequentior eorum pœnitẽtia est: & promissum suspectius: & si perseuerauerint reprehẽsio facilior. Eorum uero quibus denunciatur pars testium est: quæ reum lædere uelit: pars quæ nolit. Idq; interim scit accusator: interim nescit: fingamus in præsẽtia scire. In utroq; enĩ genere summis artibus interrogantis opus est: nã si habet testem cupidum lædẽdi: cauere debet hoc ipsum ne cupiditas eius appareat: nec statim de eo quod ĩ iudicium uenit rogare: sed aliquo circuitu ad id peruenire: ut illi quod maxime dicere uoluit uideatur expressum: nec nimium instare interrogationi: ne ad omnia respondendo testis fidem suam minuat: sed in tantũ euocare eum: quantũ sumere ex uno satis ẽst: at in eo qui uerum inuitus dicturus est: Prima felicitas interrogantis est extorquere quod is noluerit: hoc non alio modo fieri potest q̃ longius interrogatione repetita. respondebit enim quæ nocere causæ non arbitrabitur. Ex pluribus deinde quæ confessus erit: eo perducetur: ut quod dicere non uult negare non possit: nam ut in oratione sparsa plerunq; colligimus argumẽta quæ per se nihil reum aggrauare uideatur: congregatione deinde eorũ factum conuincimus: ita huiusmodi testis multa de ante actis: multa de insecutis: loco: tempore: persona: cæterisq; est interrogandus: ut in aliquod responsũ ĩcidat: post quod illi uel fateri quæ uolumus necesse sit: uel his quæ iam dixerat repugnare. Id si non contĩgit reliquum erit ut eum nolle dicere manifestum sit: protrahendusq; ut in aliquo quod uel extra causas sit deprehendatur: tenendus etiam diutius: ut omnia ac plura q̃ res desiderat pro reo dicendo suspectus iudici fiat: quo non minus nocebit q̃ si uera in reum dixisset. At si quod secũdo loco diximus nesciret actor: quid proponit testis attulerit: paulatim & ut dicitur pedetentim interrogando experietur aĩmum eius: & ad id respõsum quod eliciendum erit per gradus ducet: sed quia non nunq̃ sunt hæ quoq; testium artes: ut primo ad uoluntatem respondeãt: quo maiore fide diuersa postea dicant. Est oratoris suspectũ testem: dum ꝓdest: dimittere. Patronorũ ĩ parte expeditior: in parte difficilior ĩterrogatio ẽ: difficilior hoc quod raro unq̃ possunt ante iudicium scire quod testis dicturus sit: expeditior ꝙ cum ĩterrogandus sit sciunt quod dixerit. Itaq; quod in eo incertum ẽ: cura & inquisitione opus ẽ: quis reum premat: quas & quibus ex causis inimicitias habuit: eaq; in oratione prædicenda atq; admonẽda sunt: siue odio conflatos testes: siue inuidia: siue gratia: siue

pecunia uideri uolumus:& si deficietur numero pars diuersa:paucitatem : si abundabit.conspirationem:si humiles.producet uilitatem:si potentes.gratiã oportebit incessere :plus tamen proderit causas propter quas reum lædant exponere:quæ sunt uariæ et pro conditione cuiusq; litis aut litigatoris .Nam contra illa quæ supra diximus simili ratione responderi locis cõmunibus solẽt:quia et ĩ paucis atq; humilibus accusator simplicitate gloriari potest:quod neminem præter eos qui possint scire quæsierit :et multos atq; honestos cõmẽdare aliquãdo est facilius. Verum interim et singulos ut exornare:ita destruere contingit:aut recitatis ĩ actiõe:aut nominatis testibus:quod iis temporibus quibus testis non potest ob finitas actiones rogabatur:et facilius et frequentius fuit: Quid autẽ in quẽq; testium dicendum sit:sumi nisi ex ipsorum ꝑsonis non potest. reliquæ interrogandæ sunt partes:qua in re primum ẽ nosse testem.nã timidus terreri:stultus decipi:iracũdus cõcitari : ambitiosus inflari: in longum protrahi potest.prudens uero et constans:uel tanq̃ inimicus et peruicax dimittẽdus statim:uel nõ interrogatione:sed breui ĩterlocutione patroni refutãdus ẽ : aut aliquo si continget urbane dicto refrigerandus:aut siquid in eius uitam dici poterit infamia criminum destruẽdus . Probos quosdam et uerecundos nõ aspere incessere ꝓfuit: nam sepæ qui aduersus insectantem pugnassent:modestia mitigantur: Omnis autem interrogatio est:aut in causa :aut extra causam:in causa sicut accusatori præcepimus.Patronus quoq; altius et ũde nihil suspecti sit repetita percõtatiõe priora sequentibus applicãdo eo sæpe perducit homines:ut ĩuitis quod prosit extorqueat:eius rei sine dubio nec disciplina ulla in scholis:nec exercitatio traditur:et naturali magis acumĩe aut usu contingit hæc uirtus.Siquod tamen exemplum ad imitationẽ demostrandum sit:solum est quod ex dialogis socraticorum maximeq; Platonis duci potest:in quibus adeo ꝗ͂ᶜitæ sunt interrogationes : ut cũ in plerisq; bene respondeatur:res tamen ad illud quod uolunt efficere perueniat:illud fortuna interim præstat:ut aliquid quod in se parum consentiat a teste dicatur:interim quod sæpius euenit:ut testis testi diuersa dicat:acuta autẽ interrogatio ad hoc quod casu fieri solet etiam ratione perducet.Extra causam quoque multa quæ prosint interrogari solent:de uita testiũ aliorũ :de sua quisq;:si turpitudo:si humilitas:si amicitia accusatoris:si inimicitiæ cum reo:in quibus aut dicant aliquid quod prosit ut ĩ mendacio uel cupiditate lædendi deprehendantur.Sed in primis interrogatio debet esse circũspecta:quia multa contra patronos uenuste testis sæpe respõdet:eiq; præcipue uulgo:fauet͛:tũ uerbis q̃ maxime ex medio sũptis:ut qui rogat͛ : is autẽ est sæpius & impitus:

ītelligat :aut ne ītelligere se neget :quod interrogantis nō leue frigus est. Ille uero pessīæ artes testē subornatum in subsellia aduersarii mittere: ut inde excitatus plus noceat uel dicendo contra reum cum quo sederit: uel cum adiuuisse testimonio uidebitur faciendo ex industria multa inmodeste atq; intemperanter: per quæ nō a se tantum dictis detrahat fidem:sed cæteris quoq; qui ꝓfuerant:auferat auctoritatem :quorū mē/tionem habui : non ut fierent : sed ut uitarentur .Sæpe inter se collidi solent:inde testatio:hīc testes :locus utrīq; . Hæc enī pars se iureiurādo: illa consensu signantium tuetur.Sæpe inter testes et argumenta quæsi/tū est: inde scientiam in testibus et religionem ingenia esse ī argumētis dicitur:hinc testem gratia:metu:pecunia:ira:odio:amicitia:ābitu fieri: argumēta ex natura duci:ī his iudicē sibi: in illis alii credere . Cōmunia hæc pluribus causis multumq; iactata sunt:semperq; tamē iactabunt: aliquando utrinq; sunt testes:et quæstio sequitur ex his utri meliores uiri ex causis:utri magis credibilia dixerint.Ex litigatoribus utri gratia magis ualuerit.His adiicere siquis uolet ea quæ diuina testimoīa uocāt ex responsis oraculis omnibus: duplicem sciat eorum esse tractatum: generalem alterū in quo inter stoicos et Epicuri sectam secutos pugna perpetua est:regatur ne prouidentia mūdus:specialem alterum contra partis diuinationē:ut quæq; in questionem cadit:aliter enim oraculoꝶ: aliter aruspicum : augurum:coniectorum et mathematicorum fides cō/firmari :aut refelli potest:cū sit rerū earū ratio diuersa circa huiusmodi quoq; īstrumēta firmanda uel destruenda multū habet operis oratio: siquæ sint uoces per uinum:somnium : demētiam emissæ:uel excepta paruulorum indicia:ꝙ pars altera nihil fingere:altera nihil indicare dictura est.Nec tantum præstare hoc genus potest:sed etiam ubi non ē desiderari solet:pecuniam dedisti:quis numerauit:ubi:unde. Venenū arguis : ubi emi:a quo : quanti : per quem dedi:quo conscio :quæ fere omīa ꝓ Cluētio Cicero ī crimīe ueneficii excutit.Hæc de īartificialibus q̄ breuissime potui .

DE Probatione artificiali .

PArs altera probationum quæ est tota in arte :constatq; rebus ad faciendam fidem appositis: plerunq; aut omnino negligitur aut leuissime attingitur ab iis qui argumenta:uel ut horrida et confragosa uitantes amœnioribus locis desident:neq; aliter q̄ ii qui tradunt a poetis gustu cuiusdam apud lotophagos gramminis & sirenum cantu deliniti uoluptatem saluti prætulisse:dū laudis falsam imaginē persequuntur: ipsa propter quam dicitur uictoria cedunt . At qui cætera quæ cōtinuo magis orōnis tactu decurrunt:ī auxilium

atq; ornamentũ argumentorũ comparãtur :neruisq; illis quibus causa cõtinetur:adiiciũt inductꝭ super corporis speciem:ut si forte quid factũ ira uel metu uel cupiditate dicatur:latiusq̄ cuiusq; affectus natura sit prosequamur. iisdem laudamus: incusamus : augemus:minuimus de scribimus:deterremus:querimur :consolamur:hortamur .Sed horum esse opa in rebus aut certis:aut de quibus tanq̄ certis loquimur:potest. Nec abnuerim esse aliquid in delectatione:multum uero ĩ cõmouẽdis affectibus:Sed hæc ipsa plus ualẽt:cum se didicisse iudex putat:quod consequi nisi argumentatione aliaq; omni fide rerum non possumus: quorum priusq̄ partior species: indicandum esse reor quædam in omni genere probationum cõmunia. Nam nec ulla quæstio est:quæ nõ sit aut in re aut in persona :neq esse argumentorum loci possũt: nisi quæ rebus aut personis accidunt:ea quæ aut per se ĩspici solent:aut ad aliud referri. Nec ulla confirmatio nisi aut ex consequentibus : aut ex repugnantibus:et hoc necesse est:aut ex præterito tempore:aut ex coniuncto;aut ex sequenti petere . Nec ulla res probari nisi ex alia potest: eaque sit oportet aut maior:aut par:aut minor. Argumẽta uero repiũtur:aut ĩ quæstionibus quæ etiã separatæ a cõplexu rerum personarũq; spectari per se possint:aut in ipsa causa cum inuenitur aliquid in ea nõ ex cõmuni ratiõe ductũ:sed eius iudicii de quo cognoscitur ꝓpriũ . Probationum præterea omniũ:aliæ sunt necessariæ:aliæ credibiles:aliæ non repugnantes. Adhuc omnium probationum quadruplex ratio est: ut uel quia aliquid est:aliud nõ sit :ut dies est:nox non est:uel quia est aliquid:et aliud sit:sol est super terram:et dies est:uel quia aliqd non ẽ:aliud sit:ut nox nõ ẽ:dies ẽ est. uel qa aliud nõ est:nec aliud sit: non ẽ rationale :nec homo est. his in uniuersũ prædictis partes subiiciam .

DE Signis.

OMnis igitur probatio artificialis constat:aut signis aut argumẽtis:aut exemplis. Nec ignoro plerisq; uideri signa partes argumentorum:quæ mihi separandi ratio hæc fuit . Prima ꝙ sunt pene ex illis inartificialibus :cruenta enim uestis et clamor et liuor et talia sunt instrumenta :qualia tabulæ rumores:testes:nec inueniuntur ab oratore: sed ad eum cum ipsa causa deferũtur. altera ꝙ signa siue ĩdubitata sint: non sunt argumẽta :quia ubi illa sunt quæstio non est. argumento autẽ nisi in re cõtrouersia locus esse nõ potest : siue dubia:nõ sũt argumẽta. sed ipsa argumentis non egent. Diuiduntur autem in has primas duas species : ꝙ eorum alia sunt ut dixi:quæ necessaria sunt . priora illa sũt:quæ aliter habere se non possunt:quæ græci uocant

alia quæst quæ mihi uix pertinere ad præcepta artis uident

Nam ubi est signum insolubile: ibi nec lis quidem est. Id autem accidit cũ quid aut necesse est fieri: factum ue esse: aut certe omnino nõ potest fieri: uel esse factum: quo in causis posito: lis non est nisi facti. Hoc genus per omnia tempora perpẽdi solet. Nam et coisse eam cum uiro quæ peperit: quod est præteriti: et fluctus esse: cum magna uis uenti in mare incubuit: quod coniuncti: et eum mori: cuius cor est uulneratum: quod futuri necesse: nec fieri potest. ut ibi messis sit ubi satũ non est: ut quis romæ sit cum athenis. ut sit ferro uulneratus: qui sine cicatrice est. Sed quædam et retrorsus idem ualent: ut uiuere hominẽ qui spirat: et spirare qui uiuit. Quædam in contrarium non recurrunt: nec enim quia mouetur qui ingreditur: iccirco ingreditur: qui mouetur. Quare potest et coiisse cum uiro quæ non peperit. Et non esse uentus in mari: cũ esset fluctus: nec utiq; cor eius uulneratũ esse: q perit. Ac similiter satum fuisse potest ubi nõ fuisset messis: nec fuisse romæ qui nõ fuit athenis: nec fuisse ferro uulneratũ qui habet cicatricem. Alia sũt signa non necessaria quæ graeci uocant: quæ etiam si ad tollẽdã dubitationem sola non sufficiunt: tamen adiuncta cæteris plurimum ualẽt. Signũ uocant ut dixi qq̃ id quidam indicium: quidã uestigium nominauerunt: per quod res ĩtelligitur: ut per sanguinem cædes: at sanguis uel ex hostia respersisse uestem potest: uel e naribus profluxisse: nõ utiq; qui uestẽ cruentã habuerit: homicidium fecerit: sed ut per se nõ sufficit: ita cæteris adiunctum testimonii loco dicitur: si inimicus: si ante minatus: si eodẽ loco fuit. Quibus signũ cũ accessit efficit: ut quæ suspecta erãt: certa uideantur. Alioqn sunt quædam signa utriq; parti communia: ut liuores: tumores. Nã uideri possunt & ueneficii et cruditatis & uulnus ĩ pectore sua manu & aliena perisse dicentibus ĩ quo est. Hæc proinde firma habentur: atq; extrinsecus adiuuantur. Eorum autem quæ signa sũt quidem: sed nõ necessaria: genus Hermagoras putat: non esse uirginẽ Athlantã: quia cũ iuuenibus per siluas uaget̃. Quod si receperimus uereor ne omnia quæ ex facto ducuntur signa faciamus. Eadem tamen ratione qua signa tractantur. nec mihi uidentur ariopagitæ cum damnauerint puerum coturnicum oculos eruẽtem: aliud iudicasse q̃ id signum esse: perniciosissĩæ mẽtis: multisq; malo futuræ si adoleuisset. Vnde Spurii Melii. M. Manlii popularitas signũ affectati regni fuit existimatum. Sed uereor ne lõge nimium nos ducat hæc uia. nam si est signum adulteræ lauari cum uiris: erit & conuiuere cum adolescentibus. Deinde etiam familiariter alicuius amicitia uti aut fortasse corpus uulsum: fractũ: incessũ. Vestẽ muliebrem: dixerit mollis & parum uiri signa. Sicut autẽ signum id

proprie sit quod ex eo de quo queritur natum sub oculis uenit: ut sanguis ex cæde: ita illa ex ĩpudicitia fluere uideantur. Ea quoq; quæ quia plerunque obseruata sunt: uulgo signa creduntur ut pronostica. Vento rubet aurea phœbe: et cornix plena pluuia uocat ĩproba uoce: si causas ex qualitate cæli trahunt: sane ita appellantur. nam si uento rubet luna: signum uenti est rubor. Et si ut idẽ poeta colligit densatus et laxatus aer facit: ut sit inde ille auium concentus: idem sẽtiemus. Sunt autem etiam signa parua magnorum: ut hæc ipsa cornix. Nam maiora minorũ esse nemo miratur

DE Argumentis.

NVnc de argumentis. hoc enim nomine cõplectimur: omnia quæ græci enthymemata: epicheremata: apodexis uocant: q̃q̃ apud illos aliqua horum nominum differentia: etiam si uis eodem fere tendit. Nam enthymema quod nos commentum sane aut commentationem interpretamur: quia aliter non possumus græco melius usuri: unum intellectũ habet: quo omnia mẽte concepta significat: Sed nũc de eo non loquimur. alterum quod sententiam cum ratione. Tertium quod certã quandam argumenti conclusionem: uel ex consequentibus: uel ex repugnantibus: q̃q̃ de hoc parum conuenit. Sunt enim qui id prius epicherema dicãt: pluresq; ĩuenias in illa opiniõe: ut id demũ quo pugna constat enthymema accipi uelint. Et ideo illud Cornificius contrarium appellat. Hunc alii rhetoricum syllogismum: alii imperfectũ syllogismum uocauerunt: quia distinctis nec totidem partibus concluderetur. Quod sane nõ utiq; ab oratore desideraẽ. Epicherema Valgius agressionẽ uocat. Celsus autem iudicat non nostram administratioẽm: sed ipsam rem quam aggredimur: idest argumentum quo aliquid ꝓbaturi sumus: etiã si nondum uerbis explanatum: iam tamen mẽte conceptum: epicherema dici aliis uidetur nõ destinatam uel incohatã: sed perfectam orationẽ hoc nomẽ accipere et ultimam speciem. Ideoq; propria eius appellatio et maxime in usu posita est: qua significatur certa quædã sẽtentiæ cõpressio: quæ ex tribus partibus cõstat. Quidam epicherema rationem appellauerunt: Cicero melius ratiocinatiuum: q̃q̃ et ille nomen hoc duxisse magis a syllogismo uidetur. nã et statum. syllogisticũ ratiocinatiuum appellat: exẽplisq; utitur philosophorum. Et quoniam est quædã inter syllogismũ et epicherema uicinitas: potest uideri hoc nomine recte abusus   est euidens probatio: ideoq; apud geometras   dicuntur. Hanc et ab epicheremate Cæcilius putat differre solo genere cõclusioĩs: et esse apodoxim imperfectũ epicherema: eadẽ causa qua diximus: et ẽthymema

ſyllogiſmo diſtare:nam & epicherema ſyllogiſmi pars eſt. Quidam in-
eſſe epicherematí apodixim putant:& eſſe partem eius confirmantem.
Vtrunq; autem q̃q̃ diuerſi auctores eodem modo finiunt: ut ſit oratio
per ea quæ certa ſunt incertis fidem non dubiam afferens: quæ natura
eſt omnium argumentorum:neq; enim certa incertis declarantur. Hæc
omnia generaliter piſtis appellant:quod etiam propria interpretatione
dicere fidem poſſumus: apertius tamem probationem ĩterpretabimur.
Sed argumẽtum quoq; plura ſignificat:nam & fabulæ ad actus ſcænaꝝ
compoſitæ argumenta dicuntur: & orationum Ciceronis uelut thema
ipſe exponit. Pedianus inquit argumentum tale eſt. Et ipſe Cicero ad
Brutũ ita ſcribit. Veritus fortaſſe ne nos ĩ Catonẽ noſtrũ tranſferamus
illi mali quid:& ſi argumentum ſimile non erat:quo apparet omnem
ad ſcribendum deſtinatam materiam ita appellari.nec mirum cum id
inter opifices quoq; uulgatum ſit. Vnde Virgilius argumentum ingẽs:
uulgoq; paulo numeroſius opus dicitur argumẽtoſum. Sed nũc de eo
dicendum argumento eſt:quod probationem:indicium:fidem:aggreſ-
ſionem eiuſdem rei nomina facit parum diſtĩcte ut arbitror. Nam pro-
batio & fides efficitur:nõ tantum per hæc quæ ſunt rationis:ſed etiam
per inartificialia. Signum autem quod ille indicium uocat:ab argumẽ-
tis iam ſeparaui. Ergo cum ſit argumẽtum ratio probationẽ præſtans:
quia colligitur aliquid per aliud:etiam quæ quod ẽ dubiũ per id quod
non eſt dubium confirmat: neceſſe eſt eſſe aliquid in cauſa quod ꝓba-
tione non egeat: alioquin nihil erit quod probemus:niſi fuerit quod
aut ſit uerũ:aut uideatur:ex quo dubiis fides fiat. Pro certis habemus
autẽ primũ quæ ſenſibus ꝑcipiunt:ut quæ uidimus:audiuimus:qua-
lia ſunt ſigna:deinde ea ĩ quæ cõi opinione conſenſũ eſt deos eſſe. præ-
ſtandam pietatem parentibus. Præterea quæ legibus cauta ſunt. quæ ꝑ-
ſuaſionem etiam ſi non omnium hoĩum:eius tamen ciuitatis aut gẽ-
tis in qua res agitur:in mores recepta ſunt:ut pleraq; in iure nõ legibus
ſed moribus conſtant: ſiquid inter utrãq; partem conuenit: ſiquid ꝓ-
batũ eſt:deniq; cuicunq; aduerſarius nõ cõtradicit. Sic enim fiet argu-
mentũ: cũ prouidentia mundus regatur adminiſtranda res.p.ſit: ſi
liquebit mundum prouidentia regi. Debent etiam nota eſſe recte argu-
menta tractaturo uis & natura omnium rerum: & quid quæq; earum
plerunq; efficiat. nihil enim ſunt quæ [blank space] dicuntur. Credibilium
autem genera ſunt tria: unum firmiſſimum:quia fere accidit:ut liberos
a parentibus amari:alterum uelut propenſius eum qui recte ualeat in
craſtinum peruenturũ. Tertium tantum nõ repugnans in domo furtũ
factum ab eo qui domi fuit. Ideoque Ariſtoteles in ſecundo de arte

rhetorica libro diligentissime est executus : quid cuiq; rei : & quid cuiq; homini solet accidere : & quas res : quosq; homines: quibus rebus aut hominibus : uel conciliasset uel alienasset ipsa natura : ut diuitias: qui sequatur: aut ambitum : aut superstitionem : quid boni probent: quid mali petant: quid milites: quid rustici: quo quæq; modo res uitari uel appeti soleat. Verũ hoc exequi mitto: nõ enĩ longũ tantum: sed etiam impossibile : aut potius infinitum est. Præterea positum in cõi omniũ intellectu. siquis tamem desiderauerit : a quo peteret: ostendi. Omnia autẽ credibilia in quibus pars maxima consistit argumẽtationis: ex huiusmodi fontibus fiũt: an credibile sit a filio patrem occisum: incæstum cum filia commissum: & contra ueneficium in nouerca: adulterium in luxurioso. Illa quoq; an scelus palam factum: an falsum propter exiguã summam: quia suos quisq; horum uelut mores habet. Plerunq; tamẽ: non semper alioquin indubitata essent: non argumẽta. Excutiamus nũc argumentorum locos: q̃q̃ quibusdam ii quoq; de quibus supra dixi uidentur. locos appello : non ut uulgo nunc intelliguntur: ut luxuriem & adulterium & similia. Sed sedes argumentorum in quibus latent: ex quibus sunt petẽda. Nã ut in terra nõ omni generantur omĩa: nec auẽ aut feram reperias: ubi quæq;: nasci : aut morari soleat ignarus: & pisciũ quoq; genera alia planis gaudent: alia saxosis regioĩbus etiã littoribusq; discreta sũt. nec helopem nostro mari aut scaurum ducas: Ita nõ omne argumentum undiq; uenit. Ideoq; non passim quærendum est: multus alioquin error est exhausto labore. quod non ratione scrutabimur: non poterimus inuenire nisi casu: at si sciremus ubi quicq; nascatur: cum ad locum uentum erit: facile quod in eo erit peruidebimus. In primis igit̃ argumenta sæpe a persona ducenda sunt: cum sit ut dixi diuisio: ut oĩa in hæc duo partiamur : res atq; personas: ut causa: tẽpus: locus: occasio: instrumentum: modus: & cætera rerum sũt accidentia. Personis autem non quicquid accidit exequendũ mihi est: ut pleriq; fecerunt: sed ũde argumenta sumi possũt. Ea porro sunt genus. Nam similes parentibus ac maioribus suis filii plerunq; creduntur. Et nõnunq̃ ad honeste turpiterq; uiuendum : inde causæ fluunt. Natio. nam & gentibus proprii mores sunt: nec idem in barbaro: romano: græco probabile est. Patria. quia similiter etiam ciuitatum leges: instituta: opiniones habent differentiam. Sexus ut latrocinium facilius in uiro : ueneficium in fœmina credas. Aetas: quia aliud aliis amicis magis conuenit. Educatio & disciplina: quoniam refert a quibus & quo quisq; modos sit ĩstitutus. Habitus corporis: ducitur enim frequẽter in argumentũ species libidinis: robur petulantiæ. Iis contraria in diuersum. Fortuna (nec enim tamẽ idẽ

credibile est in diuite ac paupere: propīquis: amicis: cliētibus: abūdāte: & his omnibus destituto. Conditionis autem distantia est. nam clarus an obscurus: magistratus an priuatus: pater an filius: ciuis an pegriūs: liber an seruus: incæstus maritus: an celebs: parens liberorū: an orbus sit plurimum distat. Animi natura: & enim auaritia: ira: iracundia: misericordia: crudelitas: seueritas: aliaq; iis similia afferunt frequenter fidem: aut detrahūt: sicut uictus luxuriosus: an frugi: an sordidus quærit. Studia quoq;. nāq; rusticus: forēsis: negociator: miles: nauigator: medicus: aliud atq; aliud efficiunt. Intuēdum etiā quid affectet quisq;: locuples uideri an disertus: iustus an potens. Spectant ante acta dictaq;. Ex præteritis enim existimari solēt præsētia. His adiiciūt quidam cōmotioēm: hanc accipi uolunt temporarium animi motum: sicut iram: pauorem. Consilia autem & præsentis & præteriti & futuri temporis: quæ mihi etiam si personis accidunt: referēda tamen ad illam partem argumētorum uidentur: quam ex causis dicimus: sicut habitus quidam animi: quo cū tractatur: amicus an inimicus. ponunt in persona & nomen: quod quidē ei accidere necesse est: sed ī argumentum raro cadit nisi cū aut ex causa datum est: ut sapiens: magnus: plenus: aut & ipsum alicuius cogitatioīs attulit causā: ut Lentulo cōiurationis: quod libris sybillinis aruspicūq; respōsis dominatio dari tribus Corneliis dicebatur: seq; eum tertium esse credebat post Syllā Cīnamq;: quia & ipse Cornelius erat. Nam & illud erat apud Euripidem frigidum sane: quod nomen Polynicis ut argumentum morum frater motum incessit. Iocorum enim ex eo frequens materia: qua Cicero ī Verrem non semel usus est. Hæc fere circa personas sunt aut his similia. nec enim cōplecti omnia: uel in hac parte uel in cæteris possumus: contenti rationem plura quæsituris ostendere. Nunc ad res transeo in quibus maxime sunt personis iuncta quæ agimus. Ideoq; prima tractanda: in omnibus porro quæ fiunt quæritur: aut quare: aut ubi: aut quando: aut quomodo: aut per quæ facta sūt. Ducuntur igitur argumenta ex causis factorum uel futurorum quorum materiam quam hylem alii: dynamin alii nominauerūt in duo genera: sed quaternas utriusq; diuidūt species. Nam fere uersatur ratio faciendi circa bonorum adeptionē: incrementū: cōseruationem: usum: aut malorum euitationē: liberationē: imminutionem: cōuersionem. nāq; & ī deliberādo plurimū ualent. Sed has causas habent recta: praua: cōtra ex falsis opinioībus ueniunt. Nā est his initium ex his quæ credūt bona aut mala: inde errores existunt & pessimi affectus: ī quibus sunt ira: odium: inuidia: cupiditas: spes: ambitus: audacia: metus: cætera eiusdē generis. Accedūt aliquādo fortuna: ebrietas: ignorantia: quæ interim ad ueniā ualēt: Interim ad probationē

criminum . Vt siquis dum alii insidiatur :alium dicitur interemisse causæ porro nõ ad conuincendũ modo quod obiicitur:sed ad defédédũ quoq; excuti solent:cum quis se recte fecisse, id est honesta causa contendit : qua de re latius in tertio libro dictum est . finitiones interim ex causis pendent:an tyrannicida : qui tyrannum a quo deprehensus ĩ adulterio fuerat :occidit:an sacrilegus qui ut hostes urbe expelleret:arma templo affixa detraxit.Ducũtur argumenta & ex loco:spectantur enĩ ad fidem probatiõis:mõtanus an planus:maritĩus an mediterraneus : cõsitus an ĩcultus:frequés an disertus:propĩquus an remotus:opportunus cõsiliis an aduersus.Quã partẽ uidemus uehemẽtissime pro Milone tractasse Ciceronem.Et hæc quidem & similia ad coniecturã frequentius ꝑtinét. Sed interim locus quoq; priuatus an publicus:sacer an prophanus:noster an alienus. Vt in persona magistratus:pater:peregrinus .Hinc enĩ quæstiones oriuntur : priuatam pecuniã sustulit:uerũ quia de templo non furtum:sed sacrilegium ẽ. Occidisti adulterum quod lex permittit: sed quia in lupanari cædes est iniuriam fecisti : sed quia magistratu: maiestatis actio est:uel contra licuit:quia pater eram:quia magistratus. Sed circa facti controuersiam argumenta præstant:circa iuris lites:materiam quæstionum . Ad qualitatem quoq; frequenter pertinet locus. Neq; enim idem ubiq; aut licet aut decorum est:quin etiam in qua ciuitate quicq; quæratur interest . moribus enim & legibus distant . Ad commẽdationem quoq; & inuidiam ualet: nam & Aiax apud Ouidiũ ĩquit:ante rates agimus causam & mecum confertur Vlyxes.& Miloni ĩter cætera obiectum est:quod Clodius in monumentis ab eo maiorum suorum esset occisus.Ad suadendi momenta idem ualet: sicut tempus cuius tractatum subiungam . Eius autem ut alio loco iam dixi duplex significatio est:generaliter enim & specialiter accipitur:prius illud est. Nunc:olim :Tunc sub Alexãdro cum apud Ilion pugnatum est:deniq; præteritum instans futurũ hoc sequens habet :& constituta discrimĩa æstate:hieme :noctu:ĩterdiu.& fortuna:in pestilẽtia:in bello:ĩ cõuiuio. latinorum quidã satis significari putauerunt: si illud generale tempus: hoc speciale tempora uocarent. Quoꝝ utrorũq; ratio & ĩ consiliis quidem: & ĩ illo demõstratiuo genere uersatur:sed ĩ iudiciis frequẽtissima est.nã & iuris quæstiones facit : & qualitatem distinguit:& ad cõiecturam plurimũ cõfert. Vt cũ ĩterĩ ꝓbationes ĩexpugnabiles afferat:quales sunt si dicatur ut supra posui signator qui ante diem tabularũ decessit: an cõmisisse aliquid:uel cum infãs esset:uel cũ adhuc omnino natus non esset.Præter id quod oĩa facile argumenta:aut ex iis quæ ante rem facta sũt:aut ex coniũctis rei:aut cõsequentibus ducũt᷑.Ex ãncedẽtibus

morte minatus est: noctu existi: proficiscétem antecessisti: causæ quoq; factorũ præteriti sunt temporis. Sed tempus subtilius quidã q̃ necesse erat: diuisert: ut esset iũcti sonus auditus est: adhærẽtis clamor sublatus est. Insequentis sunt illa: latuisti: profugisti: liuores & tumores apparuerunt. Iisdem temporum gradibus defensor utetur: ad detrahendam ei quod obiicitur fidem. In iis omnibus factorum dictorumq; ratio uersatur: sed dupliciter. Nam fiunt quædam: quia aliud postea futurum ẽ: quædam quia aliud ante factũ est: ut cum obiicit reo lenocinii speciosæ marito: quod speciosã adulterii dãnatam quandã emerit. aut parricidii reo luxurioso: quod dixerit patri: non me amplius obiurgabis. Nam & ille non quia emit leno est: sed quia leno erat emit: nec hic quia sic erat locutus occidit: Sed quia erat occisurus sic locutus est. Casus autem qui & ipse præstat argumentis locum: sine dubio est ex insequentibus: Sed quadam proprietate distinguit: ut si dicã melior dux Scipio q̃ Hãnibal uicit Hãnibalẽ: bonus gubernator nunq̃ fecit naufragiũ: bonus agricola magnos sustulit fructus. Et cõtra sũptuosus fuit: patrimoniũ exhausit: turpiter uixit: uel omnibus inuisus est. Intuendæ sunt præcipueque in coniecturis & facultates. Credibilius est. n. occisos a pluribus pauciores: a firmioribus imbecilliores: a uigilantibus dormientes: a præparatis inopinantes. Quorum contraria in diuersum ualent. Hæc & in deliberãdo intuemur: & in iudiciis ad duas res solemus referre: an uoluerit quis: an potuerit. nã & uoluntatẽ spes facit. hinc illa apud Ciceronẽ coniectura. Insidiatus est Clodius Miloni: non Milo Clodio: ille cũ seruis robustus: hic cũ mulierꝝ comitatu. ille equis: hic in reda. ille expeditus: hic penula irrectitus. Facultati autem licet instrumentum coniungere. Sunt enim in parte facultatis & copiæ: sed ex instrumento aliquando etiam signa nascuntur: ut spiculum in corpore inuentum. His adiicitur modus quẽ dicũt: quo quæritur quemadmodum quid sit factum: idq; ad qualitatẽ scriptũq; pertinet: ut si negemus adulterum ferro occidisse cum ueneno licuiss& occidere: sed uel oportuisse tum uel ad cõiecturas quoque: ut si dicam bona mente factum: ideo palam. mala: ideoque ex insidiis: noctu ĩ solitudine. In rebus autem omnibus de quarum ui aut natura quæritur: quasq; etiam citra cõplexum personaꝝ cæterorumq;: ex qbus fit causa per se ĩtueri possumus tria sine dubio rursus spectãda sunt: an sit: quid sit: quale sit. Sed quia sunt quidam loci argumentorũ iis omnibus cões diuidi hæc tria genera non possũt. Ideoq; locis potius: ut quosq; incurrent: subiicienda sunt. Ducunt ergo argumenta ex finitione seu fine: (nam utroq; modo traditur) eius duplex ratio est. aut enĩ simpliciter quæritur: sit ne hoc uirtus: aut præcedẽte finitione quid sit

uirtus : ita ut uniuersam uim uerbi cōplectimur:ut rhetorice est bene dicēdi sciētia:aut per partes:ut rhetorice est recte īueniēdi & disponēdi & eloquēdi cū firma memoria & cū dignitate actionis sciētia. Præterea finimus:aut ui sicut superiora:aut ut si assiduum ab ære dando:& locupletem a locorum:pecuniosum a pecorum copia. Finitioni subiecta maxime uidētur : genus:species:differēs :proprium.ex his omnibus argumenta ducuntur. Genus ad probandā spēm minimū ualet:plurimum ad refellendam. Itaq; non quia est arbor:platanus est. at quod non est arbor:utiq; platanus non est: nec quod est uirtus utiq; non potest esse iustitia. Itaq; genere perueniēdum est ad ultimā spēm: ut homo ē animal:non est satis · id enim genus est mortale: etiā si spēs est cum aliis : tamen cōmunis finitio rationale : nihil supererit ad demonstrandum id quod uelis. Contra species firmam probationē habet: generis infirmam refutationem. Nam quod iustitia est utiq; uirtus est: quod non est iustitia potest esse uirtus. ut si est fortitudo:continentia: constantia . nunq̄ itaq; tolletur a specie genus:nisi omnes species quæ sūt generi subiectæ remoueāt̄ hoc modo:ꝙ īmortale est : neq; mortale: animal nō est. His adiiciunt propria & differentia:a propriis confirmat̄ finitio:differentibus soluitur. Propriū autem est:aut quod soli accidit: ut homini sermo:risus. aut quod utiq; accidit:sed nō soli:ut igni calefacere. Et sūt eiusdem rei plura propria:ut ipsius ignis lucere:calere. Itaq; quodcunq; ꝓprium deerit : soluet finitionē. nō utiq; quodcunq; erit: confirmabit. Sæpissime autem quid sit proprium cuiusq; quæritur:ut si per dicatur:tyrannicidæ proprium est tyrannum occidere:negemus. non enim si traditum sibi eum carnifex occiderit:tyrannicida uocatur:nec si īprudens uel inuitus. Quod autem proprium non erit:differens erit:ut aliud est seruum esse:aliud seruire:qualis esse in addictis quæstio solet. Qui seruus est si manumittatur:fit libertinus non idem addictus & plura de quibus alio loco. Illud quoque differens uocāt cum genere in speciem deducto species ipsa discernitur: animal genus:mortale spēs:terrenū uel bipes differens . Nondum enī propriū est:sed differt a marino uel quadrupede:quod non tam ad argumentū pertinet q̄ ad diligētem finitionis cōprēsionē. Cicero genus & speciem quam eandem formam uocat a finitione diducit. & iis quæ ad aliquid sunt subiicit:ut si is cui omne argentum legatū est petat signatū quoq; utatur genere:at siqs cum legatum sit ei quæ uiro materfamilias esset: neget deberi ei quæ ī manum non conuenerit:sed neget specie:quoniā duæ formæ sīt matrimonioꝝ. Diuisione autē adiuuari finitioēm docet: eāq; differre a partitione : quod hæc sit totius in partes:illa generis in

formas. partes incertas esse: ut quibus constet respub. formas certas: ut quot sit species rerum publicarũ: quas tres accipimus: quæ populi: quæ paucorum: quæ unius potestate regerentur. Et ille quidem non his exẽplis utitur: quia scribens ad Trebatium ex iure ea ducere maluit: ego apertiora posui. Propria uero ad coniecturæ quoq; pertinent partem: ut quia proprium est: boni recte facere: iracundi uerbis esse credantur: aut contra quædam in quibusdam utiq; non sunt. Et ratio quanuis ita ex diuerso eadẽ est diuisio: & ad probãdũ simili uia ualet: & ad refellẽdũ. probationi interim satis est unũ habere hoc modo. ut sit ciuis aut natus sit oportet aut factus: utrunq; tollendum est: nec natus nec factus est. Fit hoc & multiplex. Ideoq; & argumentorum genus ex remotione quo modo efficitur totum falsum: modo id quo relinquitur uerum: totum falsum est: hoc modo pecuniam te credidisse dicis: aut habuisti ipse: aut ab aliquo accepisti: aut inuenisti: aut surripuisti. si neq; domi habuisti neq; ab alio accepisti: nec cætera non credidisti. Reliquum fit uerũ: sic hic seruus quem tibi uendicas: aut uerna tuus ẽ: aut emptus: aut donatus: aut testamento relictus: aut ex hoste captus: aut alienus. Deinde remotis prioribus supererit alienus: periculosum: & cum cura intuendum genus: quia si in proponẽdo unum quodlib& omiserimus cũ risu quoq; tota res soluitur. Tutius Cicero quod pro Cecina facit: cũ ĩterrogat: si hæc actio non sit: quæ sit: simul enim remouentur omnia: uel cum duo ponentur inter se cõtraria: quorum tenuisse utrũlibet sufficiet: quale Ciceronis est. Vnũ quidem certe nemo erit tam inimicus Cluentio: qui mihi nõ cõcedat: si cõstet corruptũ illud esse iudiciũ aut ab Habito: aut ab Oppianico esse corruptũ: si doceo nõ ab Habito: uinco ab Oppianico: si ostẽdo ab oppianico: purgo Habitũ. fit etiã ex duobus: quoꝝ necesse est alterũ: ueꝝ eligendi aduersario potestas: efficiturq; ut utrũ elegerit noceat. Facit hoc Cice. ꝓ Oppio. Vtrũ cũ Coctã appetisset: aut ipse cum sese conaretur occidere: telum ei e manibus ereptum est. & pro Vareno optio uobis datur: utrum uelitis casu illo itinere Varenũ usum esse: an huius ꝑsuasu: & inductu. deinde utraq; facit accusatori cõtraria. Interim duo ita proponũtᷣ: ut utrunlibet electũ idem efficiat: quale est philosophandum est etiam si non est philosophandũ: & illud uulgatum: quo schema si intelligitᷣ: quasi non intelligitᷣ: & mentietur in tormentis qui dolorem pati potest: mentietᷣ qui non potest. Vt sũt autem tria tempora: ita ordo reꝝ tribus momentis consertus ẽ. Habent enĩ omnia exordium: incremẽtum: summam: ut iurgium: deĩde cædes & strages. Est ergo hic quoq; argumentũ locus inuicem ꝓbãtiũ. Nam ex initii summa colligitur: quale est nõ possum togã prætextã sperare:

cum exordium pullum uideam:& cōtra non dominationis causa Syllā arma sumpsisse:argumentū est dictatura deposita. Similiter incremēto in utrāq; partem ducitur rei ratio:cum in cōiectura:tum etiā ī tractatu æquitatis:an ad initium summa referenda sit:idest an ei cædes īputāda sit:a quo iurgium cœpit. Est argumentorum locus ex similibus:si continentia uirtus utiq; & abstinentia:si fidem det tutor & procurator:hoc est ex eo genere:quod graeci uocant. Cicero inductionem ex dissimilibus non si lætitia bonum & uoluptas:nō quod mulieri idē popillo. Ex contrariis frugalitas bonum. luxuria enī malum:si malorum causa bellum est:erit emendatio pax:si ueniam meretur:qui īprudens nocuit:non meretur premium qui imprudens profuit. Ex repugnātibus qui est stultus:sapiens nō est. Ex cōsequentibus siue adiūctis:si iustitia est bonum recte iudicandum:si malum perfidia non est fallendū. Idē retro. Nec sunt his dissimilia:Ideoq; huic loco subiicienda:cum & ipsa naturaliter congruant:quod quis non habuit non perdidit:quem quis amat:sciens nō lædit:quem quis hæredem suum esse uoluit:carū hūit habet hēbit. Sed cum sint indubitata uim habent pene signorum īnumerabilium:sed consequentia dico acolutha. Est enim consequens sapīæ bonitas:illa sequentia paragomena:quæ postea facta sunt:aut futura nec sū de noībus āxius. Vocet enī ut uoluerit quisq; dum uis rerū ipsa manifesta sit:appareatq; hoc tēporis:illud esse naturæ. Itaq; nō dubito hæc quoq; cōsequentia:quis ex prioribus dent argumentum ad ea quæ sequuntur:quorum quidam duas species esse uoluerūt actionis:ut pro Oppio:quos educere īuitos in prouinciā non potuit:eos īuitos retinere qui potuit. Temporis in Verrem si finem prætoris edicto afferunt kal. ianuarii:cur non initium quoque edicti nascatur a kal. ianuarii? Quod utrunque exemplum tale est:ut idem in diuersum si retro agas ualeat. consequens est.n. eos q īuiti duci non potuerunt:inuitos non potuisse retineri. Illa quoq; quæ ex rebus mutuam confirmationē præstantibus ducentur:quæ proprii generis quidam uideri uolunt & uocant

Cicero ex rebus sub eandem rationē uenientibus forte consequentibus iunxerit:si portorium rhodiis locare honestum est. & Hermocreōti conducere:& q discere honestum & docere. unde illa non hac ratōne dicta:sed efficiens idem Domitii Afri sententia est pulchra. ego accusaui:uos damnastis:est īuicem cōsequens. & quod ex diuersis idem ostendit:ut q mundū nasci dicit:per hoc ipsum & deficere significet:qa deficit omne quod nascit. Simillima est his argumētatio:qua colligi solent ex his quæ faciūt ea quæ efficiunt:aut cōtra quod genus a causis uocant. Hæc interim necessario sunt:interim plerūq;:sed non

necessario. nam corpus in luce utiq; umbram facit: & umbra ubicunq; est ibi corpus esse ostendit. Alia sunt ut dixi non necessaria: uel utrinq; uel ex altera parte: sol colorat: non utiq; qui est coloratus a sole est. iter puluerulentũ facit: sed nec omne iter puluerem mouet: nec quisquis est puluerulentus ex itinere. Quæ utiq; talia fiunt: talia sunt: si sapiẽtia bonũ uirum facit: bonus uir ẽ utiq; sapiẽs. Ideoq; boni ẽ honeste facere: mali turpiter: & q honeste faciũt boni: qui turpiter mali recte iudicãt. at exercitatio plerunq; robustum corpus facit: sed non quisquis est robustus exercitatus: nec quisquis exercitatus robustus ẽ: nec qa fortitudo præstat ne mortem timeamus: quisquis mortẽ non timuerit: uir fortis erit existimandus: nec si capitis dolorem facit inutilis hominibus sol est: & hæc ad hortatiuum genus maxime pertinẽt. Virtus facit laudem: sequenda igitur: & uoluptas infamiam: fugienda igitur. Recte autem monemur causas. non utiq; ab ultimo esse retinendas: ut Medea. Vtinã ne in nemore pelio. quasi uero id eam fecerit miseram aut nocentem quod illic ceciderit abiegnæ ad terrã trabes. & Phylocteta Paridi si par esses tibi: ego nunc nõ essẽ miser: quomodo peruenire quolibet retro cãs legentibus licet. His illud adiicere ridiculũ putarem: nisi eo Cicero uteretur: quod cõiugatum uocant: ut eos qui rem iustã faciãt: iuste facere: quod certe nõ eget probatione. Quod cõpascuum ẽ: compascere licere: quidam hæc quæ uel ex causis uel ex efficientibus duximus: alieno noĩe uocant idest exitus. nam nec hic aliud tractatur: q̃ quid ex quoq; eueniat. Appositiua uel comparatiua dicunt: quæ maiora ex minoribus: minora ex maioribus: paria ex paribus: confirmãt coniectura. ex maiore siquis sacrilegiũ facit: faciet & furtũ. Ex minore: qui facile ac palam mentitur: peierabit. Ex pari qui ob rem iudicandam pecuniã accepit: & ob dicẽdum falsum testimonium accipiet. iuris confirmatio est huiusmodi. Ex maiore: si adulterium occidere licet & loris cædere. Ex minore si furem nocturnũ occidere licet: quid latronẽ? Ex pari: quæ pœna aduersus interfectorem patris iusta est: eadem aduersus matris: quorum oĩum tractatus uersat ĩ syllogismis. Illa magis in finitionibus aut qualitatibus prosunt. si robur corporibus bonum non est: minus saĩtas. Si furtum scelus: magis sacrilegium. Si abstinentia uirtus: & continentia. Si mundus prouidentia regitur: administrãda est respublica. Si domus ædificari sine ratione non potest: quid agendum si naualiũ cura & armorum. Ac mihi quidem sufficeret hoc genus: sed in species secatur: nã ex pluribus ad unũ: & ex uno ad plura. Vnde ẽ quod semel & sæpius: & ex parte ad totum: & ex genere ad speciem: ex eo quod continet ad id quod continetur: aut difficilioribus ad faciliora: & ex longe

positis ad propiora : & ad omnia quæ contra hæc sunt : eadem ratione argumenta ducuntur. Sunt enim & hæc maiora & minora : aut certe uim similem optinent : quæ si prosequamur: nullus erit ea concedendi modus; Infinita é enim rerum comparatio: iucundiora: gratiora: magis necessaria: honestiora: utiliora: sed omittamus plura: ne ī eam ipsā quā uito loquacitatem incidam : exemplorum quoq; ad hæc infinitus est numerus. Sed paucissima attingā. Ex maiori pro Cecinna qui exercitus armatos mouet: is ad uocationem togatorum non uidebitur mouisse. Ex facilore in Clodium & Curionem: ac uide an facile fieri tu potueris: cū is factus nō sit: cui tu cōcessisti. Ex difficiliore uide quæso Tubero: ut qui de meo facto non dubitem: de Ligarii audeam cōfiteri. Et ibi an sperandi Ligario causa non sit: cum mihi apud te locus sit: etiā ꝓ altero deprecandi. Ex minore pro Cecīna: ita ne uero scire esse armatos sat est: ut uim factam probes in manus eorum incidere non satis est. Ergo ut breuiter contraham summam: ducuntur argumenta a personis : causa: locis: tempore: cuius tres partes diximus præcedens: coniunctū: īsequēs facultatibus: quibus instrumētum subiecimus. modo idest ut quidq; sit factum : finitione: genere: specie: differentibus: ꝓpriis: remotione: diuisione: initio: incremētis: summa: similibus: dissimilibus: pugnantibus: cōsequentibus: efficientibus: effectis: euentis: iugatis: cōparatione : quæ in plures deducitur species. Illud adiiciendum uidetur: duci argumēta non a confessis tantum: sed etiam a fictione quam græci

uocant. Et quidem ex oībus iisdē locis: quibus superiora quia totidem species esse possunt fictæ: quot ueræ. Nā figere hoc loco idest ꝓponere aliquid: quod si uerum sit: aut soluat quæstionem: aut adiuuet. Deīde id de quo quæritur facere illi simile: id quod facilius accipiant iuuenes nondum scholam egressi. primo familiaribus magis q̄ usitatis exemplis ostendam. Lex qui parentes non aluerit uinciatur: non alit quis: & uincula nihilominus recusat: utit᷑ fictione. Simile si īfans sit: si rei. p. causa absit: & illa contra optionem fortium sit: tyrānidē petat: si templorum euersionē: plurimūq; uiriū ea res habet cōtra scriptū. Vtitur his Cicero ꝓ Cecīna. Vnde tu aut familia aut ꝓcurator tuus : si me uillicus tuus solus deiecisset. Si uero ne habeas qdem seruū præter eū q me deiecerit. & alia ī eodē libro pluria. Veꝝ eadem fictio ualet: & ad qualitates si Catilina cū suo cōsilio nefarioꝝ hoīum: quos secū eduxit: hac de re posset iudicare condemnaret Lucium Murenam. & ad amplificatioēm: si hoc tibi inter cœnam in illis īmanibus poculis tuis accidiss&: sic & si res. p. uocē haber&. Has fere sedes accepimus: probationum ī uniuersū: quas nec generatī tradere sat est: cum ex q̄libet eaꝝ īnumerabilis argumētoꝝ

copia oriatur: nec per singulas species exequi patitur natura re℞.quod qui sunt facere conati:duo pīter subierūt īcōmoda:ut nimiū dicerēt:nec tamē totū. Vnde plurimi cū ī hos īexplicabiles laqueos īciderūt:omnē etiam quem ex ingenio suo poterāt habere conatū uelut astricti certis legum uinculis ꝑdiderunt: & magistrū respiciētes naturā ducem sequi desierūt. Nam ut per se nō sufficiet scire omnes ꝓbationes:aut a rebus aut a personis peti: quia utrūq; ī plura diuiditur:ita ex antecedentibus & iūctis & īsequentibus trahenda esse argumēta. qui acceperit ꝓtinus i hoc sit īstructus:ut quid ī quaq; causa dicēdū sit:ex his sciat:præsertī cum plurimæ ꝓbationes in ipso causa℞ cōplexu repiātur: ita ut sint cū alia lite nulla cōmunes. Eaq; sūt & potētissimæ & minimæ:quia cōmunibus ex præceptis īuenienda sūt:hoc genus argumento℞ sane dicamus ex circūstātia:quia dicere aliter non possumus:uel ex iis quæ cuius causæ propria sūt:ut ī illo adultero sacerdote: qui lege qua unius seruādi potestatem habeat: se ipse seruare uoluit. ꝓpriū ē cōtrouersiæ dicere: non unū nocētem seruabas: quia ante adultero dimisso: adulterā occidere nō licebat. Hoc enī argumentū lex facit:quæ ꝓhibet adulterā sine adultero occidi:& illa ī qua lata lex est: ut argētarii dimidiū ex eo quod debebāt soluerent:creditū suū totū exigerēt. Argentarius ab argentario solidum petit: ꝓpriū ex materia ē argumentū creditoris. Iccirco adiectum esse in lege:ut argentarius totū exigeret. Aduersus enī alio nō opus fuisse lege:cum omnes præter q̄ ab argētariis:totū exigēdi ius haberent. Cum multa autem nouant̄ in omni genere materiæ:tum præcipue ī his quæstionibus:quæ scripto cōstāt:quia uocum est in singulis ābiguitas frequens adhuc in cōiunctis magis. Et hæc ipsa pluriū legum alio℞ ue scriptorū uel cōgruentium uel repugnantium cōplexu uariēt̄ necesse est:cum res rei aut ius iuris quasi signum est. Nō debui tibi pecuniā: nunq̄ me appellasti:usurā accepisti:ultro a me mutuatus es. Lex est qui patri ꝓditionis reo non affuerit: exhæres sit:negat nisi pater absolutus sit:quid signi. Lex altera proditionis dānatus cū aduocato exulet. Cicero ꝓ Cluētio. P. Popilium & Tiberiū guttā dicit nō iudicii corrupti:sed ābitus esse dānatos:quid signi:q᷑ accusatores eorum qui erant ipsi ābitus dānati e lege sit:posthac uictoriam restituti. Nec minus ī hoc curæ debet adhiberi: quid ꝓponedū:q̄ quomodo sit quod ꝓposueris ꝓbandū. Hic omnino uis īuētionis:si nō maior:certe prior. Nam ut tela superuacua sunt nescienti quid petat:sic argumenta nisi præuideris:cui rei adhibenda sint. Hoc est quod comprehendi arte nō possit. Ideoq; cum plures eadem didicerint generibus argumentorum similibus utentur: alius tamen alio plura quibus utatur inueniet. Sit

exempli gratia proposita cõtrouersia: quæ minime cõmunes cum aliis quæstiones habet. Cũ thebas euertisset Alexãder : inuenit tabulas qbus centum talenta mutua thessalis dedisse thebanos continebatur . Has quia erat usus cõmilicio thessalorum donauit iis: ultro postea restituti a Cassandro reposcũt thebani thessalos. apud amphictyonas agit̃ cẽtum talẽta: & credidisse eos cõstat: & non recepisse. Lis omnis ex eo q̃ Alexã-der ea thessalis donasse dicit̃: pendet. cõstat quoq; illud non esse iis ab Alexandro pecuniã datam. Quærit̃ ergo an pinde sit quod datũ est: ac si pecuniã dederit: quid proderũt argumẽtoꝝ loci: nisi hæc prius uidero nihil eum egisse donando nõ potuisse donare: non donasse. Et prima qdẽ actio facilis ac fauorabilis repetẽtiũ iure: quod ui sit ablatũ. Sed hĩc aspa & uehemens quæstio exoritur de iure belli dicentibus thessalis: hæc regna: populos: fines gẽtium atq; urbium cõtineri. Inueniẽdum contra est quo distet hæc cã a cæteris quæ ĩ potestatẽ uictoris uenirẽt: nec circa pbationem res hæret: sed circa ppositionẽ. Dicamus primum ĩ eo quod ĩ iudiciũ deduci potest: nihil ualere ius belli: nec armis erepta: nisi armis posse retineri. itaq; ubi illa ualeãt non esse iudicẽ ubi iudex sit: illa nihil ualere: hoc ĩueniẽdum ẽ ut adhiberi possit argumẽtum: ideo si captiuos ĩ patriam suam redierĩt liberos esse: quia bello parta non nisi eadem ui possideãt̃. Propriũ est & illud causæ: quod ãphictyones iudicant: ut alia apud centũuiros: alia apud iudicem priuatũ ĩ iisdem quæstionibus rõ sit. Tum secundo gradu nõ potuisse donari a uictore ius: qa id demum sit eius quod teneat: ius quod sit ĩcorpale apprehẽdi manu non posse. Hoc repire difficilius q̃ cũ ĩueneris argumẽtis adiuuare: ut alia sit cõdi-tio hæredis: alia uictoris: qa ad eũ ius: ad hũc res trãseat. Propriũ deinde materiæ ius publici crediti trãsire ad uictorem nõ potuisse: qa quod po-pulus crediderit: oĩbus debeat̃: & q̃diu qlibet unus supfuerit: esse eum totius sũmæ creditorẽ. Thebanos autẽ nõ omẽs ĩ Alexãdri manus fuisse: hoc nõ extrinsecus pbat̃: quæ uis ẽ argumẽti: sed ipsũ p se ualet. Tertii loci ps prior magis uulgaris nõ in tabulis esse. ius itaq; multis argumẽ-tis defẽdi põt: mens quoq; Alexãdri duci debet in dubiũ: honorarit eos: an decepit. Illud iã rursus materiæ ppriũ: & uelut nouæ controuersiæ: quod restitutione recepisse ius etiã siquid amiserint thebani uidẽtur. Hic & qd Cassãder uelit: quærit̃. Sed uel potẽtissia apud Amphytiõas æqui tractatio ẽ. Hæc enĩ nõ iccirco dico: quod inutilẽ hoꝝ locoꝝ ex q-bus argumenta ducũt̃ cognitionẽ putem: alioqn nec tradidissem: sed ne siqd cognouerint ista: si cætera negligant: pfectos se ptinus atq; cõ-summatos putent: & nisi ĩ cæteris quæ mox præcipiẽda sũt elaborauerint: mutã quandã sciẽtiã cõsecutos intelligãt. Nec enim artibus editis factũ

est:ut arguméta inuenerimus :sed dicta sũt omía anteq̃ præciperentur: mox ea scriptores obseruata & collecta ediderũt. Cuius rei ꝓbatio est:ꝙ exemplis eoꝝ ueteribus utũtur:& ab oratoribus illa repetunt. ipsi nullũ nouũ:& quod dictũ non sit:inueniũt. artifices quoq; illi qui dixerunt. Sed habéda his quoq; gratia é:p quos labor nobis detractus é. Nã quæ priores beneficio ĩgenii sĩgula ĩuenerũt:nobis & nõ sũt reqréda: & nota sũt oĩa:sed nõ magis hoc sat é:q̃ palæstrã didicisse:nisi corpus exercitatõe c:õtinétia:cibis:ante oĩa natura iuuet᷑. Sic cõtra:ne illa qdé satis sine arte ꝓfuerĩt. Illud quoq; studiosi eloquétiæ cogitét:neq; oĩbus in causis ea quæ demõstrauimus:cũcta posse repiri:neq; cũ ꝓposita fuerit materia dicédi:scrutãda singula:& uelut hostiatĩ pulsãda:ut sciãt an ꝓbãdũ id quod ĩtédimus forte respõdeãt:nisi cũ discũt:& adhuc usu carét. Infinitã enĩ faciet ipsa res discẽdi tarditaté:si sép sit necesse:ut temptãtes unum quodq; eoꝝ quod sit aptũ atq; cõueniens expiendo noscamus: nescio an etiã ĩpedimento futura sint:nisi & aĩ quædã ingenita natura & studio exercitata uelocitas recta nos ad ea quæ cõueniũt causæ ferãt. Nã ut cãtus uocis plurimũ iuuat sociata neruoꝝ cõcordia : si tamé tardior manus nisi inspectis demésisq; singulis:qbus quæq; uox fidibus iũgéda sit dubitet:potius fuerit esse cõtétũ eo quod sĩplex natura canédi tulerit. Ita huiusmodi præceptis debet qdé apta esse:& citharæ modo intéta rõ doctrinæ. Sed hoc exercitatione multa cõsequendũ: ut quéadmodũ illoꝝ artificũ:etiã si alio spectent:manus tamé ipsa cõsuetudine ad graues acutos mediosq; hoꝝ sonos fert᷑:sic oratoris cogitatione nihil moret᷑. Hæc uarietas argumétoꝝ & copia quasi offerat se & occurrat:& ut lr̃æ syllabæq; scribentiũ cogitatione nõ exigũt:sic rõne spõte sequãt᷑:

De exemplis

TErtiũ est genus ex iis quæ extrĩsecus adducũtur in causã:græci uocant   quo nomine & generaliter usi sũt in omni similiũ appositione : & specialiter ĩ iis quæ reꝝ gestaꝝ auctoritate nitũt᷑: nr̃i fere similitudinem uocari maluerũt : quod ab illis pabole dicit᷑:hoc alteꝝ exemplũ:q̃q̃ & hoc simile est:& illud exemplum nos quo facilius ꝓpositũ explicemus:utrũq;   esse credamus:& ipsi appellemus exemplũ. Nec uereor ne uidear repugnare Cicerõi:q̃q̃ collationé separet ab exemplo. Nã idé argumétationé diuidit ĩ duas ptes:ĩductioné & rõcinationem:ut pleriq; græcoꝝ ĩ

dixerũtq;   . Nã illa qua plurimũ é Socrates usus:hãc habuit uiã:cũ plura interrogasset : quæ cõfiteri aduersario necesse esset:nouissime id de quo quærebat᷑ ĩferebat:ut simile cõcessisset:id é inductio :hoc in rõcinatione fieri nõ põt: sed quod illic

interrogat̄:hic fere sumit̄. Sit igit̄ illa interrogatio talis:quod ē pomū generosissimū:nōne quod optimū concederet̄:quod equus generosissimus : nōne q optimus & plura in eundem modū:deīde cuius rei gratia rogatū est:qd homo:nōne is generosissimus: q optimus:fatēdum erit: hoc in testiū īterrogatiōe ualet plurimū : ī orōne ppetua dissimile ē. Aut enī sibi ipse respōdet orator:quod pomū generosissimum puto : quod optimū:& equus q uelocissimus:ita hoīem nō q claritate nascēdi:sed q uirtute maxīe excellet. Oīa igit̄ ex hoc genere sūpta necesse ē:aut similia esse:aut dissimilia:aut cōtraria. Dissimilitudo assum it̄ interī & ad orōis ornatū : sed illa cū res exiget:nūc ea quæ ad ꝓbationē ptinēt exequar. potētissimū aūt ē īter ea quæ sunt huius generis:quod ꝓprie uocamus exēplū idest rei gestæ:aut ut gestæ utilis ad psuadēdū id quod ītenderis cōmemoratio. Intuendū igit̄ totum simile sit:an ex pte:ut aut oīa ex eo sumamus:aut quæ utilia erūt. simile ē:iure ē occisus Saturninus:sicut Gracchi. Dissimile:Brutus occidit liberos ꝓditionem molientes. Mālius uirtutē filii morte mulctauit. Cōtrariū:Marcellus ornamēta Syracusāis hostibus restituit: Verres eadē sociis abstulit:& ꝓbādoꝝ & culpādoꝝ ex his confirmatio eosdē gradus hēt. Etiā in his quæ futura dicemus utilis similiū admonitio ē:ut si quid dicens:Dionysiū iccirco petere custodes salutis suæ:ut eoꝝ adiutus armis tyrānidem occupet:hoc referat exēplū: eadem rōne Pisistratū ad domīationem puenisse. Sed ut sunt exempla interī tota similia : ut hoc ꝓximū:sic interī ex maioribus ad minora:ex minoribus ad maiora ducūt̄. Si ꝓpter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt:qd fieri adultero par est. Tibicines cū ab urbe discessissent:publice reuocati sunt:quāto magis prīceps ciuitatis uiri & bene de re. p. meriti: cū inuidiæ cesserint ab exilo reducendi. Ad exhortationē uero præcipue ualēt īparia. Admirabilior in fœmina q̄ in uiro uirtus. Quare si ad fortiter faciendū accēdat̄ aliqs:non tātum afferet momenti Horatius & Torquatus:quātum illa mulier cuius manu Pyrrhus interfectus :& ad moriendū nō tā Cato & Scipio q̄ Lucretia : quod ipsū est ex maioribus ad minora. Sīgula igit̄ hoꝝ geneꝝ ex Cicerone. Nā unde potius exēpla ponamus. Simile est hoc ꝓ Murena. Etenim mihi ipsi accidit:ut cum duobus patriciis : altero īprobissimo:altero modestissimo atq; optimo uiro peterem:supaui tamen dignitate Catilinā:gratia Galbam. Maius minoris ꝓ Milone:negant intueri lucē esse fas ei:qui a se hominē occisū esse fateat̄:ī qua urbe tādem hoc homines stultissimi disputant:nēpe in ea quæ primum iudiciū de capite uidit. Martii Horatii fortissimi uiri: qui nondum libera ciuitate:tamē populi. ro. comitiis liberatus est:cū sua manu sororem esse interfectā fateretur. Minus maioris occidi non

Spurium Melium: qui ānona leuanda iacturaq; rei familiaris: quia nimis āplecti plebem uidebat̃: in suspicionem incidit regni appetendi: & cætera: deinde sed eum (auderet enī dicere) cum patriā piculo liberasset cuius nefandum adulteriū in puluinaribus: & totus in Clodium locus: dissimile ex se plures causas habet. fit enim genere: modo: tēpore. loco: cæterisq; per quæ fere omnia Cicero præiudicia quæ de Cluētio uidebāt̃: facta subuertit. E cōtrario uero exemplo censoriā notā laudando cēsorē Africanū: qui eum quē peierasse conceptis uerbis palam dixisset: etiam testimonium pollicitus: siquis contradiceret nullo accusante traducere equum passus esset: quæ quia erant longiora: non suis uerbis exposui. Breue autem apud Virgilium cōtrarii exemplum est. At non ille satum quo te mentiris achilles: talis in hoste fuit priamo. Quædam autē ex iis quæ gesta sunt tota narrabimus: ut Cicero pro Milone pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu Caii Marii ꝓpinquus eius imperatoris ab eo interfectus est: cui uim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose q̃ turpiter perpeti maluit: atq; hunc ille summus uir scelere solutum periculo liberauit. Quædam significare satis erit: ut idē ac pro eodem: neq; enī posset ille Hala Seruilius aut Publius Nasica aut Lucius Opimius: aut me cōsule senatus non nefarius haberi: si sceleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicēt̃ prout nota erunt: uel utilitatis causæ aut decor pōstulabit. Eadem ratio est eoꝝ quæ ex poeticis fabulis dicunt̃: nisi ꝙ his minus affirmationis adhibet̃: cuius usus qualis esse deberet: idem optimus auctor ac magister eloquentiæ ostendit. Nam huius quoq; generis eadē in orōne reperiet̃ exēplū. Itaq; hoc iudices nō sine causa etiā fictis fabulis doctissimi hoīes memoriæ ꝓdiderūt: eum q patris ulciscendi causa matrem necauisset: uariatis hominū sententiis non solū diuina sed etiā sapiētissimæ deæ sententia liberatū. Illæ quoq; fabulæ quæ etiā si ab Esopo originē nō acceperūt. Nā uidet̃ eaꝝ primus auctor Hesiodus: noīe tamen Esopi maxime celebrantur ducere animos solent: præcipue rusticoꝝ & imperitoꝝ: qui & sīplicius: quæ ficta sunt audiunt: & capti uoluptate facile iis q̄bus delectant̃: cōsentiūt. Siq̄dem & Meneuius Agrippa plebem cum patribus ī gratiam tradit̃ reduxisse: nota illa de membris humanis aduersus uentrem discordātibus fabula: & Horatius: ne in poemate q̄dem humilē usū huius generis putauit in illis uersibus: ꝙ dixit uulpes egroto cauta leoni graeci uocant: &
ut dixi nostroꝝ q̄dā non sane
recepto ī usū noīe apologationē: cui cōfine ē genus illud
quod ē uelut fabella breuior: & per allegoriā accipit̃: non nostrū inquit onus: uos clitellas ꝓximas. Exempli uires habet similitudo: præcipueq;

illa quæ ducit̃ citra ullam trãslationem mixturã ex rebus pene paribus: ut qui accipere in campo consueuerũt : iis candidatis. quorũ minimos suppressos esse putant: inimicissimi solent esse : sic huiusmodi iudices ĩfesti: tum reo uenerant. Nam parabole quam Cicero collationẽ uocat: longius res quæ parentur repetere solet : nec hominum modo inter se opera similia spectantur : ut Cicero pro Murena facit. Quod si e portu soluentibus : qui iam in portum ex alto inuehuntur : prædicere sũmo studio solent : & tempestatum rationem & prædonum & locorũ: natura affert: ut iis faueamus: qui eadẽ picula qbus nos pfũcti sumus: ingrediãt̃: quo me tandẽ aĩo esse oportet prope iã ex magna iactatione terram uidentẽ in hũc cui uideo maximas tempestates esse subeundas: sed a mutis atq; etiã inanimis interĩ huiusmodi ducit̃. Et quoniã similiũ alia facies ĩ tali rõne admonendũ ẽ rarius esse in oratiõe illud genus quod græci uocant : ĩ quo exprimit̃ rerum aut personaꝝ imago: ut Cassius: qui istam faciẽ Lani pedi senis torquens: q̃ id quod ꝓbabilius fit : quod intendimus: ut si amimũ dicas excolẽdũ: similitudine utaris terræ : quæ neglecta sentes atq; dumos exculta fru/ctus creat: aut si ad curã rei. p. horteris : ostẽdes apes etiã formicasq; nõ modo muta: sed etiã parua animalia: ĩ cõmune tamen laborare. Ex hoc genere dictũ ẽ illud Ciceronis: ut corpora nr̃a sine mente: ita ciuitas sine lege suis ptibus: ut neruis ac sãguĩe & mẽbris uti nõ põt. Sed ut hoc cor/poris humãi ꝓ Cluẽtio: ita ꝓ Cornelio equoꝝ: ꝓ Archiã saxoꝝ quoq; ẽ usus similitudĩe: illa ut dixi ꝓpriora: ut remi sĩe gubernatore: ita milites sine ĩperatore nihil ualere. Solẽt tamen fallere similitudinũ spẽs. Ideoq; adhibẽdũ est his iudiciũ: neq; enĩ ut nauis utilior noua q̃ uetus: sic ami/citia: uelut laudãda: quæ pecuniã suam pluribus largit̃: ita quæ formã. uerba sunt in his similia. largitiõis & uetustatis uis qdem lõge diuersa pecuniæ & amicitiæ. Itaq; ĩ hoc genere maxĩe quærit̃: an simile sit quod ifert̃: etiã si ĩ illis ĩterrogationibus Socratis: quaꝝ paulo ãte feci mẽtio/nem: cauẽdũ ne ĩcaute respõdeas: ut apud Aeschynẽ socraticũ male re/spõdit Aspasia Xenophontis uxor. Quod Cicero his uerbis trãsfert: dic mihi quæso Xenophõtis uxor: si uicina tua melius hẽat auꝝ q̃ tu hẽs? utrũ ne illius an tuũ malis? illius inquit. quid si uestẽ & cæteꝝ ornatũ muliebrẽ prætii maioris hẽat q̃ tu habeas? tuũ ne an illius malis? respõ/dit illius age is ĩquit? si uirũ illa maiorẽ habeat q̃ tu habeas: utrum ne tuũ uirũ malis : an illius. hic mulier erubuit. merito enĩ male respõde/rat se malle alienũ aurũ q̃ suũ. Nam ẽ id hoc ĩprobũ: at si respõdisset se malle aurũ suũ tale esse quale illud eẽt: potuisset pudice respõdere malle se uirũ suum talẽ esse qualis melior esset. Scio quosdam inani diligẽtia

p minutissimas ptes ista secuisse:& aliquid esse simile minus:ut simia hominũ:& ut marmora deformata prima manu aliud plus:ut illud nõ ouum tã simile ouo:& dissimilibus ĩesse simile:ut formicæ & elephãto genus:qa sũt animalia.similibus dissimile:ut canibus catulos:& matribus ædos.differũt enim ætate.Contrariorũ quoq; aliter accipi opposita: ut noctem luci.aliter noxia:ut aquã frigidam febri.aliter repugnantia: ut uerũ falso.aliter separata:ut dura nõ duris. Sed quid hæc ad præsẽs ppositũ magnope ptinent non reperio. Illud ẽ ãnotandũ magis argumẽta duci ex iure simili:ut Cicero in topicis eũ cui domus usus fructus relictus sit:nõ restituturũ hæredi:si corruerit: qa nõ restituat seruũ:si is decesserit.e cõtrario nihil obstat:quo minus iustũ matrimonio sit mẽte coeũtiũ: & etiã si tabulæ signatæ nõ fuerĩt:nihil enĩ pderit signasse tabulas si mẽtẽ mrĩmonii nõ fuisse cõstabit.Ex dissimili quale ẽ Cicerõis p Cecĩna:ut siquis domo me exire coegisset armis:haberẽ actionẽ.siqs introirẽ phibisset:non haberẽ.Dissimilia sic deprehendunt̃:non siqui argẽtũ omne legauit:uideri põt signatã quoq; pecuniã reliquisse:ideo etiã quod est ĩ noĩbus dari noluisse credit̃ Quidã a simili supauerũt:nos eam subiectã huic generi putamus.Nã ut unũ ad decẽ: & decem ad centum:simile est certe.& ut hostis:sic malus ciuis:q̃q̃ hæc ulterius quoq; pcedere solent.Si turpis dominæ cõsuetudo cum seruo: turpis domino cũ ãcilla.Si mutis aĩalibus finis uoluptas:idẽ homini. cui rei facillime occurrit ex dissimilibus argumẽtatio.nõ idẽ ẽ dnũm cũ ancilla coisse:quod dominã cũ seruo:nec si mutis finis uoluptas :rõnabilibus quoq; .ĩmo ex cõtrario : qa mutis:ideo nõ rõnabilibus.adhibet̃ extrĩsecus ĩ causã & auctoritas.Hæc secuti græcos a qbus dicũt̃ iudicia:aut iudicationes uocãt:de qbus ex cã dicta sentẽtia ẽ.Nã ea qdẽ in exẽplorũ locũ cædunt.Sed siqd ita uisũ gẽtibus:populis:sapientibus: uiris claris:ciuibus illustribus poetis referri põt:ne hæc qdẽ uulgo dicta & recepta psuasiõe populari sine usu fuerĩt testimonia.Sũt enĩ quodãmodo uel potẽtiora etiã q̃ nõ causis accõmodata:sed liberis odio & grã mẽtibus:ideo tãtũ dicta factaq; qa aut honestissĩa aut uerissĩa uidebãt̃: An uero me de ĩcõmodis uitæ differentẽ nõ adiuuabit earũ psuasio natiõnũ:quæ fletibus natos lætitia defũctos psequũt̃:aut si misericordiã cõmẽdabo iudici:nihil pderit. Quod prudẽtissĩa ciuitas atheniẽsium: nõ eam p affectu:sed p aĩo accepit.Nam illa septẽ præcepta sapiẽtũm nõne quasdã uitæ leges existimamus?Si causã ueneficii dicat ĩ adultera: nõ Marci Catonis iudicio dãnata uideat̃: q nullã adulterã nõ eadẽ esse ueneficã dixit:iam sẽtentiis qdem poetarũ nõ orõnes modo sunt refectæ: sed libri etiã phõrũ:q q̃q̃ ĩferiora oĩa præceptis suis ac lr̃is credũt:repetere

tamen auctoritatē a plurimis uersibus nō fastidierunt: neq; ē ignobile exēplum: Megarius ab atheniensibus cū de salamine cōtenderēt: uictus Homeri uersu: qui tamē ipse nō ī omni editione repit᷑: significās Aiacē naues suas atheniensibus iūxisse. Ea quoq; quæ uulgo recepta sūt: hoc ipso ꝙ īcertū auctorem habēt uelut oīum fiunt: quale ē: ubi amici: ibi opes: & conscīa mille testes. Et apud Ciceronē. pares aūt (ut est in ueteri ꝓuerbio) cū paribus facillime cōgregāt᷑. neq; enī durassent hæc ī æternū: nisi uera oībus uiderent᷑. Ponit᷑ a quibusdā: & qdem in pte prima deoꝝ auctoritas: quæ ē ex respōsis: ut Socratē ēe sapiētissimū: id rarū ē. Tamē utit᷑ eo Cicero ī libro de aruspicū respōsis. Et in cōcione cōtra Catilinā: cū signū Iouis colūnæ īpositū populo ostēdit. Et ꝓ Ligario cū causam Caii Cæsaris meliorem qa dii hoc iudicauerint: confitet᷑. quæ cū ꝓpria causæ sint diuina testimonia uocāt᷑: cū aliūde accersunt᷑ argumēta: nō nūq̄ contingit iudicis quoq; aut aduersarii: aut eius qui ex diuerso agit dictū aliquid aut factū assumere ad eoꝝ quæ ītēdimus fidē: ꝓpter quod fuerūt qui exēpla & has auctoritates ꝓbatiōum īartificialiū esse arbitrarēt᷑: ꝙ ea nō īueniret orator: sed acciperet. Plurimū aūt refert. nā testis & quæstio & his similia de ipsa re quæ ī iudicio ē ꝓnūciāt. extra petita nisi ad aliquam præsentis disceptatiōis utilitatē īgenio applicant᷑: nihil per se ualēt.

DE Vsu argumentorum

HAec fere de probatione uel ab aliis tradita uel usu præcepta in hoc tempus sciebā. nec mihi fiducia est: ut ea sola esse cōtendam: quī īmo hortor ad quærendū & inueniri posse fateor. quæ tamē adiecta fuerint nō multū ab his abhorrebūt. Nūc breuiter queādmodū sit utēdū his subiūgam. traditū fere est argumentū oportere esse confessū. dubiis enī ꝓbari dubia q possunt᷑. Quædā tamen quæ in alterius rei ꝓbationē ducimus: ipsa ꝓbanda sunt: occidisti uirum: cras enim adultera. prius de adulterio conuīcēdum est: ut cum id cœpit esse ꝓ certo: fiat incerti argumentum. spiculum tuum in corpore occisi inuentum est: negat suū: ut ꝓbationi ꝓsit ꝓbādum est. Illud hoc loco monere inter necessaria ē: nulla esse firmiora: q̄ quæ ex dubiis facta sūt certa: cædes a te facta ē: cruentā uestē habuisti: nō est tā graue argumentum si fatet᷑: q̄ si conuīcit᷑. Nā si fatet᷑ multis ex causis: potuit cruēta esse uestis. si negat: hic causæ cardinē ponit: in quo si uictus fuerit: etiā in sequentibus ruit. nō enim uidet᷑ in negando mentiturus fuisse: nisi desperasset id posse defendi si confiteretur. Firmissimis argumentoꝝ singulis instandum: infirmiora cōgregāda sunt: qa illa ꝑ se fortia non oportet circūstātibus obscurare: ut qualia sūt appareāt. Hæc imbecilla natura mutuo auxilio sustinēt᷑. Itaq; si non possunt ualere: quia magna sunt: ualebunt qa multa sunt.

quæ ad eiusdem rei ꝓbationem oīa spectāt. Vt siquis hæreditatis grā hoīem occidisse dicat̃. hæreditaté spabas: & magnā hæreditaté. & paup eras: & tum maxime a creditoribus appellabaris: & offéderas eum cuius hæres eras: & mutaturū tabulas sciebas. singula leuia sunt & cōmunia. uniuersa uero nocent: si etiā non ut fulmine: tamen ut grādine. Quædā arguméta ponere satis nō ē: adiuuāda sūt: ut cupiditas cā sceleris fuit: quæ sit uis eius: ira quantū efficiat ī animis hoīum talis affectio: ita & firmiora erunt ipsa: & plus hébunt decoris: si non nudos: & uelut carne spoliatos actus ostenderit. Multū etiā refert si arguméto nitemur odii. Vtrū hoc ex īuidia sit: an ex īiuria: an ex ābitu: uetus an nouū: aduersus inferioré ptem an superiorem: alienū an ꝓpinquum. Suos habent oīa ista tractatus: & ad utilitatem partis eius quā tuemur referéda sūt. Nec tamen omnibus semp quæ īuenerimus argumētis onerandus est iudex: qa & tedium afferunt: & fidem detrahunt. neq; enim pōt iudex credere satis esse ea potentia: quæ non putamus ipsi sufficere qui diximus. In rebus uero apertis argumentari tam sit stultum: q̃ in clarissimum solem mortale lumé inferre. His qdé ꝓbationes adiciunt: quas uocant: ductas ex affectis: atq; Aristoteles qdem potétissimū putat ex eo q dicit: si sit uir optimus: quod ut optimū est: ita lōge quidé. sed sequit̃ tamen uideri. Inde enim illa nobilis Scauri defensio. Quintus Varius succonensis ait Aemilium Scaurum rem. p. po. ro. prodidisse: Aemilius Scaurus negat: cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur: qui cum Aristophonté quo accusante similis criminis reus erat: interrogasset an is accepta pecunia rempu. proditurus ess&: isq; id negass&. Quid igitur inquit tu non fecisses: ego feci. Intuendum autem: & quis apud quem dicimus: & id quod illi maxime probabile uideatur: requirendum. qua de re locuti sumus & ꝓoemii & suasoriæ præceptis. Altera ex affirmatione probatio est. Ego hoc feci: tu mihi hoc dixisti. Et o facinus īdignū: & similia: quæ nō debent deesse qdem orōni: & si desunt multū nocent: non tamen habenda sunt inter magna præsidia: cū in hoc eadem causa fieri ex utraq; parte similiter possit. Illæ firmiores ex sua cuiusq; psona probationes: quæ credibilem rationem subiectā habent: ut uulneratus: aut filio orbatus non fuerit: alium accusaturus q̃ nocentem: quando si negocium innocenti facit: liber& eum noxa: qui admiserit. hinc & pr̃es aduersus liberos quisq; necessarios auctoritaté petunt. quæsitum etiā potentissima arguméta: primo ne ponenda sint loco: ut occupent aīos: an summo: ut idem dimittāt. an partita primo summoq;: ut homerica dispositione in medio sint infirma: aut a minimis crescant: quæ prout ratio causæ cuiusq; postulabit ordinabūt̃: uno ut ego céseo excepto: ne a

poteńtissimis ad leuissima decrescat oratio. Ego hoc breuiter demōstrasse contentus: ita posui: ut locos ipsos & genera q̄ possem apertissime ostenderem. Quidam executi sunt uerbosius quibus placuit ꝓposita locorū coīum materia: quo quæq; res modo dici posset ostendere. Sed mihi superuacuum uidebatur. Nam fere apparet quid in iniuriam: quid in auaritiam: quid in testem īimicum: quid pro teste amico dicendum sit. Et de omnibus his omnia dicere infinitum est: tam hercule q̄ si controuersiarum quæ sunt: quæq; futuræ sint quæstiones: argumenta: sententias tradere uelim. Ipsas autem uelut argumētoꝝ sedes: non me quidem omnes ostendisse confido: plurimas tamen. quod eo diligētius faciendum fuit: quia declamationes ad pugnam forensem uelut præpilatis exerceri solebamus: olim iam ab illa uera imagine orādi recesserūt. atq; ad solā cōpositæ uoluntatem neruis carent: non alio mediusfidius uitio dicentium: q̄ quo mancipioꝝ negociatores formæ pueroꝝ uirilitate excisa lenocinant̄. Nam ut illi robur ac lacertos: barbamq; ante oīa & alia quæ natura propria maribus dedit: parū exstimant decora quæq; fortia si liceret forent: ut dura molliunt: ita nos habitum orōnis ipsū uirilem: & illam uim strictæ robustæq; dicendi tenera quadam elocutionis cute operimus: & dū leuia sint ac nitida: quātum ualeant nihil interesse arbitramur. Sed mihi naturā ītueri nemo nō uir spadone formosior erit: nec tam auersa unq̄ uidebitur ab opere suo prouidentia: ut debilitas īter optima īuenta sit: nec id ferro speciosū fieri putabo: quod si nasceretur mōstrum erat: libidinem iuuet ipsum effœminatum sexus mendaciū: nūq̄ tamen hoc continget malis moribus regnum: ut si qua præciosa fecit: fecerit & bona. Quapropter eloquentiam licet hanc (ut sentio enī dicamus) libidinosam resupinam uoluptate auditoria ꝓbēt: nullam esse existimabo: quæ ne minimū quidē in se iudiciū masculini & incorrupti ne dicam grauis & sancti uiri ostendet. at uero statuarum artifices pictoresq; clarissimi: cum corpora q̄speciosissime fingendo pingendoue effingere cuperent: nunq̄ tamen in hunc inciderunt errorem: ut Bachiam aut Megabuxum aliquem in exemplum operis assumerent sibi: sed Dorīphoron illū uel militiæ uel palæstræ: alioꝝ quoq; iuuenū bellicoꝝ & athlætarū corpora decorare existimauerint. Nos qui oratorē studemus effingere non arma sed tympana eloquentiæ demus. Ille igit̄ & quem īstituimus adolescens q̄maxime pōt cōponat se ad imitationem ueritatis: initurusq; frequēter forensium certaminū pugnam: iam ī schola uictoriam spectet: & ferire uitalia aut tueri sciat. & præceptor id maxime erigat: & inuentū præcipue probet. Nam ut ad peiora iuuenes laude ducuntur: ita laudari in bonis gaudent: nūc illud mali est: quod

necessaria plerūq; silentio transeunt. Nec ĩ dicendo uidetur inter bona utilitas. Sed hæc & ĩ alio nobis tractata sunt opere: & in hoc sæpe repetenda. nunc & ad ordinẽ inceptum reuertamur.

DE Refutatione.

REfutatio dupliciter accipi potest. nam & pars defensoris tota est posita in refutatione: & quæ dicta sunt ex diuerso debent utrinq; dissolui: & hoc est proprie cui in causis quartus assignaiur locus: sed utriusq; similis conditio est. neq; uero ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte peti potest: q̃ in confirmatione: nec locorum aut sentẽtia℞ aut uerborum & figurarum alia conditio est. affectus plerunq; hæc pars mitiores habet. Non sine causa tamẽ difficilius sẽper est creditū. Quod Cicero sæpe testat᷑ defendere q̃ accusare: primum ꝗ est res illa sĩplicior. proponitur enim uno modo: uarie dissoluitur: cum accusatori satis sit plerunq; uerum esse id quod obiecerit: patronus neget: defendat: transferat: excuset: deprecetur: molliat: minuat: auertat: despiciat: derideat. Quare indirecta fere atq; ut sic dixerĩ clamosa ẽ actio. hinc mille flexus & artes desiderantur: tum accusator præmeditate pleraq; domo affert. patronus etiam inopinatis: frequenter occurrit: accusator dat testem: patronus ex ipso refellit. accusator criminum inuidia: & si falsa sit materiam dicendi trahit de parricidio: sacrilegio: maiestate: quæ patrono tantum negāda sunt. Ideoq; accusationibus etiam mediocres in dicẽdo suffecerūt: bonus defẽsor nemo nisi q eloquẽtissimus fuit. Nā ut quod sẽtio semel finiam: tanto ẽ accusare q̃ defendere: q̃ facere: q̃ sanare uulnera facilius. Plurimum autem refert: & quid protulerit aduersarius: & quomodo. primo igitur intuendum est id cui responsuri sumus: ꝓpriū sit eius iudicii: an ad causam extra accersitum. Nam si est proprium aut negandum: aut defenfendum: aut transferendum: extra hæc in iudiciis fere nihil est. Deprecatio qdem quæ est sine illa specie defensionis rara admodum: & apud eos solos iudices: qui nulla certa forma ꝓnunciandi tenentur: q̃q̃ ille quoq; apud Caium Cesarem & triūuiros pro diuersa℞ partium hoĩbus: actiones etiā si precibus utunt᷑: adhibent tamẽ patrocinia: nisi hoc fortissime defẽdentis est dicere. Quid aliud egimus Tubero: nisi ut quod hic pōt nos possemus. Quod siquando apud prĩcipẽ aliūue: cui utrum uelit liceat dicemus: dicendū erit. Dignū quidẽ morte eum pro quo loquemur: clæmentia tamen seruandum esse: uel talẽ primum oĩum nõ erit res nobis cū aduersario: sed cum iudice. deĩde forma deliberatiuæ magis materiæ q̃ iudicialis utemur. suadebimus enim ut laudem humanitatis potius q̃ uoluptatem ultionis concupiscat. Apud iudices quidem secūdum leges dicturos sentẽtiam de cõfessis præcipere

ridiculum est. Ergo quæ neq; negari neq; transferi possunt: utiq; defendenda sint: qualiacunq; sunt: aut a causa cedendum. negādi duplicem ostendimus formam: aut non esse factum: aut non hoc esse: quod factū sit: quæ neq; defendi neq; transferi possunt: utiq; neganda: nec solū si finitio potest esse pro nobis: sed etiā si nuda īficiatio superest: testes ert. multa ī eos dicere licet: chyrographū de similitudine literaꝶ differendū. Vtiq; nihil erit peius q̄ confessio. Vltima est actionis controuersia cum defendendi negandi ue non est locus. i. relatio. Atq; quædam sunt quæ nec negari nec defendi nec transferi possunt. adulterii rea est: quæ cum anno uidua fuisset: enixa est: lis non erit. quare illud stultissime præcipitur: quod defendi non possit: silentio dissimulandum: siquidem est id de quo iudex pronūciaturus est. At si extra causam sit adductum: & tamen coiunctum: malim quidem dicere nihil ad quæstioem: nec esse ī his morādū: & minus esse q̄ aduersarius dicit: tamen uelut huic simulationi obliuionis ignoscam. debet enim bonus aduocatus pro rei salute breuem negligentiæ reprehēsionem nō pertimescere. Videndum etiam an simul nobis plura aggredienda: an āmolienda singula. plura simul inuadimus: si aut tā infirma sunt ut pariter īpelli sit: aut tā molesta ut pedem conferre cum singulis non expediat. tū enim toto corpore enitendum: & ut sic dixerim detecta frōte pugnandū est. Interī si resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit: nostra argumenta cum aduersaroꝶ argumentis cōferemus: si modo hoc ut ualentiora uideant̃ effici poterit. Quæ uero turba ualebūt: diducēda erunt: ut quod paulo ante dixi: eras hæres & paup: & magna pecuīa appellabaris a creditoribus: & offēderas: & mutaturum tabulas testamenti sciebas. urgent uniuersa: ut si singula quæque dissolueris: iam illa flamma quæ magna congerie conualuerat diductis quibus alebatur concidet. Vt si uel maxima flumina in riuos diducant̃: qualib& transitum præbent. Itaq; propositio quoq; secūdam hanc utilitatem accommodabitur: ut ea nunc singula ostēdamus: nunc complectamur uniuersa. Nam interim ꝙ pluribus collegit aduersarius satis est semel proponere: ut si multas causas faciendi quod arguit reo dicet accusator fuisse nos non enumeratis singulis semel hoc intuendū negemus: quia non quisquis causam faciendi sceleris habuit & fecerit. sæpius autem accusatori congerere argumenta: reo dissoluere expediet. Id autem quod erit ab aduersario dictum: quomodo refutari debeat intuēdum est. Nam si erit palam falsum: negare satis est: ut pro Cluentio Cicero eum quē dixerat accusator epoto poculo concidisse negat: eodē die mortuum: palam etiam contraria & supuacua & stulta reprehēdere nullius artis est. Ideoq; nec rationes eorum exempla tradere necesse est.

Id quoq; obscura uocant quod secreto & sine teste aut argumento dicit factum: satis natura sua infirmũ est. sufficit enim quod aduersarius nõ probat. Itẽ si ad causam non ptinet. Est tamen interim oratoris efficere: ut quid aut contrarium esse: aut a causa diuersum: aut incredibile: aut superuacuum: aut nostræ potius causæ uideatur esse cõiũctum. Obiicit Oppio ꝙ de militum cibariis detraxerit asperum crimen: sed id cõtrariũ ostendit Cicero: quia iidem accusatores obiecerũt Oppio: ꝙ is uoluerit largiẽdo corrũpere exercitũ. Testes in Corneliũ accusator lecti a tribuno codicis pollicetur. Facit hoc Cicero superuacuũ: quia ipse fateat: petit accusationem in Verrẽ Quĩtus Cæcilius ꝙ fuerat quæstor eius: ipsum Cicero ut pro se uideretur efficit: cætera quæ ꝓponunt cõmunis locos habẽt. aut enĩ coniectura excutiuntur: an uera sit: an finitiõe: an ꝓpria: aut qualitate: an inhonesta: iniqua: ĩꝓba: ĩhumana: crudelia: & cætera: quæ ei generi accidũt. eaq; nõ modo ĩ ꝓpositionibus aut rationibus: sed ĩ toto genere actionis ĩtuenda: an sit crudelis ut Labienis ĩ Rabiriũ lege perduelionis inhumana: ut Tuberonis Ligariũ exulẽ accusantis: atq; id agentis: ne ei Cæsar ignoscat: superba ut ĩ Oppium epistola cõctereũ factum: proinde præcipites insidiosæ impotentes deprehenduntur. Ex quibus tamen fortissime inuaseris quod est aut omnibus periculosum: ut dicet Cicero pro Rullio. Quis ergo statuit unq̃: aut cui concedi sine summo omnium periculo potest: ut cum iure potuerit occidere a quo metuisse se dicat: ne ipse posterius occideretur: aut ipsis iudicibus: ut ꝓ Oppio monet pluribus: ne illud actionis genus in equestrem ordinem admittant: nonnũq̃ tamen quædã bene contẽnũtur: uel tanq̃ leuia: uel tanq̃ ad causã nihil pertinentia. Multis hoc locis facit Cicero. Sed hæc simulatio interim hucusq; procedit: ut quæ dicendo refutare nõ possu-mus: quasi fastidiendo calcemus. Quoniam uero maxima pars eorum similibus cõstat: rimãdũ erit diligẽtissime: quid sit in quoq; quod assu-mitur. dissimile in iure facile deprehenditur: Est enĩ scriptum de rebus utiq; diuersis: tantoq; magis ipsa rerum differẽtia põt esse manifesta. Illas uero similitudines quæ ducunt ex mutis animalibus aut ĩanimis: facile est eludere. Exempla rerum uarie tractãda sunt si nocebunt: quæ si uera erunt fabulosa dicere licebit: sin dubia maxime quidem dissimi-lia. neq; enim fieri potest ut paria sit omnia: ut si Nasica post occisum Gracchum defẽdatur exemplo Halæ: a quo Melius est interfectus. Me-lium regni affectatorẽ fuisse a Graccho leges modo latas esse populares: Halam magistrum equitum fuisse: Nasicam priuatum esse dicatur. si defecerint omnia: tum uidendum erit: an optinere possit: ne illud q̃dẽ recte factum. quod de exemplis idẽ etiã de iudicatis obseruãdũ. Quod

autem posui referre: quo quicque accusator modo dixerit: huc ptin&: ut si est minus efficaciter locutus: ipsa eius uerba ponant: si acri & uehementi usus fuerit oratione: eandem rem nostris uerbis mitioribus pferamus: ut Cicero de Cornelio codicem attigit: & protinus cū quadā defensione: ut si pro luxurioso dicendū sit: obiecta est paulo liberalior uita: sic & pro sordido parcum: pro maledico liberū dicere licebit. Vtiq; nunq̄ committendum est: ut aduersariorum dicta cum sua confirmatione referamus: aut etiam ioci alicuius executione adiuues: nisi cum eludenda: apud exercitum mihi fueris inquit: tot annis forum non attigeris: abfueris tam diu & cum tam longo interuallo ueneris: cum iis qui in foro habitarūt: de dignitate cōtēdas. Præterea de cōtradictiōibus interim totū crimen exponitur: ut Cicero pro Scauro contra Boscarem facit: uelut orationem diuersæ ptis imitatus: aut pluribus ppositionibus iunctis: ut pro Vareno. cum iter per agros & loca sola facer&: cū Populeno in familiā anchariană incidisse dixerunt: deinde Populenū occisum esse: illico Varenum uinctum obseruasse: dum hic ostender& quid de eo fieri uellet: quod est utique: si erit incredibilis rei ordo: & ipsa expositione fidem perditurus: interim per partes dissoluitur: quod cōtextu nocet: & plerūq; id est tutius: quædā contradictiones natura sūt singulæ. id exēplis non eget. Cōmunia bene apprehēdunt non tantum: qa utriusq; sint partis: sed qa plus prosunt respōdenti. neq; enī pigebit: qa sæpe monui: referre. cōmune: q prior dicit cōtrariū: qúo aduersarius beue uti pōt. at enim nō uerisimile ē tantum scelus. M. Cottam esse cōmentum: quid hoc uerisimile est tātum scelus Oppium esse conatum. Artificis autē est īuenire ī actione aduersari: quæ īter semet ipsa pugnēt: aut pugnare uideant: quæ aliquādo ex rebus ipsis manifesta sunt: ut in cā Cæliana Clodia: aurū se Cælio cōmodasse dicit: quod signū magnæ familiaritatis est. uenenū sibi patum: quod sūmi odii argumētum est. Tubero Ligarium accusat: q is in Africa fuerit: & querit: q ab eo ipse in Africam nō sit admissus. aliquādo uero præbet eius rei occasionē minus considerata ex aduerso dicentis oratio: quod accidit præcipue cupiditas sententiaꝝ: ut ducti occasione dicēdi nō respiciant: qd dixerint: dū locū præsentē nō totam causā intuent. Quid tam uideri pōt contra Cluētiū q̄ censoria nota. Quid tā contra eundem q̄ filium ab Egnatio corrupti iudicii: q Cluentius Oppiātium circunuenisset crimine exhæredatum. At hæc Cicero pugnare īuicē ostēdit. Sed tu acti cōsideres cēseo diligēter: utrum censorium iudiciū graue uelis esse: an Egnatii si Egnatii leue est. quod cēsores de cæteris subscripserunt. Ipsum enī Egnatium: quem tu grauē esse ius de senatu eiecerunt. Sin autem censorum hunc Egnatium

quem pater censoria supprǽscriptione exhǽredauit censores in senatu: cum patrem reiecissent retinuerunt. Illa magis uitiose dicuntur: quam acute reprehenduntur: argumētum dubium pro necessario: cōtrouersū pro confesso: cōmune pro pluribus: pro proprio uulgare: superuacuū seruis constitutum contra fidem. Nam & illa accidunt parum cautis: ut crimen augeant: quod probandum est: de facto disputent: cum de auctore quǽratur: impossibilia aggrediantur: pro effectis relinquāt uix dū incohata: de homine dicere: q̄ de causa malint. hominum uitam rebus assignent: ut siquis decem uiratum accuset: non Appium: manifestis non repugnant: dicent quod aliter accipi possit. sūmam quǽstionis non intueantur: non ad prǽposita respondent: quod unū aliquando recipi potest: cū mala causa adhibitis extrinsecus remediis tuēda est: ut cū peculatus Verres reus fortiter: & industrie tuitus contra Pyratas siciliam dicitur: Eadem aduersus contradictiones nobis oppositas prǽcepta sunt. Hoc tamen amplius: quod circa eas multi duobus uitiis diuersis laborant. Nam quidam etiam foro tanq̄ molestam rem & odiosam prǽtereunt. Etenī plerūq; quǽ cōposita domo attulerunt: contenti sine aduersario dicūt. & si licet multo magis: in scholis in quibus non solum contradictiones omittunt: uerum etiam ipsǽ materiǽ: sic plerūq; finguntur: ut nihil dici pro altera parte possit. Alii diligentia lapsi uerbis etiā uel sententiolis oībus respondendum putant: quod est: & infinitum: & superiora: nō enī causa reprehēditur: sed actor: quē ego sēper uideri mallem sic disertum: ut si dixerit: quod rei profuerit: ingenii creditur laus esse non causǽ: siquando forte non lǽdat: causǽ nō ingenii culpa. Itaq; illǽ reprehensiones: aut obscuritatis: qualis in Rullū fuit infantiǽ: in dicendo: qualis in Pisonē īscitiǽ rerum uerborumq;: & insulsitatis etiam: qualis in Antonium accommodantur: ut iustis odiis. suntq; utiles ad conciliandum iis quos inuisos facere uolueris odiū. alia respōdendi patronis ratio: & aliquādo tamen eorum non oratio modo: sed uita etiam: uultus deniq;: incessus: habitus: recte incusari solet. Vt aduersus Quintium Cicero: nō hǽc solū sed ipsam etiam prǽtextam demissam ad talos insectatus est. Presserat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. Nō unq̄ eleuādǽ inuidiǽ gratia. quǽ asperius dicta sunt: eluduntur: ut a Cicerone Triarius. Nam cum Scauri columnas per urbem pulustris uectas esse dixit. Ego porro īquit: qa albanas habeo columnas: clitellis eas apportaui. Et magis hoc in accusatores concessū est: qbus cōuitiari aliquando patrocinii fides cogit. Illa uero aduersus oēs: & recepta & nō humana cōquǽstio: si callide quid acuisse: breuisse: obscurasse: distulisse dicuntur. Defēsionis quoq; permutatio reprehenditur sǽpe: sicut Appius aduersus Cluētiū:

Aeſchines aduerſus Cteſiphontem : Cum ille Ciceronem lege uſurum modo : hic minime de lege dicturum Demoſthenem quæritur :Declamatores uero in primis ſunt admonendi:neu contradictiones eas ponãt: quibus facillime reſponderi poſſit : neu ſibi ſtultum aduerſarium fingant : facimus autem ꝙ maxime uberes loci popularesq; ſententiæ naſcuntur : materiam dicendi nobis quo uolumus ducentibus : ut non ſit ille inutilis uerſus : non male reſpondit : male enim prior ille rogarat. Fallet hæc nos ĩ foro cõſuetudo:ubi aduerſario nõ ipſi nobis reſpõdebimus. Aiunt Actium interrogatũ :cur cauſas nõ ageret:cũ apud eum in tragœdiis tanta uis eſſet:optime hãc reddidiſſe rationẽ: ꝙ illic ea dicerẽt: quæ ipſe uellet : in foro eſſent dicturi aduerſarii quæ minime uellet. Ridiculum eſt ergo in exercitationibus:quæ foro præparantur:prius cogitare quid reſpõderi:q̃ quic quid ex diuerſo dici poſſit. Et bonus præceptor non minus diſcipulũ laudare debet:ſiquid pro diuerſa:q̃ ſiquid pro ſua parte acriter excogitauit. Rurſus aliquid ĩ ſcholis permittendũ ſemper:in foro raro. Nam loco a petitore primo cõtradictione uti:qui poſſumus ? ubi uera res agitur. Cum aduerſarius adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen pleriq; in hoc uitium uel conſuetudine declamatoriã: uel etiam cupiditate dicendi:dantq; de ſe reſpõdentibus uenuſtiſſimos luſus: cũ modo ſe uero nihil dixiſſe:nec tã ſtulte dicturos : modo bene admonitos ab aduerſario:& agere gratias:ꝙ adiuti ſint iocãt. Frequẽtiſſime uero id quod firmiſſimum eſt:nunq̃ his reſponſurum aduerſariũ fuiſſe:quæ propoſita non eſſent:niſi ſcirent illa uera eſſe:& ad fatendũ conſcientia eſſet impulſus : ut pro Cluentio Cicero. Nam hoc perſæpe dixi tibi:ſic renunciari:me habere in animo cauſam hanc præſidio legis defendere : ita ne eſt? ab amicis imprudentes uidelicet prodimur. Et eſt neſcio quis de iis quos amicos eſſe arbitramur nobis : qui noſtra conſilia ad aduerſarium deferat. Quiſnam tibi hoc renunciauit ? quis tam improbus fuit ? cui autem ego narraui ? nemo ut opinor in culpa eſt:nimirum tibi iſtud lex ipſa renunciauit. At quidam contradictione non contenti:totos etiam locos explicant:ſcire ſe hoc dicturos aduerſarios : & ita perſecuturos : quod factum uenuſte tẽporibus noſtris eluſit Vibius Criſpus uir ingenii iucundi & elegantis. Ego uero inquit iſta non dico : quid enim attinet illa bis dici. Nonnunq̃ tamen aliquid ſimile contradictioni poni poteſt : ſiquid ab aduerſario teſtationibus comprehenſum in aduocationibus iactatum :reſpondebimus enim rei ab illis dictæ :non a nobis excogitatæ: aut ſi id genus erit cauſæ:ut proponere poſſimus certa:extra quæ nihil dici poſſit : ut cum res furtiua in domo deprehẽſa ſit:dicat neceſſarie eſt reus:aut ſe ignorante illatam:

aut depositam apud se: aut donatam sibi: quibus omnibus etiam si pro-posita non sint: responderi potest. At in scholis recte: & plenaribus contradictionibus occurremus: ut in utrunq; locum idest primum & secundum simul exerceamur: quod nisi fecerimus nunq̃ utemur con-tradictione: non enim erit cui respondeamus. Est & illud uitium nimiũ soliciti: & circa omnia momenta luctantis: suspectam enim facit iudici causam & frequenter: quæ statim dicta omnem dubitationem sustulis-sent: dilata ipsis præparationibus fidem perdunt: quia patronus & aliis crediderit opus fuisse: fiduciam igitur orator præ se ferat: semperq; ita dicat: tanq̃ de causa optime sentiat. Quod sicut in Cicerone: Omnia præcipuum est: nam illa summa cura securitatis est similis: tantaq; in oratione auctoritas: ut probationis locum obtineat dubitare nobis non audentibus. Porro qui scierit: quid pars aduersa: quid nostra habeat: ualentissimum facile iudicabit: quibus maxime rebus uel occurrendum sit: uel instandum. Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris: nam si agimus: nostra confirmanda sunt. Primum: tum quæ nostris opponuntur refutanda: si respondemus: prius incipiendum est a refu-tatione. Nascuntur autem ex iis quæ contradictioni opposuimus: aliæ contradictiones. Euntq; interim longius: ut gladiatorum manus: quæ secundæ uocantur: fiunt & tertiæ: si prima ad uocandum aduersarii ictum prolata erit. Et quartæ si geminata captatio est: ut bis etiã cauere: bis repetere oportuerit. Quæ ratio & ultra ducit: Sed illa etiam quam supra ostendi simplicem ex affectibus: atq; ex affirmatione sola proba-tionem recipit refutatio: qualis est illa Scauri: de qua dixi supra. Quin nescio an etiam frequentior ubi quid negatur. Videndum præcipue utriq; parti: ubi sit rei summa. Nam fere accidit: ut in causis multa dicantur: de paucis iudicetur: in his probandi refutandique ratio est: sed adiuuanda uiribus dicentis & adornanda. Quanlib& enim sint ad dicendum quod uolumus accommodata: tamen erunt infirma: nisi maiore quodam oratoris spiritu implentur. Quare & illi communes loci: de testibus: de tabulis: de argumentis: aliisq; similibus magnam uim animis iudicum afferũt. Et ii proprii: quibus factum quoq; lauda-mus: aut contra iustum uel iniustum docemus: maius aut minus: as-perius aut mitius. Ex his autem alii ad probationem singulorum argu-mentorum faciunt: alii ad plurium: alii ad totius causæ inclinationem. Ex quibus sunt quæ præparent animum iudicis: sunt quæ confirment. Sed præparatio quoq; aut confirmatio aliquando totius causæ est: ali-quando partium. Et proinde: ut cuiq; conueniunt subiicienda. Ideoq; minor inter duos diuersa℞ secta℞ uelut duces non mediocri cõtẽtione

quæsitũ : singulis ne quæstionibus subiiciendi essent loci : ut Theodoro placet : an prius docendus iudex q̃ mouẽdus : ut præcipit Appollodorus tanq̃ perierit hæc ratio media : & nihil cum ipsius causæ utilitate sit deliberandum. Hæc præcipiunt : qui ipsi non dicunt in foro : ut artes a securis ociosisq; compositæ : Ipsa pugnæ necessitate turbentur.

Quibus constet epicherema : & quibus refellatur.

NAnq; omnes fere qui legem dicendi quasi quædam misteria tradiderunt certis non inueniendorum modo argumentorum locis : sed concludendorum quoq; nos præceptis alligauerunt : de quibus breuissime prælocutus : quid ipse sentiam idest quid præclarissimos oratores fecisse uideam : non tacebo. Igitur enthymena : & argumentum ipsum idest rem quæ probationi alterius adhibetur appellant & argumenti elocutionem : eam uero ut dixi duplicem ex consequentibus quod habet propositionem : coniunctamq; ei protinus probationem : quale pro Ligario : causa tamen dubia : quod erat aliquid in utraq; parte : quod probari posset : nunc melior ea iudicanda est : quam dii adiuuerunt. Habet enim rationem & propositionem : non habet conclusionem. Ita est ille imperfectus syllogismus. Expugnantibus uero quod etiam solum enthymema quidam uocant. fortior multo probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone : eius mortis sedetis ultores : cuius uitam si putetis per uos restitui posse nolitis : quod quidem etiam aliquando multiplicari solet : ut est ab eodem & pro eodem reo factum. Quem igitur cum aliqua gratia noluit : hunc uoluit cum aliquorum quærella : quem iure : quem tempore non est ausus. Hunc iniuria iniquo loco : alieno tempore cum periculo capitis non dubitauit occidere. Optimum autẽ uidetˀ ẽthymematis genus cũ proposito dissimili uel cõtrario : ratio subiungitur : quale est Demosthenis. Non enim siquid unq̃ contra leges factum est : idq; tu es imitatus. Iccirco te conuenit pœna liberari : quod e contrario damnari multo magis. Nam ut siquis eoꝝ damnatus esset : tu hoc non scripsisses : ita damnatus si tu fueris nõ scribet alius. Epicherematos : & quattuor & quinq; & sex etiam factæ sunt partes a q̄busdam. Cicero maxime quinq; defendit : ut si propositio : deinde ratio eius tũ assumptio : & eius ꝓbatio : quĩta complexio : quia interim & propositio nõ egeat rõnis : & assũptio ꝓbationis : nõnũq̃ etiam cũ plane opus nõ sit quadripartitã : & tripartitã & bipartitã quoq; fieri posse ratiocinationẽ.

Mihi & plurimis nihilominns auctoribus tres summum uidet̃. Nam ita se habet ista natura: ut sit de quo quæratur: & per quod probetur: tertium adiici potest: uelut consensu duorum antecedentium: ita erit prima intentio: secunda assumptio: tertia connexio. Nam cõfirmatio primæ: ac secũdæ partis exornatio eisdé cædere possét: qbus subiiciũt̃. Sumamus ex Cicerone quinq; partium exemplum. melius gubernant̃ ea quæ consilio reguntur: q̃ quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant eam deinceps rationibus uariis: & q̃copiosissimis uerbis approbari putant oportere. Hoc ego totum in sua rõne unũ puto: alioquin si ratio pars est (est auté uaria ratio) plures partes esse dicantur. Assumptionem deinde ponit: nihil autem omninm rerũ melius q̃ omnis mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco iam porro inducũt approbationem: de quo idem quod supra dico. Quinto ĩducunt loco complexionem: quæ aut ĩfert solum: quod ex oĩbus partibus cogit̃ hoc modo. Consilio igitur mũdus admĩstrat̃: aut unum in locum cum cõduxerit breuiter expositioné & assũptioné adiũgit. Quid ex his cõficiat̃ ad hunc modũ: quod si melius gerunt̃ quæ consilio q̃ quæ sine cõsilio admĩstrãt̃. Nihil autem oĩum melius rerum q̃ omnis mũdus administrat̃: consilio igitur mũdus admĩstrat̃: cui parti consentio. In tribus autem quas fecimus partibus non est forma semper eadem sed una in qua idem cõcluditur quod intendit̃: anima immortalis est. Nam quicquid ex se ipso mouetur immortale est: anima autem ex se ipsa mouetur: immortalis igitur est anima: hoc fit non solũ in singulis argumẽtis: sed ĩ totis causis quæ sunt sĩplices: & in quæstionibus. nam & hæc primam habent expositioné: sacrilegiũ commisisti: non quisquis hominem occidit cædis reus tenetur: deinde rationem. Sed hæc est in causis & quæstione longior q̃ ĩ singulis argumentis: & plerunq; summa complexione: uel per enumerationem uel per breuem conclusioné testãt̃ quid effecerint: in hoc genere ꝓpositio dubia est. De hac enĩ quæritur. Altera est cõplexio non par intentioni: sed uim habens parem: mors nihil ad nos. Nam quod est dissolutum sensu caret: quod autem sensu caret nihil ad nos. In alio genere non eadem propositio est quæ cõnexio: omnia animalia meliora sunt q̃ inanima: nihil autem melius est mũdo: mundus igitur aĩal. Hic potest uideri de re contentio: potuit enim sic constitui ratiocinatio: animal est mundus: omnia enim animalia meliora sũt q̃ inanima. Cæterum hæc propositio aut confessa est aut proxima aut probanda: ut q beatã uitam uidere uolet philosophetur oporteat. Non enĩ concedit̃ cætera sequi nisi confirmata prima parte non possũt: ut est assũptio: interim

confeſſa:ut omnes autem uolunt uitam beatam uidere:interim ꝓbāda ut illa:quod eſt diſſolutum ſenſu caret cum ſoluta corpore anima: an ſit immortalis uel ad tempus certa maneat ſit ī dubio:quā aſſūptionē alii:alii rationē uocāt: alii epicherema. Epicherema autē nullo differt a ſyllogiſmis: niſi quod illi & plures habent ſpecies:& uera colligunt ueris. Epicherematis frequētior circa credibilia eſt uſus:nā ſi cōtigeret ſemp cōtrouerſiā confeſſis ꝓbare uix eſſ& in hoc genere uſus oratoris. Nam quid ingenio eſt opus ut dicas bona ad me pertinent? Solus enī ſū filius defuncti:uel ſolus hæres:cum iure bonorum poſſeſſio īteſtati ſecundum tabulas teſtamenti detur:ad me igitur pertinent. Sed cum ipſa ratio in quæſtionem uenit:efficiēdū eſt certum id quod ꝓbaturi ſumus:quod incertum eſt:ut ſi ipſa forte ītentione dicatur:aut filius non es: aut non es legitimus: aut non es ſolus. Itemq; aut non hæres es:aut non iuſtum teſtamentum eſt: aut capere non potes:aut habes cohæredes. Efficiendum eſt iuſtū:propter quod bona adiudicari nobis debeant. Sed tum eſt neceſſaria illa ſumma connexio: cum interuenit oratio largior:ad quod ſufficiunt intentio ac oratio:ſilent enim leges inter arma:nec ſe expectari iubēt: cum ei qui expectari uelit āte īiuſta pœna luenda ſit q̄ iuſta repetenda. Ideoq; id enthymema quod eſt ex conſequentibus rationi ſimile dixerunt. Sed & ſingula quæ interim recte ponūtur:ut ipſum illud ſilent leges inter arma:& a ratione fas ē incipere. Deinde cōcludere ibidem: ꝙ ſi.xii. tabulæ nocturnum furem quoquo modo:diurnum autem ſi ſe telo defenderet:interfici impune uoluerunt: quis eſt qui quoquo modo: quis interfectus ſit puniendum putet. Variant autem hic adhuc: & rurſus rationem tertio loco ponunt:cum uideant aliquando gladiū nobis ab ipſis porrigi legibus. Priori autem partis duxit ordinem:inſidiatori autem & latroni: quæ poteſt inferri iniuſta nex? Hæc intentio quid comitatus noſtri:quid gladii uolunt? Hæc ratio quos habere certe non liceret:ſi illis nullo pacto uti liceret. Hæc eſt intentione & ratione connexio. Huic generi probationis tribus occurritur modis ideſt per omnes partes:aut enim expugnatur ītentio:aut aſſumptio:aut concluſio:nonnunq̄ oīa. Sed omnia hæc tria ſunt. Intentio expugnatur iure occidi eum:q īſidiatus ſit. Nam prima ſtatim pro Milone quæſtio eſt:an ei ſit fas lucē ītueri: qui a ſe hominem necatum eſſe fateatur. Expugnatur aſſūptio oībus iis quæ de refutatione diximus. Et ratio quidem nonnunq̄ eſt uera cū eius propoſitio uera non ſit. Interim uere propoſitionis falſa ratio eſt: uirtus bonū eſt: uerum eſt ſiquis rationem ſubiiciat: ꝙ ea locupletes faciat:uere intentionis falſa ſit ratio. Connexio autem uera negatur:

cũ aliud colligit q̃ id quod ex prioribus cõficit͛:aut nihil ad quæstionẽ dicitur pertinere:non est uera sic: insidiator iure occiditur. nam qui curauit:ut uĩ afferat ut hostis:debet etiã ut hostis repelli. Recte igitur Clodius ut hostis occisus ẽ:non utiq3: nondum enĩ Clodiũ ĩsidiatorẽ ostendimus. Sed fit uera cõnexio. recte igit͛ ĩsidiator ut hostis occidit͛: nihil ad nos:nondum enim Clodius insidiator appar&: sed ut potest esse uera intentio & ratio:& tamen falsa connexio. Ita si illa falsa sũt nunq̃ ẽ uera connexio. Enthymema ab aliis oratoribus syllogismus: ab aliis pars dicitur syllogismi: propterea quod syllogismus utique cõclusionem & propositionem habet:& per omnes partes efficit quod proposuit. Enthymema tantũ intentu ĩtelligi cõtentũ sit. Syllogismus talis:solum bonum uirtus. Nam id demum bonum ẽ quo nemo male uti potest:uirtute nemo male uti potest:bonũ ẽ ergo uirtus. Enthymema ex cõsequẽtibus:bonũ ẽ uirtus: q̃ nemo male uti potest. Et contra non ẽ bonum pecunia. Non enim bonum quo quisq̃ male uti potest: pecunia potest quis male uti:nõ igitur bonum ẽ pecunia. Enthymema expugnantibus an bonum est pecunia qua quisque potest male uti. Si pecunia quæ est in argento signato:argentum ẽ:qui argentũ omne legauit:& pecuniam quæ est in argento signato legauit: argẽtum autẽ omne legauit:igit͛ & pecuniã quæ ẽ in argento legauit. Habebit formã syllogismi:oratori satis ẽ dicere:cum argẽtũ legauerit omne:pecuniam quoq3 legauit quæ est ĩ argento. Peregisse mihi uideor sacra tradentiũ artes:sed consilio locus superest. Nanq3 ego ut in oratione syllogismo quidem aliquando uti nefas duco ita constare totã:aut certe cõfertam esse aggressione ex enthymematum stipatiõe minime uelim. Dialogis enĩ & dialecticis disputationibus erit similior:q̃ nr̃i operis actionibus: quæ quidem inter se plurimum differunt. Nanq3 illi homines docti & inter doctos uerum quærentes:minutius & scrupulosius scrutant͛ oĩa: & ad liquidum confessumque perducunt: ut qui sibi & inueniendi & iudicãdi uĩdicent partes:quaꝝ alterã :alterã uocant:nobis ad aliorum iudicia cõponenda est oratio:& sæpius apud omnino imperitos:atq3 aliarum certe ignaros litterarum loquendum est:quos nisi delectatione allicimus:& uiribus trahimus: & nonnunq̃ turbamus affectibus:ipsa quæ iusta ac uera sunt:tenere nõ possumus. Locuplex & speciosa uult esse eloquẽtia: quoꝝ nihil cõsequẽt͛ si cõclu- sioĩbus certis & crebris:& ĩ unã ꝓpe formã cadẽtibus cõcisa:& cõtẽptũ ex humilitate:& odium ex quadam seruitute: & ex copia sacietatem: & ex amplitudine fastidium tulerit. Ferat͛ igitur nõ semitis:sed cãpis: non uti fontes angustis fistulis colligunt͛: sed ut latissimi amnes totis

uallibus fluat: ac sibi uiam siquando non acceperit faciat. Nam quid illa miserius lege: uelut præformatas infantibus litteras prosequētiū: & ut græci dicere solēt: quem mater amictū dedit solicite custodiētiū: propositio ac cōclusio & consequentibus propugnantibus nō īspiret: nō augeat: nō mille figuris uariet: ac uerset: ut ea nasci & ipsa pueīre natura nō manu facta & arte suscepta magistrum fateri ubiq; uideāt. Quis unq̄ sic uixit orator? nōne apud ipsum Demosthenē paucissima huius uiri uel artis reperiuntur quæ apprehensa græci magis (nam hoc solum nobis peius nō faciunt) in cathenas ligant: & inexplicabili serie connectunt: & indubitata colligunt: & probant cōfessa? Et se antiquis per hoc similes uocant. Deinde interrogati nunq̄ respondebunt quem imitentur: sed de figuris alio loco. Nunc illud adiiciendum: ne iis qdē consentire me q sēp argumenta sermōe puro & dilucido & distīcto: cæterum minime lato ornatoq; putant esse dicenda: nanq; ea distincta quidem ac perspicua debere esse confiteor. In rebus uero minoribus etiam sermone ac uerbis q̄maxime propriis & ex usu: at si maior erit materia: nullum ornatum iis: qui modo non obscuret: subtrahendum puto. Nam & sæpe plurimum lucis affert ipsa translatio: cum etiā ipsi iurisconsulti: quorum summus circa uerborum proprietatem labor ē: littus audeāt esse dicere: qua fluctus alludit: quoq; quid natura magis asperum hoc pluribus cōdiendum est uoluptatibus: & nimis suspecta argumentatio dissimulatione: & multum ad fidem adiuuat audientis uoluptas nisi forte existimamus Ciceronē: hæc male ipsa argmētatiōe dixisse: silere leges inter arma: & gladium nobis īterim ab ipsis porrigi legibus. His tamen habēdus modus ut sint ornamēto nō īpedimēto.

CAELII FABII QVINTILIANI LIBER SEXTVS INCIPIT.

PROœmium in quo cōquestio de forma sua continetur.



AEC MARCE VICTORI DE SVA VOLVNTAte maxime ingressus: tum si qua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire poss& utilitas nouissime pene: & necessitate quadam officii delegati mihi sedulo laborabam: respiciens tamen illam curā meæ uoluptatis: quæ filio: cuius eminens ingenium solicitam quoq; parentibus diligentiam merebatur. Hanc optimam partem relicturus hæreditatis uidebar: ut si me quod æquum & optabile fuit fata ītercepissent: præceptor tamen patre uteretur. At me fortuna id agentem

diebus ac noctibus festinantemque metu meæ mortalitatis: ita subito prostrauit: ut laboris mei fructus ad neminẽ minusq̃ ad me ptineret: Illum enim de quo summa conceperã: & in quo spẽ unicã senectutis reponebam: repetito uulnere orbitatis amisi. Quid nunc agã? aut quẽ ultra esse usum mei diis reprobantibus credam? nam ita accidit: ut eũ quoq; librum quem de causis corruptæ eloquentiæ amisi: iam scribere aggressus simili ictu ferirer. Nunc igitur optimum fuit ĩfaustũ opus. & quicquid hoc est in me infœlicium litterarum super immaturum funus cõsumpturus uiscera mea flammis iniicere. Neq; hanc impiam uiuacitatem nouis insuper curis fatigare. Quis enĩ bonus parens mihi ignoscat si studere ãplius possũ: ac nõ oderit hãc animi mei ĩfirmitatẽ: siquis in me est alius usus uocis: q̃ ut incusem deos superstes omniũ meoꝶ nullam terras despicere: prouidentiam tester: si non meo casu: cui tamẽ nihil obiici: nisi q uiuam potest: at illorum certe: quos utiq; immeritos mors acerba damnauit: erepta mihi prius eorũdem matre: quæ nondũ expleto ætatis undeuicesimo anno: duos enixa filios: q̃uis acerbissimis rapta fatis infœlix decessit: hoc ego uel uno malo sic eram afflictus: ut me iam nulla fortuna poss& efficere fœlicem. Nã cũ omni uirtute quæ in fœminas cadit functa sit: insanabilem attulit marito dolorem: tum ætate tam puellari præsertĩ meæ cõparata potest & ipsa numerari inter uulnera orbitatis: liberis tamen supstitibus orbitabar. Et quod nefas erat sera sed optabat: ipsa me saluo maxĩos cruciatus præcipiti uia effugit: mihi filius minor quĩtũ egressus annũ nec prior alterum ex duobus eruit lumen: non sũ ambitiosus ĩ malis: nec augere lachrymarũ causas uolo. Vtinãq; ess& ratio minuẽdi: sed dissimulare qui possum: quid gratiæ in uultu: quid iucunditatis in sermone: quos ingenio igniculos: quam substantiam placide: & quod scio uix posse credi tantum altæ mentis ostendit: qualis amorem quicunq; alienus infans mereretur. Illud uero insidiantis quo me ualidius cruciaret: fortunæ fuit: ut ille mihi blandissimus: me suis nutricibus: me auiæ educanti: me omnibus qui sollicitare solent: illas ætates anteferret: quapropter illi dolori quem ex matre optima atque laudem omnem supergressa paucos ante mẽses ceperam: gratulor. minus enim ẽ quod flendũ meo noĩe: q̃ q illius gaudendũ ẽ. Vna post hæc Quĩtiliani mei spe ac uoluptate nitebar: & poterat sufficere solatio: non enĩ flosculos sicut prior: sed iam decimum ætatis ingressus annum: certos atque deformatos fructus ostẽderat. Iuro per mala mea: per ĩfœlicẽ cõsciẽtiã: p illos manes numina doloris mei: has me ĩ illo uidisse uirtutes ĩgenii: non modo ad percipiendas disciplinas: quo nihil præstãtius cognoui:

plurima expertus ſtudiiſq; iam tum nō coacti (ſciunt præceptores) ſed ꝓbitatis: pietatis: humanitatis: liberalitatis: ut ꝓrſus poſſit hic eſſe tāti fluminis metus: quod obſeruatum fere eſt celerius occidere feſtinatā maturitatem. Et eſſe neſcio quam quæ ſpes tantas decerpat inuidiam: nec uidelicet ultra q̄ homini datum eſt noſtra prouehantur. Etiam illa fortuita aderant omnia: uocis iucunditas claritaſq;: oris ſuauitas: & in utracunq; lingua tanq̄ ad eam demum natus eſſ&: expreſſa proprietas omnium litterarū. Sed hæc ſpes: adhuc illa maiora cōſtātia grauitas: contra dolores etiā ac metus robur: nā quo ille animo: qua medicorū admiratione menſium octo ualitudinem tulit: ut me in ſupremis cōſolatus eſt? q̄ etiam deficiēs: q̄q; non noſter ipſum illū alienatæ mētis errorē circa ſolas litteras habuit? Tuas ne ego o meæ ſpes inanes labētes oculos: tuum fugientem ſpiritum uidi: tuum corpus frigidum exāgue complexus: animā recipere: aurāq; communem haurire āplius potui: dignus his cruciatibus: quos fero: dignus his cogitatiōibus: te ne cōſolari: nuper adoptione: ad omnium ſpes bonorum prius admotum te auunculo prætori generum deſtinatū: te omnium ſpe acutæ eloquētiæ candidatum: ſuperſtes parens tantū pœnis: & ſi non cupido lucis certe patientia uindicet: te reliqua mea ætate: nam fruſtra mala omnia ad crimē fortunæ relegaūs. Nemo niſi ſua culpa diu dolet. Sed uiuimus & aliqua uiuendi ratio quærenda eſt: credendumq; doctiſſīs homībus: qui unicum aduerſorum ſolatium litteras putauerunt. Siquādo tamē ita reſerit præſens impetus: ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inſeri poſſit: non iniuſtæ petierim moræ ueniam. Quis enim dilata ſtudia miretur? quæ potius non abrupta eſſe mirādum eſt: tum ſiqua minus fuerint effecta iis quæ leuius ad huc afflicti cœperamus imperitiæ aut fortunæ remittantur: quæ ſiquid mediocrium alioquin in nr̄o ingenio uirium fuit: ut non extinxerit: ſed uel propter hoc nos cōtumacius erigamus: qua illam ut perferre nobis difficile ē: ita facile contēnere: nihil enī ſibi aduerſus me reliquit: & īfœlicem quidem: ſed certiſſīam tan̄ attulit mihi ex his malis ſecuritatem: bonis autem conſolari noſtrum laborem: uel propter hoc cæcum eſt: ꝙ in nullum iam proprium uſū pſeueramus. Sed omnis hæc cura ad alienos ut alienis utilis: ſi modo quid utile ſcribimus ſpectat. Nos miſeri ſicut facultates patrimonii noſtri: ita hoc opus aliis præparabimus: aliis relinquemus.

DE Concluſione.

REroratio ſequebatur: quam cumulum quidam: concluſionē alii uocant. Eius duplex ratio eſt poſita: aut in rebus aut ī effectibus rerum: repetitio etiam congregatio: quæ græce dicit̄

a quibusdam latinorum renumeratio: & memoriam iudicis reficit:& totam simul causam ponit ante oculos:& etiam si per singula minus mouerat turba ual&. In hac quæ repetemus:q̄ breuissime dicenda sūt: & quod græco uerbo patet:decurrēdum per capita. Nā si morabimur: nō iam enumeratio:sed altera quasi fiet oratio. Quæ autē enumerāda uidentur cum pondere aliquo dicenda sunt:& apertis excitāda sētētiis: & figuris utiq; uariāda:alioquin nihil est odiosius recta illa repetitiōe uelut memoriæ indicum diffidentis. Sunt autē innumerabiles:optīeq; in Verrem Cicero:si pater ipse iudicaret: quæ diceret cum hæc ꝓbarēt: & deinde subiecit enumerationem: aut cum idem & in eundem per inuocationem deorum spoliata a prætore templa dinumerat: licet & dubitare nunquid nos fugerit: & quid responsuri sint aduersarii his & his:aut quam spem accusator habeat omnibus ita defensis. Illa uero iucundissima si contingat aliquod ex aduersario dicere argumentum: ut si dicas reliquit hanc partem causæ:aut inuidia premere maluit:aut ad preces confugit:& merito cum sciret hæc & hæc. Sed non sūt sīgulæ species prosequendæ ne sola uideantur: quæ forte nunc dixero: cum accusationes & ex causis & ex dictis aduersariorum:& ex quibusdam fortuitis quoq; oriantur:nec referenda modo nostra:sed postulandum est etiā ab aduersariis:ut ad quædā respondeant. Id autem si & actiōis superent locus:& ea ꝓposuerimus:quæ refelli nō possunt:nā ꝓuocare quæ inde sint fortia:non arguentis est:sed monentis. Id unum epilogi genus uisum est plerisq; atticorum: & philosophis fere omnibus: qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerunt. Id fecisse atticos credo: quia athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebat͛ orator. philosophos minus miror:apud quos uitii ē loco affici:nec boni mores uidentur:sic a uero iudicem auerti nec conuenire bono uiro uitiis uti: necessarios tamen effectus fatebuntur:si aliter optineri uera & iusta & in commune profutura non possint. Cæterum illud costitit īter omnes etiam in aliis partibus actionis si multiplex causa sit & pluribus argumentis defensa utiliter fieri solere. Sicut nemo dubitauerit multas esse causas: in quibus nullo loco sit necessaria: si breues & simplices fuerīt. Hæc pars perorationis accusatori patronoq; æque communis est. Affectibus quoq; eisdem fere utuntur:sed rarius hic:ille sepius ac magis. Nā huic concitare iudices:illi flectere cōuenit. Verū & accusator habet interim lachrymas ex miseratione eius rei quē ulciscitur. Et reus de indignitate calumniæ conspirationis uehemētius interim queritur. Diuidere igitur hæc officia commodissimum quæ plerūq; sunt ut dixi procemio similia:sed liberiora plenioraq;. īclinato

enim iudicum ad nos petitur: initio parcius tum admitti satis est: & oratio tota superest. In epilogo uero ē qualem animum iudex ī cōsiliū ferat: & iam nihil amplius dicturi sumus: nec restat quo seruemur. Est igitur utrisq; commune conciliare sibi auertere an aduersario iudicē: cōcitare affectus & componere. Et breuissimum quidem hoc præceptū dari utriq; partiq; potest: ut totas causæ suæ uires orator ante oculos ponat. Et cum uiderit quid īuidiosum: fauorabile: īuisum: miserabile: aut sit ī rebus: aut uideri possit ea dicat: q̄bus si iudex ess& ipse maxīe moueretur. Sed certius ire per singula: & quæ conciliant quidē accusatorem in præceptis exordii iam diximus. Quædam tamen quæ illic ostendere satis est: in peroratione implenda sunt: magis si contra impotentem: inuisum: pernitiosum suscepta causa est: si iudicibus ipsis aut gloriæ damnatio: rei aut deformitati futura absolutio. Nā egregie in Vatinium Caluus factum inquit ambitum scitis omnes: & hæc nos scire omnes sciunt. Cicero quidem in Verrem etiam emendari posse infamiam iudiciorum dānato reo dicit: quod est unun ex supradictis. Metus etiam si est adhibendus: ut facit idē hunc habeat locū fortiorē q̄ ī proœmio. Qua de re quid sentirem: alio libro iā exposui. Cōcitare quoq; inuidiam: odium: iram liberius in peroratione contingit: quo℞ inuidiā gratia: odium turpitudo: irā offensio iudicis facit. Si cōtumax: arrogās: securus sit: quia nō ex facto modo dictoue aliquo: sed uultu: habitu: aspectu moueri solet. Egregieque nobis adolescentibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis uidebatur: græce quidem: sed in hunc sensum erubescit Cæsarem timere. Summa tamen cōcitandi affectus accusatori in hoc est: ut id quod obiecit: aut q̄atrocissimum: aut etiā si fieri potest q̄maxime miserabile esse uideat᷑. Atrocitas crescit ex his: quid factum sit: a quo: in quem: quo animo: quo tempore: quo loco: quo modo: quæ omnia īfinitos anfractus habent: pulsatum querimur de re primum ipsa dicendum tum si senex: si puer: si magistratus: si probus: si bene de re. p. meritus: etiam si percussus sit a uili aliquo cōtemptoque: uel ex contrario a potente nimium: uel ab eo quo minime oportuit. Et si die forte solemni: aut iis temporibus: cum iudicia huius rei maxime exercerentur: aut in solicito ciuitatis statu. Item ī theatro: ī tēplo: in concione crescit īuidia. Et si nō errore nec ira: uel etiā si forte ira sed iniqua: quod patri offuiss& : quod respondiss&: quod honores contra peteret. Et si plus etiam uideri potest uoluisse q̄ fecit. Plurimū tamē affert atrocitatis modus: si grauiter: si cōtumeliose: ut Demosthenes ex parte percussi corporis: ex uultu ferientis: ex habitu inuidiam Medeæ quærit: occisus ē: utrum ferro: an igne: an ueneno: uno uulnere

an pluribus: ſubito an expectatione: tortus ad hanc partem maxime pertinet. Vtitur frequenter accuſator & miſeratione: cum aut eius caſū quē ulciſcitur: aut liberorum aut parentum ſolicitudinē conqueritur: etiam futuri temporis imagine iudices mouet: quæ maneāt eos caſus: qui de ui & iniuria queſti ſunt: niſi uindicentur. fugiendū de ciuitate: cædendum bonis: aut omnia quæcunque inimicus fecerit perferenda. Sed ſæpius id eſt accuſatoris auertere iudicem a miſeratione: qua reus ſit uſurus: atq; ad fortiter iudicandum concitare. Cuius loci eſt etiam occupare: quæ dicturum facturūue aduerſariū putes. Nā & cautiores ad cuſtodiam ſuæ religionis iudices facit: & gratiam reſpōſuris aufert: cum ea prædicta ſunt ab accuſatore. iam ſi pro reo petentur: non ſint noua: ut Seruius Sulpitius contra Aufidiam: ne ſignatorum ab ipſis diſcrimen obiiciat̃ ſibi præmonet: nec nō ab Aeſchyne quali ſit uſurus Demoſthenes actione prædictum eſt. Docendi interim quoq; iudices: quid rogantibus reſpondere debeāt: quod eſt unum repetionis genus: periclitantem uero commendat dignitas & ſtudia fortia: & ſuſceptæ bello cicatrices: & nobilitas & merita maiorum: hoc apud proxīe dixi. Cicero atq; Aſinius certatim ſūt uſi: pro Scauro patre hic: ille pro filio: commendat & cauſa periculi ſi ſuſcepiſſe inimicitias ob aliquod factū honeſtū uidetur: præcipue bonitas: humanitas: miſericordia. Iuſti enī tūc petere ea quiſq; uidet̃ a iudice: quæ aliis ipſe præſtiterit. Referēda hæc pars quoque ad utilitatem rei. p. ad iudicum gloriā: ad exemplum: ad memoriā poſteritatis. Plurimū tamen ualet miſeratio: quæ iudicē flecti non tantū cogit: ſed motum quoq; animi ſui lachrymis cōfiteri. Hæc petentur: aut ex iis quæ paſſus eſt reus: aut ex iis quæ quantum maxime patitur: aut ex iis quæ damnatū manēt: quæ & ipſa duplicāt̃: cum dicimus: ex qua illa fortuna & in quam recidendum ſit. Affert in iis momētū & ætas & ſexus: & pignora: liberi dico & parētes & ꝓpīqui: quæ omnia tractari uarie ſolent: nonnunq̄ etiam & ipſe patronus has partes ſubit: ut Cicero pro Milone. O me miſeꝝ: o te īfœlicē: renouare me tu in patriā Milo potuiſti per hos: ego te in patria ꝑ eoſdē retinere non potero. Maximeq; ſi ut tunc accidit non conuenient ei q̄ accuſat̃ preces. Nam quis ferret Milonem pro capite ſuo ſupplicantem: qui a ſe uirum nobilem interfectum: quia id fieri oportuiſſ& fateretur: Ergo & ille captauit ex illa præſtantia animi fauorem: & ī locum lachrymaꝝ eius ipſe ſucceſſit. His præcipue locis utiles ſūt ꝓſopopeiæ: ideſt fictæ alienarum perſonarum oratioēs: quales litigatorem decet uel patronū: unde tamen res mouent: aut cum ipſi loquimur: aut cum ipſos loqui fingimus: ex perſonis quoq; trahitur affectus. non enim audire iudex

uidetur aliena mala deflentes: sed sensum ac uocem auribus accipere miserorum: quorum etiam mutus aspectus lachrymas mouet: quātoq; essent miserabiliora: si ea dicerent ipsi: tanto sūt quadam portione ad efficiendū potentiora: cū uelut ipsoꝝ ore dicunt: ut scænicis actoribus eadem uox: eadem pronunciatio: plus ad mouēdos effectus sub ꝑsona ualet. Itaq; idem Cicero q̄q̄ preces non dat Miloni: eūq; potius animi præstantia commendat: accōmodauit ei tamen & uerba conuenientes etiam forti uiro conquestiones: frustra inquit mei suscepti labores. O spes fallaces: o cogitationes meas inanes. Nunq̄ tamen debet esse lōga miseratio: nec sine causa dictum ē: nihil facilius q̄ lachrymas īarescere. Nam cum etiam ueros dolores mitiget tēpus: citius euanescat necesse est illa: quam dicēdo effinximus imago: in qua si moramur lachrymis fatigatur auditor: & requiescit: & ab illo quē cœperat impetu ad rōnē redit. Nō patiamur igitur frigescere hoc opus: & affectum cū ad sūmū produxerimus relinquamus: nec speremus fore: ut aliena aliquis q̄diu deploret. Ideoq; cum aliis: tum maxime in hac parte debet crescere orō. Quia quicquid non adiicit prioribus etiam detrahere uidetur: & facile deficit affectus qui descendit.

DE Affectibus.

NOn solū aūt dicēdo sed etiā faciēdo quædā lachrymas mouemus: unde & ꝑducere ipsos qui periclitētur squalidos atq; deformes: & liberos eorum ac parentes institutum: & ab accusatoribus ostendi cruentum gladium: & lecta est uulneribus ossa: & uestes sāguīe ꝑfusas uidemus: & uulnera resolui ac uerberata corpora nudari. Quaꝝ rerum ingens plerunque uis est: uelut in rem præsentem animos hominum dicentium: & populum romanum egit in furorē prætexta Caii Cæsaris prolata in foro cruēta. Sciebatur interfectum eum: corpus deniq; ipsū impositum lecto erat. At uestis tamen illa sanguine madens: ita repræsentauit imaginem sceleris: ut non occisus esse Cæsar: sed tum maxime occidi uideretur: sed nō ideo probauerim: quod factum & lego: & ipse aliquando uidi depictam tabulam supra Iouem ī imaginem rei: cuius atrocitate iudex erat commouendus. quæ enim est actoris īfantia: quæ mutam illam effigiem magis q̄ orationem per se putet locuturam. At sordes & squalores & propinquorum quoque similem habitum scio profuisse: & magnum ad salutem momentum preces attulisse. Quare & obsecratio illa iudicū per carissima pignora utiq; si & reo sint liberi: coniunx: parentes: utilis erit. Et deorum etiam īuocatio: uelut ex bona cōscientia profecta uideri solet. Stratū deniq; iacere & genua cōplecti: nisi tamen persona nos & āte acta uita & rei cōditio ꝓhibebit. Quædā

enim tam fortiter tuenda q̃ facta sũt: ueꝝ sic est habenda auctoritatis ratio: ne sit ĩuisa securitas. Fuit quondam ĩter hæc omnia potẽtissimũ: quo Lucium Murenã: Cicero accusantibus clarissimis uiris eripuisse: præcipue uidet᷑: persuasitq; nihil esse ad præsẽtem rerum statũ utilius: q̃ pridie. kl. ianuarias ingredi consulatum: quod genus nostris tp̃ribus totum pene sublatum est. Cum omnia curæ tutelæque unius innixa ꝑiclitari nullo iudicii exitu possĩt. De accusatoribus & reis sũ locutus: quia in periculis maxime uersatur affectus. Sed priuatæ quoq; causæ utrunq; habent perorationis genus: & illud quod est ex enumeratione ꝓbationũ: & hoc quod ex lachrymis: si aut statu ꝑiclitari: aut opiniõe litigator uidetur. Nam ĩ paruis quidem litibus has tragœdias: mouere tale est: quasi si personã Herculis & cothurnos aptare ĩfantibus uelis. Illud ne indignũ quidem admonitione: ingens ĩ epilogis meo iudicio: uerti discrimen: quomodo se dicenti qui excitatur accommodet. Nam & imperitia & rusticitas & rigor & deformitas afferunt interim frigus: diligenterq; hæc sunt actori ꝓuidẽda. Equidem repugnantis eas patro- no: & nihil uultu commotos: & intempestiue ridentes: & facto aliquo uel ipso uultu risum mouentes. sæpe etiam uidi: præcipue uero cum aliqua uelut scænice fiunt: alias cadunt. Transtulit patronus aliquãdo puellam quæ soror esse aduersarii dicebatur. Nam de hoc lis erat: in aduersa subsellia tanq̃ in gremio fratris relicturus. At is a nobis præ- monitus discesserat. Tum ille alioquin uir facundus ĩopinatæ rei casu obmutuit: & infantem suam frigidissime reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit: at ea sæpius risum fecit. Nam & ii quorum officii erat: ut traderent eam ignari: qui ess& epilogus: quotiens respexiss& patronus offerebant palam: & prolata nouissime deformitate ipsa. Nam senis cadaueri ĩfusa. Prætéritã quoq; orationis gratiã perdidit: nec ignotũ quid Gliconi (cui Spiridion fuit cognomẽ) acciderit. Huic puer quem is productum: quid fleret interrogabat. Ex pædagogo se uelicari respõdit. Sed nihil illa contra Cepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorũ. Omnia tamen hæc tolerabilia quibus actionem mutare facile est. At qui a stilo non recedunt: aut conticescunt ad hos casus: ut frequentissime falsa dicunt. Inde est enĩ tendit ad ura genua supplices manus: & hæret ĩ cõplexu liberoꝝ miser: & reuocat ecce me: & si nihil horum is de quo dicitur faciat: et e scholis hæc uitia: in quibus omnia libere fingimus & impune: quia pro facto est quicquid uolumus: non admittit hoc idẽ ueritas. Egregieq; Cassius dicenti adolescentulo. quid me toruo uultu intueris seuere: non me Hercules quid ni faciã: sed sic scripsisti. Ecce & q̃ potuit truculẽtissime

eum aſpexit. Illud præcipue monendum nequid niſi ſummis ingenii uiribus ad mouendas lachrymas aggredi audeat. Nam ut eſt longe uehementiſſimus: hic animi ĩualuit affectus: ita ſi nihil efficit tepet: quẽ melius infirmus actor tacitis iudicum cogitationibus reliquiſſ&. Nam & uultus & uox & ipſa illa excitandæ rei facies: ludibrio etiam plerũq; ſunt hominibus: quos non permouerunt. Quare metiatur ac diligẽter exiſtimet uires ſuas actor: & quantum onus ſubiturus ſit intelligat. nihil habet iſta res medium: ſed aut lachrymas meretur aut riſum. Nõ autem commouere tãtum miſerationem: ſed etiam diſcutere. Epilogi eſt proprium: cum oratione cõtinua: quæ motos lachrymis iudices ad iuſtitiam reducat: tum etiam quibuſdam urbane dictis: quale eſt date puero panem ne ploret: & corpulento litigatori cuius aduerſarius: itẽ puer circa iudices erat ab aduocato latus: quid faciam? Ego te baiulare non poſſum. Sed hæc tamen nõn debent eſſe inimica. itaque ne illum probauerim qui inter clariſſimos ſui temporis oratores fuit: qui pueris in epilogum productis: talos iecit ĩ mediũ: quos illi diripere cœperũt. Nanque & hæc ipſa diſcriminis ſui ignorantia potuit eſſe miſerabilis: neq; illum qui cum eſſ& cruentus gladius eius ab accuſatore ꝓlatus: quo is hominẽ probabat occiſũ: ſubito ex ſubſelliis ut territus fugit: & capite ex parte uelato: cũ id agendũ ex turba ꝓſpexiſſ&: ĩterrogauit an iam ille cum gladio receſſiſſ&: fecit enim riſum: ſed ridiculus fuit: diſcutiendæ tamẽ oratione huiuſmodi ſcænæ: egregieq; Cicero: q̨ cõtra imaginem Saturnini pro Rabirio grauiter & contra iuuenem: cuius ſubinde uulnus ĩ iudicio reſoluebatur ꝓ Vareno multa dixit urbane. Sunt & illi leniores epilogi: quibus aduerſario ſatiſfacimus: forte ſit eius perſona talis: ut illi debeatur reuerentia: aut cum amice aliquid commouemus: & ad concordiam hortamur: quod eſt genus egregie tractatũ a Paſſieno: cum Domitiæ uxori ſuæ: pecuniaria lite aduerſus fratrem eius Aenobarbum ageret. Nam cum de neceſſitudine multa dixiſſet: de fortuna quoque qua uter abundabat: adiecit nihil nobis minus deeſt: q̃ de quo contenditis. Omnes autem hos affectus etiam ſi quibuſdam uidentur in procœmio atque in epilogo ſedem habere: in quibus ſane ſunt frequentiſſimi: tamen aliæ quoque partes recipiunt: ſed breuiores: ut cum ex iis plurima ſit reſeruanda. At hic ſi uſq̃ totos eloquẽtiæ aperire fontes licet. Nã ex iis ſi bene diximus: reliqua poſſidebimus: iam iudicum animos & confragoſis atq; aſperis euecti tota pandere poſſumus uela: & cum ſit maxima pars epilogi amplificatio: uerbis atq; ſententiis uti licet magnificis atq; ornatis: tũc ẽ cõmouẽdũ theatrum: cum uẽtũ eſt ad ipſũ illud quo ueteres tragœdiæ comœdiæq;

clauduntur plaudite. In aliis autem partibus tractandus affectus erit: ut quisq; nascetur. Nã neq; exponi sine hoc res atroces & miserabiles debent: cum de qualitate alicuius rei quæstio est: probationibus uniuscuiusq; rei recte subiungitur. Vbi uero coniunctam ex pluribus causã agimus: etiam necesse erit uti pluribus quasi epilogis: ut ĩ Verrẽ Cicero fecit. Nam & Philodamo & nauarchis & cruciatis ciuibus romanis: & aliis plurimis suas lachrymas dedit. Sunt qui hos

uocent: quo partitam orationem significãt: mihi nõ tã partes eius q̃ species uidẽtur: siquidem hæc epilogi & ꝑorationis noĩa ipsa aperte satis ostendunt: hanc esse consumationem orationis.

DE Diuisione affectuum & quomodo mouendi sunt.

QVanuis autẽ pars hæc iudicialiũ causarum sit sũma: præcipueq; constet affectibus: & aliqua de his necessario dixerim: non tamẽ potui: ac ne debui quidem locum istum in unam speciem concludere. Quare adhuc opus superest: cum ad obtinenda quæ uolumus potentissimum: tum supradictis multo difficilius mouendi iudicũ animos: atq; in eum quẽ uolumus habitum formandi: & uelut transfigurandi. qua de re pauca quæ postulabat hæc materia sic attigi: ut magis quid oporteret fieri: q̃ quo id modo consequi possimus ostenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio est: nam & per totam ut diximus cãm locus est affectibus: & eorum nõ simplex natura nec ĩ trãsitu tractãda: quo nihil afferri maius oranti potest. Nã cætera forsitan tenuis quoq; & angusta ingenii uena: si modo uel doctrina uel usu sit adiuta: generare atq; frugem aliquam perducere queat. Certe sũt semperq; fuerũt non parũ multi: qui satis perite quæ essẽt ꝓbationibus utilia repirent: quos equidem non contemno: sed hactenus utiles credo: nequid per eos iudici sit ignotum: atq; ut dicam quod sentio dignos a quibus cãs deserti docerentur. Qui uero iudicem rapere: & in quem uellet habitũ animi poss& perducere: quo dicto flendum & irascendum ess& rarius fuit: atq; hæc est quod dominetur in iudiciis: hæc eloquẽtiam regunt. nanq; argumenta plerũq; nascunt ex causa: & pro meliore parte plura sunt semper: ut qui per hæc uicit tantum nõ defuisse sibi aduocatum sciat. Vbi uero animis iudicum uis afferenda est: & ad ipsa ueri contemplatione abducenda mens: ibi proprium oratoris opus est: hoc nõ docet litigatore: hoc causarum libellis nõ continetur. Probationes enĩ efficient sane ut causam nostram meliorem esse iudices putẽt: affectus præstant: ut etiam uelint: sed id quia uolunt credunt quoq;. Nam cũ

irasci: fauere: odisse: misereri cœperunt: agi iam rem suam existimant: & sicut amantes de forma iudicare non possent: quia sensũ oculorum premit amor: ita omnem inquirẽdæ ueritatis rationem iudex amittit: occupatus affectibus æstu fertur. Et uelut rapido flumini cõsequitur: ita argumenta ac testes quid egerint pronunciatio ostẽdit: commotus autẽ ab oratore iudex quid sẽtiat: sedẽs adhuc atq; audiens cõfitet᷑. An cum ille qui plerisq; perorationibus petitur fletus erumpit: nõ palam dicta sententia ẽ. Huc igitur incumbat orator: hoc opus eius: hic labor est: sine quo cætera nuda: ieiuna: infirma ingrata sunt: adeo uelut spũs operis huius atq; animus est in affectibus. Horum autem sicut ãtiqtus traditum accepimus: duæ sũt species: alteram græci uocãt: quam nos recte uertentes ac proprie affectum dicimus: alterã cuius nomini ut ego quidẽ sentio caret sermo romanus: mores appellant᷑: atq; inde pars quoq; illa philosophiæ moralis ẽ dicta. Sed ipsam rei naturam spectanti mihi: non tã mores significari uidẽt᷑: q̃ morum quædam proprietas: nã ipsis quidam omnes habitus mẽtis continẽtur. Cautiores uoluptatem complecti: q̃ nomina interpretari maluerunt: affectus igitur hos concitatos: illos mites atq; cõpositos esse dixerunt. In altero uehementer commotos: in altero lenes. deniq; hos imperare: illos persuadere: hos ad probationem: illos ad beniuolentiam præualere: adiiciũt quidã peritoꝝ pathos temporale esse. Quod ut accidere frequẽtius fateor: ita nõ nullas credo esse materias: quæ cõtinuũ desiderent affectum: nec tamen minus artis aut usus hi leuiores habẽt: uirium atq; impetus nõ tantundẽ exigunt. In causis uero etiã pluribus uersantur: imo secundum quendam intellectum in omnibus. Nam cũ ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractetur: quicquid de honestis & de utilibus deniq; faciendis & non faciendis discitur: hoc uocari potest. Quidam commendationem atq; excusationem propria huius officii putauerunt: nec ab uno esse ista in hac parte: sed non concedo ut sola sint: quin illud adhuc adiicio atq; . Sed interim ex eadem natura: ita ut illud maius sit hoc minus: ut amor caritas . Interdum diuersa inter se: sicut in epilogis: nanque cõcitat solet mitigare: ꝓpria tamẽ mihi huius noĩs exprimenda natura ẽ: quatenus appellatione ipsa non satis significare uidetur quod ĩtelligimus: quodq; a docẽtibus desideramus: id erit quod ante omnia bonitate commendabitur. non solum mite ac placidum: sed plerunq; blandum & humanum: & audiẽtibus amabile atque iucundũ: in quo exprimendo sũma uirtus ea est: ut fluere omnia ex natura rerum hominumque uideantur: quo mores dicẽtis ex orõne

perluceant : & quodammodo agnoſcantur : quod eſt ſine dubio inter
coniunctas maxime perſonas :quotiens perferimus:ignoſcimus:ſatiſ-
facimus:monemus procul ab ira:procul ab odio:ſed tamen alia patris
aduerſus filium:tutoris aduerſus pupillum : mariti aduerſus uxorem
moderatio eſt . Hi enim præferunt eorum ipſorum a quibus lædimur
caritatē:neq; alio modo inuiſos eos faciunt:q̄ quod amare ipſi uidēt̄:
alia cum ſenex adoleſcentis :alia cum uitium honeſtus inferioris fert.
Hic enim tantum concitari:illic etiam affici debet.Sunt & illa ex eadē
natura.ſed motus adhuc minoris ueniam petere:adoleſcētiā deſcēdere:
amores:nonnunq̄ etiam lenis alieni caloris deriſus:ex hac forma ueīt.
Sed non his locis tantum:uerum aliquanto magis propriæ ſūt uirtutis
ſimulationis ſatiſfaciendi: rogandi &   quæ diuerſum ei
quod dicit intellectum petit . Hinc etiam ille maior ad concitandum
odiū naſci affectus ſol&: cū hoc ipſo quo nos aduerſariis ſubmittiūs:
intelligitur tacite īpotētiæ exprobratio. Nāq; eo graues & ītolerabiles
id ipſum demōſtrat:quod cædimus:& ignorat cupidi maledicēdi : aut
affectatores libertatis plus inuidiam q̄ conuitium poſſe. nam inuidia
aduerſarios:cōuitium nos inuiſos facit.Ille iam pene medius affectus
eſt ex amoribus:& ex deſideriis amicorum & neceſſariorum.Nā & hoc
maior eſt:& illo minor:non parum ſignificantur etiam illa in ſcholis
          dixerimus:quibus plerunque ruſticos:ſuperſtitioſos:auaros:
timidos:ſecūdū cōditionē ꝓpoſitionū effigimus:nā ſi   mores
ſunt:cum hos imitamur:& ex his ducimus orationē.Deniq; hoc omne
bonū & comem uirū poſcit:quas uirtutes cum etiā ī litigatore debeat
orator ſi fieri poteſt approbare:utiq; ipſe aut habeat:aut hr̄e credatur.
Sic proderit plurimum cauſis:quibus ex ſua bonitate faciet fidē : nā
qui dum dicit malus uidetur:utiq; male dicit.non enim uidetur iuſta
dicere:alioquin qui   uideretur:quare & ipſum etiam dicendi
genus in hoc placidum debet eſſe ac mite:nihil ſuperbum:nihil elatū:
ſaltem ac ſublime deſideret:proprie iucūde : credibiliter dicere ſat eſt.
Ideoq; & medius ille oratoris modus maxime conuenit.Diuerſum eſt
huic quod   dicitur:quodq; nos affectum ꝓprie uocamus:
& ut proxime utriuſq; differentiā ſignē: illud comœdiæ:hoc tragœdiæ
ſimile:hæc pars circa iram:odium:metum:inuidiam:miſerationē fere
tota uerſatur:quæ quibus ex locis ducenda ſunt:& manifeſtum oībus:
& a nobis in ratione procemii atq; epilogi dictum eſt.Et metum tamē
duplicem intelligi uolo:quem patimur & quem facimus: & īuidiam.
Nanq; altera inuidum:altera īuidioſum facit.hoc autē hominis:illud
rei eſt.in quo & plus habet operis ratio. Nam quædam uident̄ grauia

per se:parricidium:cædes : ueneficium:quædam efficiéda sunt. Id auté contingit cũ magnis alioquin malis grauius esse:id quod passi sumus ostenditur. Quale est apud Virgilium. O felix una ante alias priameia uirgo. Hostilé & tumulũ troiæ sub mœnibus altis. Iussa mori: q̃ miser enim casus Andromachæ:si comparata ei felix Polixena : aut cum ita exaggeramus iniuriam nostram:ut etiam quæ multa minora sũt intolleranda dicamus:si pulsasses defendi non poteras:uulnerasti. Sed hæc diligentius cum ad eam amplificationem uenerimus dicemus. Interim notasse contentus sum : non id solũ agere affectus:ut quæ sũt ostédát̃ acerba ac luctuosa: sed etiam ut quæ toleranda haberi solent : grauia uideantur:ut cum in maledicto plus iniuriæ:q̃ ĩ manu. In ĩfamia plus pœnæ dicimus:q̃ in morte. Nãq; in hoc eloquentiæ uis est:ut iudicem non ad id tantum compellat:in quod ipsi rei natura ducetur. Sed aut qui non est:aut maiorem q̃ est faciat affectũ. Hæc est illa quæ dynosis uocatur rebus indignis:asperis:inuidiosis:addés uĩ oratio:qua uirtute præter alios plurimum Demosthenes ualuit. Quod si mihi tradita seq̃ præcepta sequi sufficeret:satisfeceram huic parti:nihil eorum quæ legi uel didici:quod modo probabile fuit omittendo . Sed mihi in animo est:quæ latent penitus ipsa huius loci aperire penetralia: quæ quidem non aliquo tradente:sed experimento meo ac natura ipsa duce accepi. Summa enim quantũ ego quidem sentio circa mouendos affectus:in hoc posita est:ut moueamur ipsi. Nam & luctus & iræ & indignatioés: aliquando ridicula fuerit imitatio: si uerba uultũq; tantum nõ etiam animũ accõmodauerimus. Quid enim aliud est causæ:ut lugétes utiq; in recenti dolore disertissimæ: quædam exclamare uideantur : & iram nonnunq̃ indoctis quoq; eloquentiam faciat:q̃ ꝙ illis inest uis métis: & ueritas ipsa morũ. Quare ĩ iis quæ uerisimilia esse uolumus: simus ipsi similes eorum qui uere patiuntur affectibus:& a tali aĩo ꝓficiscat̃ oratio:qualem facere iudicem uolet: an ille dolebit:qui audiet me eũ. hoc dicam non dolenter:irascetur si nihil ipse:qui in iram concitat se: idq; exigit simile patietur:siccis agẽtis oculis lachrymas dabit:fieri nõ potest:nec ĩcendit nisi ignis:nec madescimus nisi humore:nec res ulla dat alteri colorem qué ipsa non habet. Primum est igitur:ut apud nos ualeant ea quæ ualere apud iudicem uolumus : afficiamurque anteq̃ afficere conemur. At quomodo fiet ut afficiamur . Neque enim sunt motus in nostra potestate. Tentabo etiam de hoc dicere:quas fantasias græci uocant:nos sane uisiones appellemus:per quas imagines rerum absentium ita repræsentatur animo:ut eas cernere oculis:ac præsentes hr̃e uideamur. Has qsq; bene ceperit:is erit in affectibus potẽtissimus:

has quidem dicunt qui sibi res: uoces: actus secundum uerum optime finget: quod quidem nobis uolétibus facile continget. Nam u inter ocia animorũ: & spes inanes & uelut somnia quædã uigilãtiũ: ita nos hæ de quibus loquimur imagines ꝓsequunt: ut peregrinari: nauigare: prœliari: populos alloqui: diuitiarũ quas nõ habemus: usũ uideamur disponere: nec cogitare sed facere: hoc animi uitiũ ad utilitatem nõ transferimus. at hominem occisum queror: non oĩa: quæ ĩ repræsenti accidisse credibile est: ĩ oculis habebo: nõ ꝑcussor ille subitus erũpet: nõ expauescet circunuẽtus: exclamabit: uel rogabit uel fugiet: non ferientem: non concidentem uidebo animo: sanguis & pauor & gemitus extremus deniq; expirantis hiatus insidet: insequetur quæ a Cicerone illustratio & euidentia nominat: qué non tã dicere uidetur q̃ ostendere: & affectus non aliter q̃ si rebus ipsis interfimus sequent. an nõ ex his uisionibus illa sunt: excussi manibus radii reuolutaq; pensa: leuiq; patens in pectore uulnus: & quos ille in funere pallantis positis insignibus: quid nõ idẽ poeta pœnitus ultimi fati cœpit imaginem: et diceret ut dulcis moriens reminiscitur argos. Vbi uero miseratione opus erit: nobis ea de quibus querimur accidisse credamus: atq; ĩ animo nr̃o persuadeamus: nos illi simus: quos grauia: indigna: tristia passos queramur: nec agamus rem quasi alienam: sed assumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus quæ in simili nr̃o casu dicturi essemus. Vidi ego sæpe histriones atque comœdos cum ex aliquo grauiore actu ꝑsonam deposuissent: flentes adhuc egredi. quod si in alienis scriptis sola pronũciatio ita falsis accedit affectibus: quid nos faciemus: qui illa cogitare debemus: ut moueri periclitantiũ uice possumus. Sed in schola rebus quoq; ipsis affici conuenit: easq; ueras sibi fingere: hoc magis: quod illic ut litigatores loquimur frequentius q̃ ut aduocati. orbum agimus: & naufragum & periclitãtem: quorum inducere ꝑsonas nõ attinet nisi affectus assumimus. Hæc dissimulãda mihi non fuerunt: qnibus ipse quantuscunq; sim aut fui: peruenisse me ad aliquod nomen ĩgenii credo: frequẽter motus sum: ut me lachrymæ nõ solum deprehenderũt: sed pallor & uero similis dolor.

DE Risu.

HVic diuersa uirtus quæ risũ iudicis mouẽdo: & illos tristes soluit affectus: & animum ab intentione rerum frequenter auertit: & aliquando etiam reficit: & a facietate uel a fatigatione renouat: quãta sit autem in ea difficultas: uel duo maximi oratores: alter græce: alter latinæ eloquentiæ principes docent. Nã pleriq; Demostheni facultaté huius rei defuisse credunt. Ciceroni modum: nec uideri potest noluisse

Demosthenes: cuius pauca admodũ dicta: nec sane cæteris eius uirtutibus respõdẽtia palã ostẽdũt: nõ displicuisse illi iocos: sed nõ cõtigisse. Noster uero nõ solum extra iudicia: sed etiã ĩ ipsis oratioĩbus habitus ẽ nimius risus affectator. Mihi quidem siue id recte iudico siue amore immodico præcipui in eloquentia uiri laboro: mira quædam uidetur in eo fuisse urbanitas. Nam in sermone quotidiano multa: & ĩ altercationibus & interrogãdis testibus plura q̃ quisq̃ dixit facete: & ipsa illa quæ sunt in Verrem dicta frigidius aliis assignauit: & testimonii loco posuit: ut quo sũt magis uulgaria: eo sit credibilius: illa ab oratore nõ ficta: sed passim esse iactata. Vtinam Quintus & libertus eius tyro: & alius quisquis fuit: qui tres hac de re libros edidit: parcius dictorum numero indulsissent: & plus iudicii in eligendis: q̃ in congerẽdis studii adhibuissent: minus abiectus locus calumniãtibus foret: qui tamẽ nũc quoq; ut in omni eius ingenio facilius quid reiici q̃ quid adiici possit: inueniẽt. Affert autem summam rei difficultatem. Primũ qa ridiculũ dictum plerunque falsumq; est: hoc semper humile: sæpe ex industria deprauatum. Præterea nunq̃ honorificum: tum uaria hominũ iudicia ĩ eo: qa nõ ratione aliqua: sed motu animi quodam: nescio an errabili iudicatur. neq; hoc ab ulla satis explicari puto: licet multi tentauerĩt. Vnde risus qui non solum facto aliquo dictoue: sed interdum quodã etiam corporis tactu lacessitur. Præterea non ut narratione moueri soleat: neq; enim acute tantum ac uenuste: sed stulte: iracunde: timide: dicta ac facta ridentur. Ideoq; anceps eius rei ratio est: quia a derisu nõ procul abest risus. Habet enim ut Cicero dicit sedem in deformitate aliqua & turpitudine: quæ cum in aliis demonstrantur urbanitas: cũ in ipsum dicentem recidunt stultitia uocatur. Cum uideatur autẽ res leuis & quæ ab scurris: mimis: ĩsipientibus: deniq; sæpe moueatur: cũ habet uim nescio an ĩperiosissimam: & cui repugnare minime potest. Erumpit etiam inuitus sæpe: nec fultus ope: nec uultus modo ac uocis exprimit confessionem: sed totum corpus ui sua concutit. rerum autẽ sæpe ut dixi maximarum momenta uertit: cum odium iramq; frequẽtissime frangat: documento sunt iuuenes tarentini: q multa de Pyrrho rege securius ĩter cœnam locuti: cum rationem facti reposceret. & neq; negari res neq; defendi posset: risu sũt & opportuno ioco elapsi. Nãq; unus ex iis: immo inquit nisi lagena defecisset: occidissemus te: eaque urbanitate tota est inuidia criminis dissoluta. Verum hoc quicquid est ut nõ ausim dicere carere omni arte: quia nullam obseruationẽ habet: suntq; ad id pertinentia: & a græcis & a latinis cõposita præcepta: ita plane affirmo præcipue positum in natura et occasione. Porro natura

non tantum in hoc ualet ut acutior quis atq; habilior sit ad īueniēdū. nam id sane doctrina possit augeri: sed inest proprius quibusdā decor habitu atq; uultu: ut eadem illa minus dicente alio uideāt̄ urbana esse. Occasioni uero & in rebus est tanta uis: ut sæpe adiuti ea non indocti modo: sed etiam rustici salse dicant: & in eo quis aliquid dicitur prior. Sunt enim longe uenustiora omnia in respondendo q̄ in prouocādo. Accedit difficultati q̄ eius rei nulla exercitatio est: nulli præceptores utique in conuiuiis & sermonibus multi dicaces. Sed quia in hoc usu quotidiano proficimus: oratoria urbanitas rara. Nec ex arte propria: sed ad hanc consuetudinem cōmendata. Nihil autē uetabat & cōponi materias in hoc idoneas: ut controuersiæ permixtis salibus fingerētur: uel res proponi singulas ad iuuenum talē exercitationē: quin illæ ipsæ quæ dicta sunt ac uocantur. Quas certis diebus feste licētiæ dicere solebamus: si paulum adhibita ratione fingerent̄: aut aliquid ī his seriū quoq; esset admixtum plurimum poterat utilitatis afferre: quæ nunc iuuenum uel sibi ludētium exercitatio est. Pluribus autem nominibus ī eadem re uulgo utimur: quæ tamen si deducas suam propriā quādā uim ostendēt. Nam & urbanitas dicitur: qua quidem significari uideo sermonem præferentem in uerbis & sono & usu ꝓpriū quendā gustū urbs: & sumptam ex cōuersatione doctorum tacitā eruditionē. Deniq; cui contraria sit rusticitas. Venustum esse quod cum gratia quadā ex uenere dictum apparet. Salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non utiq; hoc est: q̄q̄ & ridicula oporteat esse salsa. Nam & Cicero. Omne quod salsum: ait esse atticorum non quia sunt maxime ad risum cōpositi. Et Catullus cum dicit. Nulla in tā magno est corpore mica salis: hoc dicit nihil ī corpore eius esse ridiculū. Salsū igitur erit quod non erit insulsum: uelut quoddam simplex orationis condimentum: quod sentitur latente iudicio: & uelut palatum excitat: quod & a tedio defendit orationē. Sane tamen ut ille in cibis paulo liberalius aspersus: si tamen non sit immodicus: affert aliquid propriæ uoluptatis: ita hi quoq; in dicendo habēt quiddam: quod nobis faciat audiendi sitim. facetū quoq; non tantū circa ridicula opinor cōsistere. Neq; enim diceret Horatius facetum Catonis genus: natura cōcessum esse Virgilio: decoris hanc magis & excultæ cuiusdam elegātiæ: appellationem puto. Ideoq; in epistolis Cicero hæc Bruti refert uerba: ne ulli sunt pedes faceti ac deliciis ingredienti mollius: quod conuenit cum illo horatiano: molle atq; facetum Virgilio. Iocū uero accipimus quod est contrarium serio. Nam & fingere & terrere & promittere īterī iocus est. Dicacitas sine dubio a dicendo: quæ est omni generi cōe: ducta est:

proprie tamen significat sermonem cum risu aliquos incessenté. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt: dicacem negant. Propriũ auté materiæ de qua nũc loquimur é ridiculum. Ideoq; hæc tota disputatio à græcis inscribitur. Etenim prima diuisio traditur eadem quæ est omnis orationis: ut sit positum in rebus aut in uerbis. Vsus autem maxime simplex: aut enim ex aliis risum petimus: aut ex nobis: aut ex rebus mediis. aliena auté reprehendimus: aut refutamus: aut eleuamus: aut repcutimus: aut eludimus: nostra ridicula ĩdicamus: & ut uerbo Ciceronis utar: dicimus aliqua subabsurda. nanque eadem quæ si ĩprudétibus excidãt: stulta sunt: si simulamus uenusta credũť. Tertium est genus ut idem dicit in decipiendis expectationibus: dictis aliter accipiendis: cæterisq; quæ neutram personam contingunt. Ideoq; a me media dicuntur. Ité ridicula aut facimus aut dicimus: facto risus conciliať. Interim admixta grauitate: ut Marcus Cæcilius prætor cum sellã eius currulé consul Isauricus fregiss&: alteram posuit loris ĩtentã. dicebatur autem consul a patre aliquando cæsus flagris: interim sine respectu pudoris: ut in illa Apodixe ceciliana: quod neq; oratori neque ulli graui uiro conueniat. Idem autem si uultu gestuq; ridiculo dictũ sit: in quibus est quidem summa gratia: sed maior eum captare risum non uidetur: nihil enim ex iis quæ dicunt salsa: dicuntur insulsius aũt: q̃q̃ gratiæ plurimum dictis seueritas affert: fitq; ridiculum id ipsum: quia qui dicit non ridet. Est tamen interim & aspectus & habitus oris: & gestus non inurbanus: cum iis modus cõtigit. Id porro quod dicitur aut est lasciuum: aut hilare: qualia Galbæ pleraq;: aut contumeliosum: qualia nuper Ianibassi: aut asp̄: qualia Cassii seueri: aut leue: qualia Domitii afri. Refert iis ubi quis utať. nã in conuictibus & quotidiano sermone: lasciua humilibus: hilaria omnibus conueniunt. Ludere nũq̃ uelimus: longeq; absit propositum illud: potius amicũ q̃ dictũ ꝑdidi. In hac quidem pugna forẽsium malim mihi lenibus ĩterdicere: nõnũq̃ & contumeliose & aspere dicere in aduersarios permissum est: cũ accusare etiam palam & caput alterius iniuste petere cõcessum sit. Sed hic quoque tamen inhumana uideri solet fortunæ insectatio: uel q̄a culpa caret: uel quia redire etiam in ipsos qui obiecerunt potest. Primũ itaq; considerandũ est: & quis in qua cã: & apud qué: & ĩqué: & quid dicat. Oratori minime cõuenit distortus uultus gestusq;: quæ ĩ mimis rideri solent. Dicacitas etiã scurrilis & scænica huic personæ alienissĩa é. Obscenitas uero non a uerbis tantũ abesse debet: sed etiã a significatiõe. Nã siquãdo obiici potest: nõ ĩ oĩ loco exprobrãda est. Oratoré præterea ut dicere urbane uolo: ita uideri affectare id plane nolo. Quapropter

ne dicet quidem salse quotiens poterit: & dictum potius aliquando perdet: q̄ minuet auctoritatem: nec accusatorem aūt atroci ĩ causa: nec patronum in miserabili iocantem feret quisq̄. Sunt etiam iudices qdā tristiores: q̄ ut risum libenter patiantur. Solet interim accidere ut id quod in aduersarium dicimus: aut ĩ iudicem conueniat: aut nostrum quoq; litigatoré: q̄q̄ aliqui reperiuntur: qui ne id quidem quod ĩ ipsos recidere possit: euitent. Quod fecit longus Sulpitius: q cū ipse fœdissimus ess&: ad eum contra quem iudicio liberali aderat: ne faciē quidem haberi liberi hominis: cui respondés Domitius afer: tu ĩquit ex animi sententia longe: qui malam faciem habet: liber non est. Vitandū etiā ne petulās: ne superbus: ne loco: ne tempore alienum: ne præparatum: ne domo allatum uideatur: quod dicimus. Nam aduersus miseros sicut supra dixeram inhumanus est iocus. Sed quidam ita sunt receptæ auctoritatis & notæ uerecundiæ: ut nocitura sit in eos dicédi petulātia. Nam de amicis iam præceptum est. Illud non ad orandi fere cōsilium: sed ad omnes pertinet. lacessat hoc modo quem lædere sit periculosū: ne aut inimicitiæ graues insequatur: aut turpis satisfactio. Male etiam dicitur quod in plures conuenit: si aut nationes totæ incessantur: aut ordines aut conditio: aut studia multorum. Ea quæ dicit uir bonus oīa salsa dignitate ac uerecundia decent: nimium enim risus precium est: si probitatis compendio constat. Vnde autem concilietur risus: & qbus ex locis peti soleat: difficillimum est dicere. Nam si species oés ꝑsequi uelimus: nec modū reperiemus: & frustra laborabimus: neq; numerosi minus sunt loci: ex quibus hæc ducta: q̄ illi ex quibus eas quas sētētias uocamus: ducuntur: neq; alii: nam hic quoq; est inuentio & elocutio: atque ipsius elocutionis uis alia in uerbis: alia in figuris. Risus igitur oriuntur aut in corpore eius in quem dicimus: aut ex animo q factis ab eo dictisq; colligitur: aut ex iis quæ sunt extra posita. Intra hæc enī ē oīs uituperatio: quæ si grauius posita sit: seuera sit: si leuius ridicula. Hæc aut ostenduntur: aut narrantur: aut dicto notantur. Rarū ē autē oculis subiicere contingat: ut fecit. C. Iulius: qui cum Helio mancipi sæpius obstrepenti sibi diceret: Etiam ostédam qualis sis: isque plane instaret interrogatione: qualem se tamen ostēsurus ess& digito demōstrauit imaginem galli in scuto cimbrico pictam: cui manceps tum simillimus est uisus. tabernæ autem erāt citra forū: ac scutum illū signi gratia positum. Narrare quæ salsa sint ĩ primis est subtile & oratoriū: ut Cicero p̄ro Cluentio narrat de Cepasio atque Fabritio: aut Marcus Cælius de illa. C. Lælii collegæq; eius ĩ prouinciā festinātiū contētiōe. Sed in his omnibus cum elegans & uenusta exigitur tota expositio: tū

id festiuissimũ quod adiicit orator. Nam & a Cicerone sic est Fabricii fuga illa credita. Itaq; cũ callidissime se putaret dicere & cum illa uerba grauissĩa ex ĩtimo artificio deprõpsisset: respicite ĩqt hoĩum fortunã: respicite Caii Fabricii senectuté. cũ hoc respicite ornãdæ orõnis cã sæpe dixisset: Respexit ipse Fabricius: a subselliis demisso capite discesserat: & cætera quæ adiecit. Nã é notus locus cũ in re hoc solũ esset Fabriciũ a iudicio recessisse. Et Cælius cũ oĩa uenustissĩe fixit: tũ illud ultimũ sic subsecutus: qũo trãsierit utrũ rate an piscatorio nauigio nemo sciebat Siculi qdé ut sũt lasciui & dicaces: aiebãt ĩ delfino sedisse: & sic tãq̃ ariona trãsuectũ. In narrãdo autem Cicero consistere facecias putat: dicacitaté in faciendo. mire fuit in hoc genere uenustus Afer Domitius: cuius orationibus cõplures huiusmodi narrationes insertæ reperiuntur: sed dictorum quoq; ab eorum urbane sunt editi libri. Illud quoq; genus é positũ nõ ĩ hac ueluti iaculatione uerborũ & inclusa breuiter urbaĩtate: sed in quodam longiore actu: quod de Crasso contra Brutum. Cicero ĩ secũdo de oratore libro: & aliis quibusdã locis narrat. Nam cũ Brutus in accusatione Caii Planci ex duobus lectoribus ostendisset contraria: Lucium Crassũ patronum eius ĩ oratione quam de colonia narbonẽsi habuerat: suasisse: iis quæ de lege seruilia dixerit: tres excitauit: & ipse lectores: hisq; patris eius dialogos dedit legendos: quorũ cum in priuernati unus: alter ĩ albano: te. tius in tiburti sermonem habitum complecteretur: requirebat ubi essent eæ possessiones. Omnis autem illas Brutus uendiderat: & cum paterna manciparet prædia: turpis habebat᷑. Similis ĩ apologis quoq; & quibusdã etiam interĩ historiis exponẽdi gratia consequi solet. Sed acutior est illa atq; uelocior in urbanitate breuitas. Cuius quidé duplex est forma dicendi ac respondendi: sed ratio cõmunis ĩ parte. nihil enim quod in lacessendo dici potest: non etiã in repcutiendo. At ꝓpria quædam sunt respondentium. Illa etiã ira concitati afferre solent. Hæc plerunq; in altercatione: aut ĩ rogandis testibus requiruntur. Cum sint auté loci plures: ex qbus dicta ridicula ducantur: repetendum est mihi non omnis eos oratoribus conuenire. In primis autem ex amphibologia: neque illa obscura quæ Attelaniæ more captent: nec qualia uulgo iactantur uilissimo: quoq; conuersa ĩ maledictũ fere ãbiguitate: ne illa quidem quæ Ciceroni aliquãdo sed non in agendo exciderunt ut dixi: cum is candidatus: qui Coci filius habebat᷑: coram eo suffragium ab eo peteret. Ego quoq; tibi fauebo: non quia excludenda sint omnino uerba duos sensus significantia: sed quia raro bello respondeant: nisi cum prorsus rebus ipsis adiuuantur. quare nõ hoc modo pene & ipsum scurrile Ciceronis est in eundem de

quo supra dixi Isauricũ: miror quid sit: ꝙ pater tuus hõ cõstãtissimus te nobis uarium reliquit. Sed illud ex eodem genere præclarum: cum obiiceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiaꝝ: quod bouillas ãte horam nonam diuertiss&: ut expectaret: dũ Clodius a uilla sua exiret: & idẽtidẽ interrogaret: quo tempore Clodius occisus ess&: respondit sero: quod uel solum sufficit: ut hoc genus non totum repudietur. Nec plura modo significari solent: sed etiam diuersa: ut Nero de seruo pessimo dixit. Nulli apud se plus fidei haberi: nihil ei neq; clusum neq; signatum esse. Peruenit res usq; ad enigma quæ est Ciceronis impletorium Fonteii accusatorem: cuius matrem dixit dum iuxiss& ludum: postq̃ mortua ess&: magistros habuisse. dicebant̃ autẽ dum uixit infames fœminæ: ad eam conuenire solitæ: post mortẽ eius bona uenibãt: q̃q̃ hic ludus per translationẽ dcũs ẽ: mgrĩ ꝑ ãbiguitatẽ. In metalepsim quoq; cadit ratio dictoꝝ. Vt Fabius maximus incusãs auguste congiariorum: quæ amicis dabantur exiguitatem heminariã esse dixit. Nam congiarium commune liberalitatis atque mensuræ: a mensura ducta in minutionem rerum: & tam frigida q̃ est nominum fictio. adiecit is detractis mutatis litteris: ut acisculũ: quia ess& pactus paciscutum: & placidum nomine: quia is acerbus natura ess& Aculum & Tullium: cum fur esset: Tollium dictos ĩuenio. Sed hæc eadẽ genera commodius in rebus q̃ in nominibus respondent. Afer enim uenuste Manlium suram multum in agendo discursantem: salientem: manus iactãtem: togam deiicientẽ & reponentem: non agere dixit sed satagere. Est enim dictum per se urbanum satagere: etiam si nulla subsit alterius uerbi similitudo: fiunt & detracta & adiecta aspiratione: & binis con-iunctis uerbis: similiter sæpius frigida: aliquando tamen recipienda: eademq; conditio est in iis quæ a nominibus trahuntur. multa ex hoc Cicero in Verrem: sed ut ab aliis dicta modo futurum: ut oĩa uerteret: cum diceretur ei Verres: modo Herculem ei quẽ expilauerat molestiorẽ apro erimãtio fuisse: modo malum sacerdotem: qui tam neq̃ Verrem reliquisset: quia sacerdos Verri successerat. Præbet tamen aliquando occasionem quædam fœlicitas: hoc quoq; genere bene utendi: ut pro Cecinna Cicero ĩ testem Sex. Clodium Phormionem: nec minus niger inquit: nec minus confidens q̃ est ille terentianus Phormio. Acriora igitur sunt & elegantiora quæ trahuntur ex ui rerum. In his maxime ualet similitudo: si tamen ad aliquid inferius leuiusq; referatur: quæ iã ueteres illi iocabantur qui Lentulũ spintherẽ & Scipionẽ syriationẽ esse dixerunt. Sed ea non ab hominibus modo petitur: uerum etiam ab aĩalibus: ut nobis pueris Iunius bassus homo in primis dicax asinus

albus uocabatur: & Sarmētus seu Publius Blessus Iunium hominem nigrꝝ & macrꝝ & pandū fibulā ferreā dixit: quod nūc risus petēdi genus frequentissimum est. Adhibetur autem similitudo interī palā: īterim serio solet parabolæ: cuius ē generis id Augusti: q militi libellū tīmide porrigenti: noli inquit dubitare tanq̄ assem elephanto des. Sūt quædā etiam uerisimilia. Vnde Vatinius dixit hoc dictum: cum reus agente ī eū Caluo cādido frōtē sudario tergeret: idq; ipsū accusator in inuidiā uocaret: q̄uis reus sum inquit: & panē cādidum edo. adhuc ē subtilior illa simili translatio: cū quod ī alia re fieri solet: ī aliam mutuamur: ea dicatur sane fictio: ut Chrysippus cū in triumpho Cæsaris eburnea oppida essēt translata: & post dies paucos Fabii Maximi lignea thetas esse oppidoꝝ Cæsaris dixit. Et Empedocles de Mirmillone q retiarium consequebatur: nec feriebat: uiuum inquit capere uult. Iūgitur amphibologiæ similitudo: ut. A. L. Galba qui pilam negligenter petenti: sic inquit: petis tanq̄ Cæsaris candidatus: nam illud petis ambiguum est: securitas similis: quod hactenus ostēdisse satis est. Cæterū frequētissīa aliorum generum cum aliis mixtura est: eaq; optima quæ ex pluribus constat: eadem dissimilium ratio est. Hinc eques romanus ad quem ī spectaculis bibētem: cum misiss& Augustus q ei diceret: ego si prādere uolo: domum eo. tu enim inquit nō times: ne locum perdas: ecōtrario nō una species: neq; enim eodem modo dixit Augustus præfecto: quē ignominia mittebat: subinde interponenti precibus: quid respondebo patri meo: dic me tibi displicuisse: quo Galba penulā roganti nō possū commodare: domi maneo: cum cœnaculum eius perplueret. Tertium adhuc illud siquidem ut ne auctorem ponam uerecūdia ipsius facit: libidinosior es q̄ ullus spado: quod sine dubio & opinio decipitur. Sed ex contrario & hoc ex eodem loco est: sed nulli priorum simile: quod dixit Marcus Vestinius: cum ei nūciatū ess& aliquādo desinet putere. Onerabo librum exemplis: similemq; iis qui risus gratia componunt efficiam: si persequi uoluero singula ueterum. Ex oībus argumētorum locis eadem occasio est: nā & finitiōe usus est Augustus de Pātomimis duobus: qui alternis gestibus contendebāt: cum eoꝝ alteꝝ saltatorem dixit: alterum interpellatorem: & partitione Galba: cū penulā roganti respondit: non pluit: non est opus tibi si pluit ipse utar. proīde genere: spē: propriis: differētibus: iugatis: adiūctis: cōsequētibus: ātecedētibus: repugnantibus: causis: effectis: comparatione: parium: maioꝝ: minoꝝ: similis materia præbetur. Sicut in tropos quoq; omnes cadunt. An nō plurima dicuntur: quæ refert Cicero de homine præ longo: caput eum ad fornicē Fabiū offēdisse. Et quod. P. Oppius dixit de genere Lētuloꝝ:

cũ aſſidue minores parentibus liberi eſſent in naſcendo. Interĩ utrũq;. Quid ironia : nonne etiam quæ ſit ueriſſime loci prope genus eſt : q̃ urbane uſus eſt Afer cũ Didio gallo: q prouĩciã ãbitioſiſſĩe petierat. deinde impetrata ea tanq̃ coactus quærebatur: age inquit aliquid : & rei.p.cauſa elabora: quaq; Cicero uſus ſit. Cũ Vatinii morte nũciata: cuius parum certus dicebatur auctor. Interim inquit uſura fruar. Idẽ per allegoriam Marcum Cæliũ melius obiicientẽ crimina q̃ defendẽtẽ: bonã dextram : malã ſiniſtram habere dicebat. Emphaſia Iulius dixit ferrum tatium incidiſſe: figuras quoq; mentis quæ

dicunt̃: res eadẽ recipit oĩs: in quas nõnulli diuiſerũt ſpẽs dictoꝝ. nã & ĩterrogamus: & dubitamus: & affirmamus: & minamur: & optamus: quædam ut miſerantes: & quædam ut iraſcentes dicimus. Ridiculum eſt autem omne quod aperte fingitur: ſtulta reprehendere facillimum eſt: nam per ſe ſunt ridicula. Sed rem urbanã facit aliqua ex nobis abiectio. Stulte ĩterrogauerat exeuntem de theatro Cãpatium Curius Mãnius an ſpectaſſ&: facit Cãpatius dubitationẽ eius ſtultiorẽ dicẽdo. Sed in orcheſtra pila luſi. Refutatio cũ ſit ĩ negando: ĩ arguẽdo: defendendo: eleuando ridicule negauit Mannius Curius. Nam & cum eius accuſator in Sipario omnibus locis : aut nudum cum ĩ neruo: aut ab amicis redemptum: ex alea pinxiſſ&. Ergo ego inquit nunq̃ uici. Redarguimus ĩterim aperte : ut Cicero Iubium Curtium multũ de annis ætatis ſuæ mentientem. Tum ergo cum una declamabamus : non eras natus. Interim ut ſimulata aſſẽſione: ut idem Fabiæ: Dolabellæ dicẽti: triginta ſe annos habere. Verum eſt inquit. Nam hoc iam uigĩti annis audio. Belle interim ſubiicitur pro eo: quod neges aliud mordacius: ut Iunius Baſſus: quærẽte Domitia Paſſanii: ꝙ ĩcuſãs eius ſordes calceos eam ueteres diceret uendere ſolere. Non me hercules inquit hoc unq̃ dixi: ſed dixi emere te ſolere. Defenſionẽ imitatus eſt eques romanus: qui obiiciẽti Auguſto : ꝙ patrimonium comediſſ& meum ĩqt putaui. Eleuandi ratio eſt duplex: ut aut ueniam quis aut iactantiam minuat. Quemadmodum. C. Cæſar Pomponio oſtendẽti uulnus ore exceptum in ſeditione ſulpitiana: ꝙ ipſe ſe paſſũ ꝓ Cæſare pugnantẽ: gloriabat̃: nunq̃ fugiens reſpexeris inquit: aut crimen obiectum: ut Cicero obiurgantibus: ꝙ ſexagenarius pupillam uirginem duxiſſ&: Cras mulier erit inquit: hoc genus dicti: conſequens uocant quidam: atque illi ſimile: ꝙ Cicero Curionem ſemper ab excuſatione ætatis incipientem: facilius quotidie procemium habere dixit: quia iſta natura ſequi: & cohærere uideantur. Sed eleuandi genus eſt etiam cauſarum relatio: quia Cicero eſt uſus in Vatinium. Qui pedibus æger cum uellet uideri: cõmodioris

ualitudinis factus:& diceret se iam bina milia passuum ambulare. dies enim inquit longiores sunt. Et Augustus nunciãtibus terraconẽsibus: palmã in ara eius enatam apparet inquit: q̃ sæpe accendatis. Trãstulit crimen Cassius Seuerus. Nam cum obiurgaretur a prætore: ꝙ aduocati eius. L. Varro Epicureo Cæsaris amico conuitium fecissent: nescio ĩqt: q conuitiati sint:& puto stoicos fuisse. Repercutiẽdi multa sũt genera uetustissimũ: quod est similitudine aliq̃ uerbi adiuuatᷣ: ut tracallatus. Dicenti Suellio: si hoc ita est: is in exilium. si non est ita: redis inquit. Elusit Cassius Seuerus: obiiciente quodam: ꝙ ei domo sua Proculeius interdixiss&: respondendo: nunquid ergo illuc accedo: sic eluditur: & ridiculũ: ridiculo: ut Diuus Augustus: cũ ei Galli torquem aureũ cẽtũ põdo dedissent:& Dolobella per iocum tentans: tamen ioci sui euẽtũ dixiss& imperator. Torque me dona: malo te ĩquit ciuica donare. Mẽdacium quoq; mendacio: ut Galba dicente quadam uictoria esse uno in sicilia quinq; pedes longam murenam emisse: nihil inquit mirꝜ. nã ibi tã longæ nascuntur: ut his piscatores pro testibus cingantᷣ. Cõtraria est neganti confessionis simulatio. Sed ipsa quoq; multum habet urbanitatis. Sic Afer egerat contra libertũ Claudii Cæsaris. Et ex diuerso quidam conditionis eiusdem ciuium erat litigatus exclamasse fertur. Præterea tu semper in libertos Cæsaris dicis: nec mehercule inquit qcq̃ proficio: cum uitium est: non negare quod obiicitur: cum & id palam falsum est. Et inde materia bene respondendi datur: ut Catulus dicẽti Philippo: quid latras furem uideo inquit: in se dicere non est fere: nisi scurrarũ:& ĩ oratore utiq; minime probabile: quod fieri totidẽ modis: quot in alios potest. Ideo hoc q̃uis frequens sit transeo. Illud uero etiã si ridiculũ est: ĩdignũ tamen est homini tolerabili: quod aut turpiter aut impotenter dicitur. Quod fecisse quendã scio: qui humiliori libere aduersus se loquenti colophum ĩquit tibi ducam:& formulam scribo ꝙ caput durum habeas. hic enim dubium est: utrum ridere audientes an indignari debuerint. Superest genus decipiendi opinione: aut dicta aliter intelligendi: quæ sunt in omni hac materia uel uenustissima. Inopinatũ & a lacessẽte poni solet: quale est quod refert Cicero. Quid huic abest: nisi res & uirtus: aut illud Afri. Homo in agendis causis optime uestitus:& in occurrẽdo: ut Cicero. Audita falsa Vatinii morte cum Ouinium libertum eius interrogass&: recte ne omnia dicẽti: recte mortuus est inquit. Plurimus autem circa simulationem risus ẽ: quæ sunt uicina:& prope eadem. Sed simulatio est certam opinionẽ animi sui imitantis: dissimulatio aliena parũ se intelligere fĩgẽtis. Simulauit Afer cum in causa subinde dicẽtibus: celsinam dicere cognouiss&: quæ

erat potens fœmina:quis est inquit iste:Celsinam enim uideri sibi uirℛ finxit.Dissimulauit Cicero cum.Sex.ānalis testis reū læsiss&:& īstaret identidem accusator ei:dic Marce Tulli inquit: potes de .sex. annali uersus tunc dicere cœpit de libro Ennii annali sexto:Qui potis ingētis causas euoluere belli:cui sine dubio frequentissimam dat occasionem ambiguitas: ut Cascelio qui consultatori dicēti nauem diuidere uolo: perdes īquit.Sed auerti ītellectus: & aliter solet: cū ab asperioribus ad leuiora inde flectitur: ut qui interrogatus : quid sentiret de eo qui in adulterio deprehensus ess&:tardū fuisse respondit. Et confine ē quod dicitur per suspicionem:quale illud apud Ciceronem:quærenti ꝙ uxor sua e fico se suspēdiss&:rogo des mihi surculum ex illa arbore ut īserā. Intelligitur enim quod non dicitur. Et hercle omnis salse dicēdi ratio in eo est:ut aliter q̄ est rectum uerumq; dicatur:quod fit totū fīgēdis: aut nostris aut alienis persuasionibus :aut dicendo quod fieri nō pōt: aliena finxit iuba: qui quærenti:ꝙ ab equo suo ess& aspersus:quid tu inquit:me hippocentauℛ putas.Sua.C.Cassius qui militi sine gladio decurrenti heus cōmilito pugno bene uteris inqt.Et Galba de piscibus qui cum pridie ex parte adusti & uersati postero die appositi essent: festinemus:alii subcœnāt īquit.Tertiū illud Ciceroīs ut dixi aduersus Curium : fieri enim certe nō poterat:ut cū declamaret:natus nō ess&. Est & illa ex Ironia fictio:qua usus ē.C. Cæsar. Nā cum testis diceret a reo fœmina sua ferro petita:Et esset facilius respōsio cur illā potissi- mum partem corporis uulnerare uoluiss& : Quid enim faceret inquit cum tu galeam & loricam haberes . Vel optima est simulatio contra simulantem:qualis illa Domitii Afri fuit. Vetus habebat testamentū: & unus ex amicis recentioribus sperans aliquid ex mutatiōe tabularū: falsam fabulam intulerat: consulens eum: an primipilaris ei testator suaderet ordinare suprema iudicia: noli īquit facere: offendis illum. Iucundissima sunt autem & ex his omnibus leuia:& ut sic dixerī boni stomachi:ut aperiam de ingrato litigatori conspectum eius uitanti in foro per nomenculatorem missum ad eum.Amas me inquit:ꝙ non te uidi & dispensatori:qui cum reliqua non responderet:dicebat subinde non comedi panem & aquam bibo:pasce & redde quod debes:quæ

uocant:est gratus locus:qui minus exprobrat q̄ potest: ut idem dicēti:candidato semper domum tuam colui:cum poss& palā negare:credo inquit & uerum est. Interim de se dicere ridiculum est: & quod in alium si absentem diceret: urbanum non erat: quoniam ipsi palā exprobratur. Mouet risum quale Augusti ē:cū ab eo miles nescio quid improbe peteret:ueniret contra Martianus: quē suspicabatur:&

ipsum aliquid iniuste rogaturum. Non magis inquit faciam cōmilito quæ petis: q̄ quod Martianns a me petitus est. adiuuant urbanitatem: & uersus cōmode positi: seu tot ut sunt: quod adeo facile ē. ut Ouidius ex thetastrico macri carmine librum in malos poetas cōposuit: quod fit gratius: siqua etiam ambiguitate conditur: ut Cicero in Martium hominem callidum & uersutum: cum is in quadam causa suspectus ess&: nisi qua Vlyxes interuasit lentius: seu uerbis ex parte mutatis: ut in eum: qui cū antea stultissimus esset habitus post acceptā hæreditatē primus sentētiam rogabatur: cuius hæreditas esset: quā uocāt sapiētiā: pro illo facilitas est: seu fictis notis uersibus similes: quod dicitur: & prouerbia opportune aptata: ut homine in aquā lapso: & ut alleuaretur roganti: tollat te qui non nouit. Ex historia etiam docere urbanitatem eruditum: ut Cicero fecit: cum ei testem in iudicio Verris roganti dixiss& Hortensius: nō ītelligo hæc enigmata. atqui debes īqt: cum spingem domi habeas. Acceperat autem ille a Verre spingē æneā: magnæ pecuniæ. Subabsurda illa cōstant stultissimi imitatione: & quæ nisi fingantur stulta sunt: ut qui mirantibus: ꝙ humile candelabrum emisset: pransorium erit inquit: sed illa similia absurdis sunt acria: quæ tanq̄ sine ratiōe dicta feruntur: ut Seruus Dolabellæ: cum īterrogaret: an dominus eius auctionem proposuiss&: domum inquit uendidit. Deprehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo explicant: ut qui testē dicentem se a reo uulneratum īterrogauerat: an cicatrices haberet: cum ille ingentem ī fœmore ostendiss& latus: inquit opportunius. Iis quoq; uti belle datur: ut Hispo obiicieti bis ardore crimīa accusatori: mētiris īquit. Et Fuluius propinquus legato interroganti: an ītabulis quas proferebaţ chyrographus ess&: & uerus īquit domine. Has aut accepi species: aut inueni frequentissimas: ex quibus ridicula ducerētur. Sed repetam necesse est: infinitas esse tam salse dicendi q̄ seuere: quas præstat persona: locus: tēpus: casus deniq; qui est maxime uarius. Itaq; hæc ne omisisse uiderer attigi. Illa aūt quæ de usu ipso & modo iocādi cōplexus sum: adeo īfirma: sed plane necessaria. his adducit Domitius Marsus qui de urbanitate diligentissime scripsit: quædam nō ridicula: sed cuilibet seuerissimæ orationi conuenientia eleganter dicta: & ꝓprio quodam lepore iucunda: quæ sunt quidem urbana: sed risum tamen non habent. Neq; enim ei de risu sed de urbanitate est opus institutū. quam propriam esse nostræ ciuitatis & sero sic ītelligi: ceptam postq̄ urbis appellationem etiam si nomen proprium nō adiiceretur Romā: tamen accipi sit receptum: eamq; sic finit. Vrbanitas ē uirtus quædam in breue dictum coacta: & apta ad delectandos: mouendosq; homines

in omnem affectum maxime idonea ad resistendum uel lacessendum: prout quæque res ac persona desiderat: cui si breuitatis exceptionem detraxeris: omnis orationis uirtutes complexa sit. Nam sicut ista rebus & personis: quod in utrisque oporteat dicere perfectæ eloquentiæ est. Cur autem breuem eam esse uoluerit: nescio quidem. At quam in eodé libro dicat fuisse: & in multis narrandi urbanitaté paulo post ita finit: Catonis ut ait opinionem sequutus: Vrbanus homo erit: cuius multa bene dicta responsaque erunt. Et q in sermonibus: circulis: conuiuiis: item in concionibus: omni denique loco ridicule commodeque dicet. Risus erunt quicunque hæc faciet orator: quasi recipimus finitiones: quicquid bene dicetur: & urbane dicti nomen accipiet. Cæterum illi q hoc proposuerat: consentanea fuit illa diuisio: ut dictorum urbanorũ: alia seria: alia iocosa: alia media faceret. Nam eadem est omniũ bene dictorum. Verum mihi etiam iocosa quædam uidentur posse nõ satis urbane referri. Nam meo quidem iudicio illa est urbanitas: ĩ qua nihil absonum: nihil agreste: nihil inconditum: nihil peregrinum: neq; sẽsu: neque uerbis: neque ore: gestu ue possit deprehendi: ut non tam sit in singulis dictis: q̃ in toto colore dicendi: qualis apud græcos atticismos: ille reddens athenarum proprium saporem. Ne tamen iudiciũ Marsi hominis eruditissimi subtrahã: Seria partitur ĩ tria genera: honorificũ: contumeliosum: medium. Et honorifici ponit exemplum Ciceronis: quoq; p Ligario apud Cæsarem: qui nihil soles obliuisci: nisi iniurias: & contumeliosi quod Attico scripsit de Pompeio & Cæsare: habeo qué fugiam: quem sequar non habeo: & medii quod

uocat: & est ita cũ dixerit: neque grauem mortem accidere forti uiro posse: neque immaturam consulari: neque miseram sapienti: quæ omnia sunt optime dicta. Sed cur proprie nomé urbanitatis accipiãt: non uideo: q si non totus ut mihi uidetur orationis color meret͂: sed etiam singulis dictis tribuendum est: illa potius urbana esse dixerim: quæ sunt generis eiusdem: quæ ridicula dicuntur: & tamen ridicula nõ sunt. De Pollione Asinio: seriis locisque pariter accommodato: dictum est esse eum omnium horarum. Et de actore facile dicente ex tempore ingenium cum ĩnumerato habere: etiam Pompeii: quod refert Marsus in Ciceronem diffidẽtem partibus transi ad Cæsarem me timebis. Erat enim si de re minore: aut alio animo: aut denique iam ab ipso dictum fuisset. Quod posset inter ridicula numerari. Etiam illud quod Cicero Coteliæ scripsit: reddés rationé: cur illa. C. Cæsaris tempora tã patiẽter toleraret. Hæc aut animo Catonis ferẽda sũt: aut Ciceronis stomacho: stomachus enim ille habet aliquid ioco simile. Hæc quæ mouebant:

dissimulanda mihi non fuerunt: in quibus ut errauerim: legētes tamē non decepi indicata diuersa opinione: quam sequi magis probantibus liberum est. DE Altercatione.

ALtercationis præcepta poterant uideri tunc incohanda: cū omnia quæ ad continuam orationem pertinent: peregissem. nā est usus eius ordine ultimus: sed cum sit posita in sola inuentione: neq; habere dispositionē possit: nec elocutionis ornamenta magnopere desideret: aut circa memoriam & pronunciationem laboret: priusque secundam quāq; partium: hanc quæ tota ex prima pendet: tractaturus nō alieno loco uideor: quam scriptores ideo fortasse alii reliquerunt: quia satis cæteris præceptis in hanc quoq; uidebatur esse perfectum. Cōstat enim aut ītentione aut depulsione: de quibus satis traditum est: qa qcquid in actione perpetua circa probationes utile est: idem in hac breui atq; concisa prosit: necesse est. neq; alia dicūtur in altercatione: sed aliter: aut interrogando aut respondendo. Cuius rei fere omnis obseruatio in illo testiū loco excussa nobis est. Tamen quia latius hoc opus aggressi sumus: neque perfectus orator sine hac uirtute dici potest. Paululum impendamus huic quoq; peculiaris opere: quæ quidem in quibusdā causis ad uictoriam uel plurimum ualet. Nā ut in qualitate generali in qua recte ne factum quid: an contra sit quæritur: perpetua donatur oratio: & quæstionem finitionis actionis: plerunque satis explicat. Et omnia pene in quibus de facto constat: aut coniectura artificiali rōne colligitur. Ita in his causis: quæ sunt frequētissimæ: quæ uel solis extra artem probationibus: uel mixtis continētur: asperrima in hac parte dimicatio est: nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. Nā & firmissīa quæq; memoriæ iudicis inculcanda sunt: etiam præstandum quicquid in actione promisimus & refellenda mendacia. Nusq̄ est denique qui cognoscit intentior: nec immerito quidam: q̄q̄ in dicendo mediocres: Hac tamen altercandi præstantia meruerūt nomen patronoꝝ. At qdā litigatoribus usi: ullū modo ambitiosū declamandi sudorē præstitisse contenti: cum turba laudantium destituunt subsellia: pugnamq; illā decertoriam imperitis ac sæpe puellatæ turbæ relīquunt. Itaq; uideas alios plerunq; insidiis priuatis ad actiones uocari: alios ad probationē. Quæ si diuidenda sunt officia: hoc certe magis necessariū ē: pudēdūq; dictu: si plus litigantibus prosunt minores. In publicis certe iudiciis uox illas preconis præter patronos ipsum qui egerit citat. Opus ē igit' in primis ingenio ueloci ac mobili animo præsenti & acri. Non enim cogitandum: sed dicendum statim est: & prope sub conatu aduersarii manus exigenda. Quare cum in omni parte huiusce officii plurimum

facit totas:non diligẽter modo ſed etiam familiariter nos noſſe cauſas: tum ĩ altercatione maxime neceſſariũ eſt:oĩum pſonaꝶ: inſtrumẽtoꝶ: temporum:locoꝶ habere notitiam:alioquin & tacẽdum eſt:ergo ſæpe: & aliis ſubiicientibus.plerũq; autẽ ſtudio loquẽdi fatue mõ accedẽdũ: quod nunq̃ accidit in noſtra crudelitate aliena ſtultitia erubeſcamus: neq; tantũ his ipſis monitoribus clareſcit.Quidã faciunt aperte:quod rixemur. Videas enĩ pleroſq; ira percitos exclamantes:ut iudex audiat cõtrarium id eſſe:quod admoneatur:ſciatq; ille qui pronũciaturus eſt in cauſa:malum quod tacetur: quare bonus altercator uitio iracundiæ careat.nullus enim rationi magis obſtat affectus:& fere extra cauſam: & plerunq; deformia cõuitia facere:ac mœreri cogit:: & ipſos nõnunq̃ iudices incitat:melior moderatio:ac nonnunq̃ etiam patientia. neque enim refutanda tantum:quæ e contrario dicuntur: ſed contemnenda: eleuanda:ridẽda ſunt: nec uſq̃ plus loci recipit urbanitas odiũ mordet & pudor:cõtra turbantes audendum :& impudentiæ fortiter reſiſtẽdũ. Sunt enim quidam præduri ĩ hoc oris: ut obſtrepant ingenti clamore: & medios ſermone intercipiant:& omnia tumultu confundant: quos ut non imitari:ſic acriter propulſare oportebit:& ipſorum improbitas retundẽda:& iudices uel præſidentes magiſtratus appellãdi frequẽter: ut loquendi uices ſeruentur.non eſt res animi iacentis:& mollis ſupra modũ frontis:fallitq; plerunq; quod probitas uocatᷣ:quæ ẽ ĩbecillitas. ualet autẽ ut altercatione plurimum acumen:quod ſine dubio ex arte non uenit.Natura enĩ nõ docetur:arte tamen adiuuatur: ĩ q̃ præcipuũ ẽ ſemp id ĩ oculis habere:de quo quæritur:& quod uoluimus efficere: quia propoſitum tenentes in rixam non ibimus:nec cauſa debita tp̃a conuitiãdo cõteremus:gaudebimuſq; ſi hoc aduerſarius facit. Omnia tempora fere parata ſunt meditatis diligenter quæq; aut aduerſo dici aut reſponderi a nobis poſſint.Nonnunq̃ tamen ſolet hoc quoq; eſſe artis genus: ut quædam in actione diſſimulata ſubito in altercando proferantur:Et inopinatis eruptionibus aut ex inſidiis citiſſimo facto ſimillimum.Id autem tum faciẽdum eſt cum eſt aliquid cui reſpõderi non ſtatim poſſit:potuerat autem ſi tempus ad diſponendum fuiſſ&. Nam quod fideliter firmum eſt: a primis ſtatim actionibus arripere optimum eſt:quo ſæpius diutiuſq; dicatur. Illud uix ſaltẽ præcipiẽdũ uidetur:ne turbidus:& clamoſus tantum ſit altercator: & quales facti ſunt:qui litteras neſciunt. Nam improbitas lic& aduerſario moleſta ſit:iudici inuiſa eſt.Nocet etiã diu pugna ĩ his quæ optinere nõ poſſis. Nam ubi uinci neceſſe eſt:expedit cedere:quia ſiue plura ſũt de qbus quæritur:facilior erit in cæteris fides: ſiue unum mitior ſolet irrogari

pœna uerecundiæ. nam culpam præsertim deprehensam pertinaciter tueri culpa altera est. Dum stat acies multi ĩ re consilii atq; artis est: ut errantem aduersarium trahas: & ire q̄ longissime cogas: ut uana interĩ spe exultet. Ideo quædam bene dissimulantur instrumenta. Instãt enĩ: & sæpe discrimẽ omne committunt: quod deesse nobis putãt: & faciũt probationibus nostris auctoritatem postulando. Expedit etiam dare aliquid aduersario: quod pro se putet: ꝙ apprehendens minus maius aliquid cogatur dimittere: duas interim res proponere: quaꝝ utrãlibet male sit electurus: quod in altercatione fit potentius: q̄ in actione: qa ĩ illa nobis ipsi respõdemus: ĩ hac aduersariũ quasi confessũ tenemus. Est in primis acuti uidere: quo iudex dicto moueatur: quid respuat: quod ex uultu sæpissime: & aliquando etiam dicto aliquo factoue eius deprehenditur: & instare proficientibus: & ab his quæ non adiuuant: q̄ molissime pedem oportet referre. Faciũt hoc medici quoq; ut remedia proinde pseuerent adhibere uel desinãt: ut illa recipi uel respui uidẽt. Nonnunq̄ si rem euoluere propositam facile non sit: inferenda ẽ alia quæstio: atq; in eam si fieri potest iudex auocandus. Quid enim cum respondere nõ possis agẽdum est: nisi ut aliud ĩuenias: cui aduersarius respondere non possit. In plerisq; iudex est auocandus ut dixi: q circa testes & locos & personas modo distat: ꝙ hic patronorũ ĩter se certamẽ: illic pugna inter testem & patronum. Exercitio uero huius rei longe facilior. Nam est utilissimum frequenter cum aliquo: q̄ sit studiorum eorundem sumere materiam uel ueræ uel etiam fictæ controuersiæ. Et diuersas partes altercationis modo tueri: quod idem etiam in simplici genere quæstionum fieri potest. Ne illud quidem ignorare aduocatum uolo: quo quæq; ordine probatio sit apud iudices proferenda: cuius rei eadem in argumentis ratio est: ut potentissima prima: & sũma ponãt᷑. Illa enim ad credendum præparant iudicem: hæc ad pronunciãdum.

DE Iudicio & consilio.

HIs pro nostra facultate tractatis nõ dubitassem transire protinus ad dispositionem: quæ ordine ipso sequitur: nisi uererer: ne quoniam fuerunt qui iudicium inuentioni subiungerent: præterisse hunc locum quibusdam uiderer: qui mea quidem opinione adeo partibus operis huius omnibus connexus ac mixtus est: ut ne a sententiis quidẽ aut uerbis saltẽ singulis possit separari: nec magis arte tradit᷑: q̄ gustus aut odor. Ideoque nos quid in quaq; re sequendum cauendumque sit docemus: ac deinceps docebimus: ut ad ea iudicium dirigatur. Præcipiã

communia:nequid in eloquendo corruptum obſcurumq; ſit.referatur igitur ne quod effici non poteſt aggrediamur:ut contraria uitemus & oportet ad ſenſus qui non docent:nec multum a iudicio credo diſtare conſilium:niſi ꝙ illud oſtendentibus rebus adhibetur:hoc latentibus. & aut omnino nondum repertis:aut dubiis:& iudicium frequẽtiſſime certum eſt.Conſilium uero eſt ratio quædam alte petita:& plerunque plura perpendens & comparans:habenſque in ſe & inuentionẽ & iudicationem.Sed ne hæc quidem præcepta in uniuerſum ſpectanda ſũt. nam ex re ſumitur:cuius locus ante actionem eſt frequẽter. Nã Cicero ſummo conſilio uidetur in Verrem uel contrahere tempora dicendi maluiſſe : q̃ in eum annum quo erat .Q. Hortenſius conſul futurus incidere:Et ipſis actionibus primum ac potiſſimum optinet locũ. Nã quid dicendum: quid tacendum:quid diffidendum ſit:exigere cõſilii eſt:negare ſit ſatis:an defendere:ubi procemio utendum: & quali narrandum:ne & quo modo iure prius pugnandum: an æquo:q ſit ordo utiliſſimus:tum omnes colores aſpere an leniter: an etiã ſubmiſſe loq expediat.Sed hæc quoq;(ut quiſq; paſſus eſt locus) monuimus. Idéq; ĩ reliqua parte faciemus: pauca tamẽ exẽpli gratia ponã:quibus manifeſtius appareat:qd ſit:quod demonſtrari poſſe præceptis nõ arbitror. Laudatur cõſilium Demoſthenis:ꝙ cum ſuaderet bellũ atheniẽſibus parum id proſpere expertis:nihil adhuc factum eſſe ratione monſtrat. Poterat enim emendari negligentia:ac ſi nihil eſſ& erratum : melioris in poſterum rei non erat ratio . Idem cum offenſam uereretur ſi obiurgaret populi ſegniciem in aſſerenda libertate rei.p. maiorũ laude uti maluit:qui rem fortiſſime adminiſtraſſent.Nam faciles habuit aures: & a natura ſequebatur:ut meliora probãtis:peiorꝫ pœniteret . Ciceroĩs quidẽ uel una pro Cluentio:quanlibet multis exemplis ſufficeret orõ. Nam quid in eo conſilium maxime mirer:primam ne expoſitionem: quæ matri cuius filium premebat auctoritas: abſtulit fidem. an quod idem corrupti iudicii crimẽ trãſferre in aduerſarium maluit: q̃ negare: propter inueteratam ut ipſe dicit infamiam: an ꝙ in re ĩuidioſa legis auxilio nouiſſime eſt uſus:quo genere defenſionis etiam offendiſſ&: nondum præmolitas iudicũ mentes:an ꝙ ſe ipſũ inuito Cluẽtio facere teſtatus ẽ:Quid pro Milone:ꝙ non ãte narrauit:q̃ præ iudiciis oĩbus rerum liberaret:ꝙ inſidiarum inuidiam in Clodium uertit:q̃q̃ re uera fuerat pugna fortuita: quod factum & laudauit: & tamen uoluntatẽ Milonis remouit:ꝙ illi preces non dedit : & in earum locum ipſe ſucceſſit.Infinitum ẽ enumerare:ut Cottæ detraxerit auctoritatem:ut pro Ligario ſe oppoſuerit:Cornelium ipſa confeſſionis fiducia eripuerit.

Illud dicere ſatis habeo : nihil eſſe non modo in orando: ſed in omni uita prius conſilio . fruſtraque ſine eo tradi cæteras artes: pluſque uel ſine doctrina prudentiam q̃ ſine prudentia facere doctrinam . Aptare etiam orationem locis: temporibus perſonis : eſſe eiuſdem uirtutis: ſed hic quia latius fuſus eſt locus: mixtuſque cum elocutione tractabitur: cum præcipere de apte dicendo cœperimus.

CAELII FABII QVINTILIANI LIBER SEXTVS FINIT FOELICITER.

CAELII FABII QVINTILIANI LIBER SEPTIMVS INCIPIT FOELICITER.



E INVENTIONE VT ARBITROR SATIS DIctum eſt. Neque enim ea demum quæ ad docendũ pertinent executi ſumus: uerum etiam motus aĩorũ tractauimus. Sed ut opera extruentibus ſatis non eſt ſaxa atq; materiã: & cætera ædificanti utilia cõgerere: niſi diſponendis eis: collocandiſque artificũ manus adhibeatur: ſic in dicendo quãlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congeſtum: niſi illas eadem diſpoſitio digeſtas: atque inter ſe commiſſas deuinxerit. Nec immerito ſecunda quinque partium poſita eſt: cum ſine ea prior nihil ualeat. Neque enĩ q̃q̃ fuſis omnibus membris: ſtatua ſit: niſi collocetur. Et ſiquam in corporibus noſtris aliorũ ue animalium partem permutes & trãſferas: licet habeat eadem omnia: prodigium ſit tamen: & artus etiam leniter loco moti perdunt quo uiguerunt uſum: & turbati exercitus ſibi ipſi ſunt impedimento. Nec mihi uidetur errare: qui ipſam rerum naturam: ſtare ordine putant: quo confuſo peritura ſunt omnia. Sic oratio carẽs hac uirtute tumultuetur neceſſe ẽ: & ſine rectore fluitet: & ne cohæreat ſibi multa repetat: multa tranſeat uelut nocte in ignotis locis errans: nec initio nec fine ꝓpoſito caſũ potiuſ q̃ conſiliũ ſequatur. Quapropter totus hic liber ſeruiat diſpoſitioni: quæ quidem ſi certa aliqua ui tradi ĩ omnes materias ullo modo poſſ&: nõ tam paucis contigiſſ&. Sed cũ infinitæ litium formæ fuerint: futuræq; ſint: & tot ſæculis nulla repta ſit cauſa: quæ eſſ& tota alteri ſimilis: ſapiat oportet actor: & uigilet: & inueniat: & iudicet: & conſilium a ſe ipſo petat. Neq; ĩficias eo quædã eſſe quæ demonſtrari poſſint: eaque non omittam. Sit igitur ut ſupra ſignificaui diuiſio rerum plurium in ſingulas partitio: ſingularum in partes diſcretus ordo: & recta quædam & locatio: prioribus ſequentia annectens: diſpoſitio utilis rerum ac partium in loco diſtributio: ſed meminerimus ipſam diſpoſitionem plerunque utilitate mutari: nec eandem ſemper primam quæſtionem ex utraque parte tractandam. Cuius rei ut cætera exempla prætercam. Demoſthenes quoque atque Aeſchynes poſſunt eſſe documento in iudicio Cteſifontis: diuerſum ſecuti ordinem. Cũ accuſator a iure quo uidebatur potentior cœperit: patronus omnia: uel pene omnia ante ius poſuerit: quibus iudicem quæſtioni legum præpararet. aliud enim alio docere prius expedit: alioquin ſemper petitoris arbitrio diceretur. Denique in accuſatione:

ut uacuum se uterque defendat priusq̃ aduersarium arguat: omnium rerum necesse est ordinem esse diuersum. Igitur quod ego sum secutus partim præceptis: partim usurpatum ratione cognoueram: promam: nec unq̃ dissimulaui. Erat mihi curæ in controuersiis forensibus nosse omnia quæ in causa uersarentur. Nam in schola certa sunt & pauca: & ante declamationem exponunt̃: quæ themata græci uocant: Cicero proposita. Cum hæc in conspectu quodammodo collocaueram: non minus pro aduersa parte: q̃ pro mea cogitabam. Et primum quod non difficile dictu est: sed tamen ante omnia intuendum constituebam: quid utraque pars uellet efficere. Tum per quid hoc modo cogitabam: quid primũ petitor diceret. Id aut confessum erat: aut cõtrouersum. si non confessum: poterat ibi esse quæstio. Transibam ergo ad responsũ partis alterius: idem intuebar: nõnunq̃ etiam: quod inde optinebatur: confessum erat. Vbi primum cœperat non conuenire: quæstio oriebat̃: confessum erat. Id tale est. Occidisti hominem: occidi: conuenit: trãseo. rationem reddere debet reus quare occiderit: adulterum inquit cum adultera occidere licet: legem esse certum est. Tertium iam aliquid ui-dendũ ẽ in quo pugna consistat: non fuerunt adulteri: fuerũt. quæstio de facto ambigitur: coniectura est. Interim & ego tertium: confessum ẽ adulteros fuisse. Sed tibi inquit accusator illos nõ licuit occidere: exul enĩ eras & ignominiosus de iure quæritur. At si ꝓtinus dicẽti occidisti: respondeatur non occidi: statim pugna est. Sic explorandum est ubi controuersia incipiat: & considerari debet quæ primam quæstionem facit. Intentio simplex. Occidit Saturninum Rabirius: coniuncta lege de sicariis commisit. L. Varenus. Nam. C. Varenum occidendo &. Cn. uulnerãdo: & Salarium item occidẽdo cadit. Nã sic diuersæ ꝓpositioẽs erunt: quod idẽ de petitionibus dictum. Verum ex cõiũcta ꝓpositiõe: plures esse quæstioẽs ac status possũt: si aliud negat reus: aliud defẽdit: aliud a iure actionis excludit. In quo genere agenti est dispiciendũ: q̃d quoque loco diluat: quod pertinet ad doctorem. Non plane dissentio a Celso: qui sine dubio Ciceronẽ est secutus. Instat tamẽ huic parti ue-hemẽtius: ut putet primo firmũ aliq̃d esse ꝑonẽdũ: sũmo firmissimũ: imbecilliora medio. quia & ĩitio mouẽdus sit iudex: & sũmo ĩpellẽdus. At pro reo plerunq; grauissimum: quicq̃ primum mouendum est: ne illud spectans iudex reliquorum defensioni sit auersior. Interim tamẽ & hoc mutabitur: si leuiora illa palam fasa erunt: grauissimi defensio difficilior: ut detracta prius accusatoribus fide aggrediamur ultimum. Iã iudicibus omnia uana esse credentibus. Opus erit tamẽ præfatione: qua & ratio reddat̃ dilati criminis: & promittatur defensio: ne id quod

nō ſtatim diluemus:timere uideamur.Ante actæ uitæ crimina:plerūq; prima impugnanda ſunt:ut id de quo laturus eſt ſententiam. Iudex audire propitius incipiat. Sed hoc quoq; ꝑ Vareno Cicero in ultimū diſtulit:non quid frequentiſſı̄e :ſed quid tum expediret intuitus:cum ſimplex intentio erit:uidendū eſt an unum aliquid reſpondeamus an plura.Si unū in re quæſtioné inſtituamus:an ı̄ ſcripto ſi iure negādum ſit:quod obiicit̃:aut tuendū.ſi ı̄ ſcripto:ı̄ qua ſpecie iuris pugna ſit:& ı̄ ea de uerbis ac uolūtate quærat̃.Id ita cōſequemur ſi ı̄tuiti fuerimus: quæ ſit lex:quæ lité faciat:hoc é q̄ iudicium ſit conſtitutū. Nā quādā in ſcholaſticis ponunt̃ ad couiungendā modo actæ rei ſeriem:ut pater expoſitū:q agnouerit:ſolutis alimētis recipiat: minus dicto audiētem filium:liceat abdicare:q expoſitū recepit: ı̄perat ei nuptias locupletis ꝓpinqui:ille ducere uult filiā pauperis educatoris.Lex de expoſitis ad affectū ptinet.Iudiciū pendet ex lege abdicationis:nec tamé ſemper ex una lege quæſtio eſt: ut in :his ſpectatis apparebit circa quæ pugna ſit.Cōiūcta deféſio eſt: qualis ꝑ Rabirio:ſi occidiſſ& recte feciſſ&:ſed nō occidit.ubi uero multa cōtra unā ꝓpoſitioné dicimus: Cogitādū é primū:qcqd dici pōt.tū ex his quo qcq; loco dici expediat ordinādū:ı̄ quo nō idé ſentio quod de ꝓpoſitioı̄bus paulo āte:quodq; de argumētis ꝓbationū loco cōceſſi:aliquādo nos ı̄cipere a firmioribus. Nā ius quæſtionū pcreſcere debet:& ad potētiſſı̄a ab ı̄firmiſſı̄s pueı̄re: ſiue ſūt eiuſdé generis:ſiue diuerſi.Iuris aūt quæſtoés ſolét eſſe nōnūq̄ ex aliis atq; aliis conflictionibus:facti ſép idem ſpectat ı̄ utroq; genere. ſimilis ordo é.Sed prius de diſſimilibus ex qbus ı̄firmiſſimū qcq; primū tractari oportet.Ideoq; quaſdā quæſtoés executi donare ſolemus & concedere.Neq; enı̄ trāſire ad alias poſſumus:niſi omiſſis prioribus:qꝫ ipſum ita fieri oportet non ut damnaſſe eas uideamur ſed omiſiſſe:qa poſſumus etiā ſine eis uı̄cere. Procurator alicuius pecuniā petit ex fœnore hæreditario:pōt ı̄cidere quæſtio an huic eſſe ꝓcuratoré liceat.ſige nos poſtq̄ tractauimus remittere:uel etiā cōuinci : quæret̃ an ei cuius nomine litigat̃ ꝓcuratoré habēdi ſit ius.Diſcedamus hı̄c quoq;:recipit natura quæſtioné:an ille cuius noı̄e agr̃ hæres ſit fœneratoris:an ex aſſe hæres.Hæc quoq; cōceſſa ſit.Quæret̃ an debeat̃.Cōtra nemo tā demēs fuerit:ut cū id quod firmiſſimū duxerit ſe hr̃e & remittat illud:& leuiora trāſcēdat.Huic in ſchola ſimile eſt:nō abdicabis adoptatū:ut hūc quoq; nō uiꝝ forté:ut & forté nō qcūq; uolūtati eius nō paruerit:ut ı̄ alia oı̄a ſubiectus ſit : nō propter opinioné : nō ꝓpter talé opinioné: hæc iuris quæſtionū differētia é.In factis aūt ad idé tendētia ſūt plura. Ex qbus aliq̄ citra ſūmā quæſtioné remitti ſolét : ut ſi is cū quo furti

agr̃ dicat: ꝓba te habuisse: ꝓba te ꝑdidisse: ꝓba te furto ꝑdidisse: ꝓba te mea fraude. priora enĩ remitti possũt: ultĩa nõ possũt. Solebã & hoc facere: præcipue ut uel ab ultima specie (Nã ea fere ẽ quæ continet cãm) retrorsũ quærerẽ usq; ad primã generalẽ quæstionẽ: uel a genere ad extremã spẽm descẽderẽ: etiã ĩ suasoriis: ut deliberat. Numa an regnum offerẽtibus romanis recipiat. Primũ idẽ genus ad regnãdũ an ĩ ciuitate aliena: an romæ: an laturi sint romani talẽ regẽ. Similiter & ĩ cõtrouersiis. optet enĩ uir fortis alienã uxorẽ. Vltĩa spẽs ẽ an optare possit alienã uxorẽ. generale ẽ an qcqd optauerit accipe debeat: ĩde an ex priuato: an nuptias: an maritũ habẽtẽ. Sed hoc nõ quẽadmõm dicit̃ ita & quærit̃. Primũ enĩ occurrit fere quod ẽ ultimũ dicẽdũ ut hoc: nõ debes alienã uxorẽ optare. Ideoq; diuisionẽ ꝑdit festinatio. Non oportet igit̃ offerẽtibus se cõtentũ esse. Quæret aliqd ne ultra sit: ne uiduã quidẽ: adhuc plus si nihil ex priuato: ultimũ retrorsũ: quod idem a capite primũ ẽ: nihil ĩiquũ. Itaq; ꝓpositiõe uisa: quod ẽ facillimũ: cogitemus si fieri põt qd naturale sit primũ respõderi. Id si tanq̃ res agat̃ & nobis ipsis respõdẽdi necessitas sit: ĩtueri uolumus: occurrit. Si id nõ cõtigerit: seponamus id quod primũ se optulerit: & ipsi nobiscũ sic loqmur: ꝙ si hoc nõ ess&: id iteꝝ & tertium: & dũ nihil sit reliq: itaq; inferiora quoq; scrutabimur: quæ tractata faciliorẽ nobis iudicẽ ĩ sũma quæstiõe faciẽt. Nõ dissimile huic ẽ: & illud præceptũ: ut a coĩbus ad ꝓpria ueĩamus: fere. n. coĩa generalia sũt. Cõmunẽ tyrãnũ occidit ꝓpriũ uiꝝ: tamẽ tyrãnũ occidit: mulier occidit: uxor occidit. Solebã & excerpe qd mihi cũ aduersario cõueĩret: si mõ id ꝓ me erat: nec solũ premere cõfessionẽ: sed partiẽdo multiplicare: ut ĩ illa cõtrouersĩa. Dux q cõpetitorẽ prẽm ĩ suffragiis uicerat captus ẽ. Eũtes ad redimẽdũ eũ legati obuiũ habuerũt prẽm reuertẽtẽ ab hostibus: legatis dixit: sero itis: excusserunt illi patrẽ: & auꝝ ĩ sinu eius ĩuenerũt. ipsi ꝑseuerãt ire quo ĩtẽderãt: ĩuenerũt ducẽ crucifixũ: cuius uox fuit. Cauete ꝓditorẽ: reus ẽ pater. Quæ cõueniũt ꝓditio nobis ꝓdita ẽ: & prædicta a duce quærimus ꝓditorẽ te isse ad hostes fateris: & isse claret: & ab his ĩcolumẽ rediisse: auꝝ rettulisse: & auꝝ occultũ habuisse. Nã quod fecit: id nõnũq̃ potẽtius fit ĩ ꝓpositiõe quæ si aĩos occupauit: ꝓpe aures ipsi defẽsioni prædudũt̃. In totũ aũt cõgregatio criminũ accusãtẽ adiuuat: sepatio defẽdentẽ. Solebã id quod fieri & ĩ argumẽtis dixi: ĩ tota facere materia ꝓpositis extra quæ nihil ess& oĩbus: deinde cæteris remotis: solũ id supesse quod credi uolebã: ut ĩ præuaricationũ crimĩbus: ut absoluat̃ reus: aut ĩnocẽtia ipsius sit: aut ĩtus ueniẽte aliq̃ potestate: aut ui: aut corrupto iudicio: aut difficultate ꝓbatioĩs: aut præuaricatiõe nocẽtẽ fuisse cõfiteris: nulla potestas

obstitit:nulla uis.corruptū iudiciū nō quæreris:nulla ꝓbādi difficultas fuit:qd supest:nisi ut præuaricatio fuerit.Si oīa amoliri nō poteram: tamē plura amoliebar.hoīem occisum esse cōstat nō in solitudine: ut a latronibus suspicet:nō prædæ gratia: qa īspoliatus ē:nō hæreditatis spe qa paup fuit. Odiū igit̃ ī causa:qs inimicus:quæ res aūt faciliorē diuisioni uiā præstat:eadē īuētioni quoq;:excutere quicquid dici pōt: et uelut reiectione facta ad optimū ꝑuenire. Accusat̃ Milo ꝙ Clodiū occiderit:aut fecit:aut nō.Optimū erat negare:si nō pōt.Occidit ergo aut iure:aut iniuria:utique iure:aut uoluntate:aut necessitate. Nam ignorantia prætendi non pōt:uolūtas anceps ē. Sed qa ita id homines putant adiungenda defensio:ut id ꝓ re.p.fuerit necessitate:subita igit̃ pugna nō præparata:alter igit̃ īsidiatus ē:Vter ꝑfecto Clodius: uides ne ut ipsa reꝝ necessitas deducat ad defēsionē. Adhuc aut utiq; uoluit occidere insidiatorē Clodiū:aut non:tutius si noluit:fecerūt ergo serui Milonis:neq; iubente:neq; sciente Milone.At hæc tam timida defēsio detrahit auctoritatē illi:qua recte dicebamus occisum. Adiiciet̃ quod suos quisq; seruos facere uoluiss&.Hoc eo est utilius:quod sæpe nihil placet:& aliquid dicendum est.Intueamur ergo omnia:ita apparebit: aut id quod optimum est:aut id quod minime malum.Propositione aliquando aduersarii utendum:& esse nōnunq̄ communem eam suo loco dictum est multis milibus uersuum. scio apud quosdam esse quæsitum:quomodo īueniremus: utrā pars deberet prior dicere:quod in foro:uel atrocitate formularum:uel modo petitionum:uel nouissīe sorte diiudicatur.In schola quæri nihil attinet:cum in declamatioībus iisdem narrare & contradictiones soluere tam ab actore q̄ a possessore concessum sit.Sed in plurimis controuersiis ne inueniri quidem pōt: ut in illa qui tres liberos habebat:oratorē:philosophum: & medicum: testamento quatuor partes fecit:& singulas singulis dedit:unam eius esse uoluit:qui ess& utilissimus ciuitati.Cōtendūt: quis primus dicat: īcertū est:propositio tamen certa.ab eo enim cuius personā tuebimur incipiendum erit:& hæc quidem de diuidendo in uniuersum præcipi possunt.At quo modo inueniemus etiam illas occultiores quæstiones scilicet quo modo sententias:uerba:figuras:colores:ingenio:cura:exercitatione: non tamen fere unq̄ nisi imprudentem fugerint: si ut dixi naturam sequi ducem uelit.Sed pleriq; eloquentiæ famā affectantes: contenti sūt locis speciosis modo:uel nihil ad probationē cōferētibus: alii nihil uitare: ac quæ in oculos occurrunt exquirendo:putant:quod quo facilius appareat: unam de schola controuersiam: non ita sane difficillimam: aut nouam proponam in exemplum.Qui reo ꝓditioīs

patri nõ affuerit exhæresit: proditionis dãnatus cũ aduocato exulet. Reo ꝓditionis patri disertus filius affuit: rusticus non affuit: dãnatus abiit cum aduocato in exilium. Rusticus cũ fortiter fecisset premii nomine ĩpetrauit restitutioné pr̃is & fratris: pater reuersus ĩtestatus decessit: petit rusticus partem bonorum: orator totum sibi uẽdicat. Hic illi eloquẽtes quibusque nos circa lites raras solicitiores ridiculi uidemur: inuadent personas fauorabiles. Actio pro rustico contra disertum: pro uiro forti contra imbellem: pro restitutore cõtra ingratũ: pro eo qui parte contentus sit: contra eum qui fratri nihil dare ex paternis uelit: quæ omnia sunt in materia & multum iuuant: uictoriam tamen non tradunt. In hoc quærentur sentẽtiæ si fieri potuerit præcipites uel obscuræ. Nam ea nunc uirtus est: & pulchre fuerit cũ materia tumultu & clamore transactum. Illi uero quibus propositũ quidem melius: sed cura in proximo est. hæc uelut innatantia uidebunt excusatum esse rusticum: qui non interfuerit iudicio: nihil collaturus patri: sed ne disertum quidem habere: quod imputet reo: cum is damnatus sit dignũ esse hæreditate restitutorem: auarum: impium: ingratum: qui diuidere nolit cum fratre: eoque sic merito. Quæstionem quoque illam primam scripti & uoluntatis: qua non expugnata non sit sequentibus locus. at qui naturam sequetur: illa cogitabit profecto: primo hoc dicturum rusticum, Pater intestatus duos nos filios reliquit: partem iure gentium peto: quis tam imperitus: quis tam procul a litteris: quin sic incipiat: etiam si nescierit qd sit propositio: hanc communem omnium legem adornabit: ut iustã nempe sequatur. At quæramus: quid huic tam æque postulationi respõdeatur. At id manifestum est. Lex est quæ iubet exhæredem esse eum qui patri proditionis reo non affuerit: tu autem non affuisti: hanc propositionem necessario sequit legis laudatio: & eius q non affuerit uituperatio. Adhuc uersamur in confessis: redeat animus ad petitorem: nũquid non hoc cogitet necesse ẽ: nisi qa sit plane hebes: si lex obstat nulla lis est: mane iudiciũ ẽ: atq; & legem esse & hoc: ꝙ ea puniat a rustico factũ extra dubitationẽ ẽ. Quid ergo dicimus rusticus eram: sed lex erat. Omnes cõplectit: nihil ꝓderit. Quæramus ergo nũ infirmari in aliqua parte lex possit: quid aliud sæpius (dicã) natura ꝑmittit: q̃ ut cũ uerba cõtra sint de uoluntate quærat. generalis igit quæstio uerbis an uolũtate sit stãdũ. Sed enĩ in cõmune de iure omni disputandum semꝑ: nec unq̃ satis iudicatum est. Quærendũ in hac ipsa qua cõsistimus: an aliquid ĩueniri possit: quod scripto aduerset: ergo quisquis non affuerit: exhæres erit: quisquis sine exceptione.

Iam se illa uel ultro offerent argumēta. Et infans filius est:& nō affuit: & qui aberat:& qui militabat:& qui in legatione erat. Iam multum acti est. poss& aliquis non affuisse & hæres esse. Transeat nunc idem ille qui cogitauit ut ait Cicero: Tibicini latini modo ad disertū ut ista concedā: tu nec infans es:nec affuisti:nec militasti:nō aliud occurrit q̄ illud: sed rusticus sum. Contra quod palam est dicit: ut agere non potueris:assidere potuisti:& uerum est quare redeundum est rustico ad animū legū latoris impietatem punire uoluit. Ego autem impius non sum. Contra q; disertus tu impie fecisti inquit cum exhæreditationem meruisti:lic& te postea uel pœnitentia uel ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea ꝓpter te damnatus est pater:uidebas enim de causa ꝓnūciasse. Ad hæc rusticus: tu uero in causa damnationis fuisti:multos offēderas: inimicitias domui contraxeras:hæc coniecturalia. Illud quoque quod coloris loco rusticus dicit patris fuisse tale consiliū: ne uniuersā domū ꝑiculo subiicer&. Hæc prima quæstione scripti & uolūtatis cōtinent̄. Intendamus ultra animum: uideamusq; an aliquid inueniri præterea possit:quo id modo fiat sedulo imitor quærentem ut quærere doceam. Et omisso speciosiore illo genere ad utilitatem me me summitto discētium. Omnes adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius diximus: cur non aliquid circa patrem quærimus:dictum uero est cui qs non affuerit exhæres erit. Cur nō coāmur & sic quærere nū cuicūq; nō affuerit. facimus hoc sæpe in his controuersiis in quibus petunt̄ in uincula:qui parentes suos non alunt:ut eū q testimoniū ī filiū peregrinantis reum dixit: eum qui filium lenoni uendidit:in hoc de quo loquimur patre: quod apprehendi potest damnatus est. nunquid igitur lex ad absolutos tantum patres pertin&. dura prima fronte quæstio: nō desperemus credibile est hoc uoluisse legum latorem:ne auxilia liberorū īnocentibus deessent. Sed hoc dicere rustico uerecundum est:quia innocentē fuisse patrem fatetur. Dat aliud argumentum controuersiæ damnatus ꝓditionis cū aduocato exul&. uix uidet̄ posse fieri:ut pœna filio ī eodē pr̄e & si affuerit & si nō affuerit cōstituta sit. Præterea lex ad exules nulla ꝑtin&. Non ergo credibile est de aduocato damnati scriptum. An possint enim bona esse ulla exulis:scholastica in utraq; parte dubium facit. Disertus & uerbis inhærebit: in quibus nulla exceptio est:& propter hoc ipsum pœnam esse constitutam eis qui non affuerunt:ne periculo exilii deterreantur ab aduocatione:& rusticum innocenti non affuisse dicet. Illud protinus non indignum quod annotetur:posse ex uno statu duas generales fieri quæstiones an quisquis an cuicunq;. Hæc ex duabus ꝑsonis quæsita sunt. E tertia autem quæ est aduersarii nulla oriri quæstio pōt:

argumentum contra scriptum uehementius eo quod in lite est: sed hoc tantum an ne seruandae quidem ciuitatis causa. Ergo & aequitate & uoluntate pugnandum. Fieri tamen potest ut ex aliis legibus exépla ducamus: per quæ appareat semp stari scripto non posse: ut Cicero pro Cecinna fecit. Tertium cum ipsis uerbis legis reperimus aliqd per quod pbemus aliud legum latorem uoluisse: ut in hac controuersia q nocte cum ferro deprehēsus fuerit: alliget cum anulo ferreo inuētū magr̃atus alligauit. Hic quia est uerbum in lege deprehensus: satis etiam significatum uidet non contineri lege nisi noxium ferrum. Sed & ut qui uoluntate nitetur: scriptum quotiens poterit infirmare debebit: ita qui scriptum tuebitur adiuuare: se etiam uoluntate tentabit. In testamétis & illa accidunt ut uoluntas manifesta sit: scriptum nihil sit ut in iudicio curiano: in quo nota. L. Crassi & Sceuolæ fuit contētio. Substitutus hæres erat si posthumus ante tutellæ suæ annos decessiss& nō est natus. ppinqui bona sibi uendicabant: quis dubitar&: quin ea uolūtas fuiss& testantis: ut is non nato filio hæres ess& q mortuo: sed hoc nō scripserat. Id quoq; quod huic cōtrariū est accidit nup ut ess& scriptū: quod appar& scriptoré noluisse: q sestertiū numum qnq; milia legauerat: cum emendar& testamentum sublatis sestertiis numis argenti pōbo posuit. quinq; milia remanserunt. apparuit tamen qnq; pondo dari uoluisse: quæ ille in argēto legato modus & īauditus erat & īcredibilis. Sub hoc etiam statu generales sūt quæstiones scripto an uolūtate stādū sit: quæ fuerit scribētis uolūtas. tractatus oēs qualitatis aut coniecturæ: de qbus satis dictum arbitror.

DE Contrariis legibus.

PRoximum est de legibus contrariis dicere: qa inter omnes artium scriptores consistit in antinomia duos esse scripti & uoluntatis status: neq; īmerito quia cū lex legi obst&: utriq; contra scriptum dicit: & quæstio est de uoluntate: in utranq; id ambigit: an utiq; illa lege sit utendum. Omnibus autem manifestum est: nunq̄ esse legem legi contrariam iure ipso: quia si diuersum iussiss&: alterū altero abrogaret: sed eas casu collidi & euentu. Colliduntur autem aut pares inter se: ut si optio tyrannicidæ & uiri fortis comparent: utriq; data quod uelit petendi potestate. Hic meritorum temporis premii collatio est: aut secum ipse ut duorum fortium: duorum tyrannicidarum raptarum: in quibus nō pōt esse alia quæstio q̄ temporis: utra prior sit: an qualitas: utra istorum sit petitio. diuersæ quoq; leges confligunt: aut similes aut duæ: qbus etiā citra aduersam legem contradici possit: ut in hac controuersia magr̃atus ab arce ne discedat: uir fortis optato quæ uol&: uel alia nulla obstante

quæri potest: an quicquid optarit accipere debeat: & in magistratu multa dicẽtur: quibus scriptũ expugnatur: si incendiũ ĩ arce fuerit: si in hostes recurrendum: contra quas nihil opponi potest: nisi lex altera. Tyrannicidæ imago in gymnasio ne ponatur: mulier tyrannum occidit. nam neq; mulieris imago nullo alio casu poni potest: nec tyrannicidæ ullo alio casu summoueri. Impares sũt: cũ alteri multa sũt quæ opponi possũt: alteri si nihil nisi quod in lite est: ut cum uir fortis impunitatem desertoris petit. Nã contra legẽ uiri fortis ut supra ostendi. multa dicuntur aduersus desertores scripta non potest: nisi optionem subuertit. Item confessum est ex utraq; parte ius aut dubium: si confessum est. Hæc fere quæruntur: utra lex potẽtior: an ad deos ptineat an ad homines: rem. p. an priuatos: de honore an de pœna: magnis rebus an de paruis: permutet an uetet an imperet. Sol& tractari & utra sit antiquior. & uelut potentissima: utra minus pdat: ut in desertore & uiro forti: q̄ illo non occiso: lex tota tollatur: occiso sit reliqua uiro forti alia optio. Plurimum tamen est ĩ hoc: utrum fieri sit melius atq; æquius: de quo nihil præcipi nisi proposita materia potest. Si dubium aut alteri aut inuicem utriq; de iure sit cõtrouersia: ut in re tali patri in filium: patrono in libertum manus ĩecti sit: liberti hæredem sequantur: liberti filium quidam fecit hæredẽ ĩuicẽ petitur manus iniectio: & patronus negat ius patris illi fuisse: quia ipse in manu patroni fuerit. duplices leges sũt: sicut duæ collidũtur: ut nothus ante legitimũ natus legitimus sit: post legitimũ tantum ciuis: quod de legibus idẽ de senatus cõsultis dictũ: quæ hic aut ĩter se pugnẽt aut obstẽt legibus: nõ tamẽ aliud sit eius status nomen.

DE Syllogismis seu ratiocinatione.

SYllogismus hab& aliquid simile scripto & uoluntati: qa semper pars in eo altera scripto nititur. Sed hoc interest quod illic contra scriptum dicitur: hic supra scriptum. illic qui uerba defendit: hoc agit ut fiat utiq; quod scriptum est: hic ne aliud q̃ scriptum est: eius non nulla etiam cum finitiõne coniectio. Nam sæpe si finitio infirma est: in syllogismum delabitur. Sit enim lex uenefica: capite puniatur. Sæpe separanti amatorium dedit: eundẽ repudiauit per propinquos: rogata ut rediret non est reuersa: suspẽdit se maritus: mulier ueneficii rea est. fortissima est actio dicẽtis amatoriũ uenenũ esse. id erit finitio: quæ si parũ ualebit fiet syllogismus: ad quem uelut remissa priore contentione ueniemus: an perinde puniri debeat: ac si uirum ueneno necasset. Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est: id quod ĩcertum est. quod quoniã ratione colligitur: ratiocinatiuus dicitur. In has autem fere species uenĩt: an quod semel ius est: idem & sæpius. Incæsti damnata & præcipitata de

ſaxo uixit. repetitur: an quod in uno in pluribus: qui duos uno tpē tyrannos occidit: duo premia petit: an quod ante & poſtea raptor pro⸗fugit: rapta nupſit: reuerſo illo petit optionem: an quod in toto idem in partem. aratrum accipere pignore nō licet: uomerē accepit: an quod in parte: idem in toto. Lanas uehere tarento nō licet: oues uexit. In his ſyllogiſmus e ſcripto nititur: alter ſatis cautum eſſe dicit. Poſtulo ut p ræcipitetur incæſta lex eſt: & rapta optionem petit: & in oue lanæ ſunt. Similiter alias: ſed quia reſpōderi pōt: nō eſt ſcriptum ut uiuus præci⸗pitetur damnatus: aut quādoq; rapta optet: aut tyrānicida duo premia accipiat. nihil de uomere cautum: nihil de ouibus ex eo quod manifeſtū colligitur: quod dubium eſt. Maioris pugnæ eſt ex ſcripto ducere: quod ſcriptum non eſt: an quia hoc & hoc qui patrem occiderit culeo inſuat: matrem occidit. Ex domo in ius educere ne liceat: extra tabernacula edu⸗xit. In hoc genere hæc quæruntur: an quotiens propria lex nō eſt: ſimili ſit utendum. an id de quo agitur: ei de quo ſcriptum eſt ſimile ſit. Simile autem & maius eſt: & par & minus. In illa priore an ſatis lege cautum ſit: an & ſi parum cautum eſt: & hoc ſit utendum in utroq; de uoluntate legum latoris: ſed de æquo tractatus potentiſſimi.

De ambiguo ſeu amphibologia.

AMphibologiæ ſpecies ſunt innumerabiles: adeo ut philoſophorū qbuſdā nullū uideat eſſe uerbū: quod nō plura ſignificet: genera admodū pauca: aut enī uocibus accidit ſingulis: aut coniunctis. ſīgula afferunt errorem cum pluribus rebus aut hominibus eadem appellatio eſt dicit: ut gallus: utrum enī auem an gentē an nomē an fortunā corporis ſignificet incertū eſt: & Aiax Telamonis: an Oilei filius. Verba quoq; quædā diuerſos intellectus habēt: ut cerno quæ ambiguitas plurimis modis accidit. Vnde fere lites præcipue ex teſta⸗mentis cum de libertate aut etiā de hæreditate contendunt. Hi quibus idem nomen eſt aut quid ſit legatum quæritur. Alterum eſt in quo alia integro uerbo ſignificatio eſt: alia diuiſio: ut ingenua: & armamentum: & coruinum. ineptæ ſane cauillationes: ex qua tamen græci cōtrouerſias ducunt: inde illa uulgata cū quærit: utrū aula quæ ter ceciderit: an tibicina ſi ceciderit debeat publicari. Tertia ē ex cōpoſitis ut ſi quis corpus ſuū in occulto loco poni iubeat: circa quod monumē⸗tum multum agri ab hæredibus in tutellam cinerum: ut ſolet leget: ſit littus occaſio cultum: ſic apud græcos contendit Leon Pantaleon: cum ſcriptura dubia eſt. bona omnia Leonti: an bona Pantaleonti relicta ſūt. In coniunctis plus ambiguitatis eſt. Fit autē per caſus: ut aio te æacida romaōs uīcere poſſe: p collocutōnē ubi dubiū ē qd quo referri oporteat:

ac frequẽtissime cum quid quod medium est utrinque possit trahi: ut de Troilo Virgilius. Lora tenens tamen. hic utrum quod teneat tamen lora: an quis teneat: tamen trahatur. quæri potest unde cõtrouersia illa. Testamẽto quidam iussit poni statuã aureã hastã tenentẽ: quæritur statua hastã tenẽs aureã esse debeat an hasta esse aurea ĩ statua alterius materiæ. fit p flexum idẽ magis: qnquaginta ubi erãt centũ: inde occidit Achilles. sæpe utri duorum antecedentiũ sermo subiunctus sit in dubio ẽ. Vnde est cõtrouersia. hæres meus uxori meæ dare dãnas esto argẽti: quod elegerit pẽdo centũ: uter eligat quæritur. Verum id quod ex his primũ est mutatiõe casuũ: sequens diuisione uerborum aut translatione emendatur: tertiũ adiectione. Accusatiui geminatione facta amphibologia soluitur ablatiuo: ut illud Lachetem audiui pcussisse Demeã: fiat a Lachete pcussũ Demeã. Sed ablatiuo ipsi ut in primo diximus: inest natalis amphibologia: cælo decurrit aperto: utrũ p apertũ cælum: an cũ apertũ ess&. Diuisio respiratiõe & mora cõstat. Statuã deinde aureã hastã: uel statuã aureã. deĩde hastã. adiectio talis ẽ: argentũ quod elegerit ipse ut hæres intelligatur: uel ipsa uxor. Adiectione facta: amphibologia qualis fit nunc flẽtis illos deprehendimus: detractiõe soluetur. pluribus uerbis emendandũ: ubi est id quod quo referatur: dubiũ ẽ: & ipsũ est ambiguum. Hæres meus dare illi dãnas esto oĩa sua: in quod genus ĩcidit Cicero loquens de. C. Fannia in soceri ĩstituto: quẽ qa cooptatus in augurum collegiũ nõ erat: nõ admodũ diligebat: præsertĩ cũ ille. Qu. Scæuolã sibi minorẽ natu generum prætuliss&. Nã id sibi & ad socerum referri: & ad Fanniam põt. Productio quoque in scripto & correctio ĩ dubio relicta causa est ambiguitatis: ut ĩ hoc Cato: aliũ enĩ ostẽdit breuis secunda syllaba casu noĩatiuo. Plurimæ præterea sũt aliæ spẽs: quas psequi nihil necesse est. Nec refert quo mõ facta sit amphibologia: aut quo resoluatur. Duas. n. res significari manifestũ est: & quod ad scriptũ uocẽ ue ptin& ĩ utranque parem ptem. Ideoque frustra præcipitur: ut in hoc statu uocem ipsam ad nrãm ptem conemur uertere. Nam si id fieri põt amphibologia nõ est. Amphibologiæ aũt oĩs in his erit quæstio aliquãdo uter sit secundũ naturam magis sermo semp utrum sit æqus: utrum is q scripsit: ac si dixit sic uoluerit: quarum ĩ utranque partem satis ex his quæ de coniectura & qualitate diximus præceptum est.

Quæ Sit inter status cognatio & quæ diuersitas.

EST autem quædam inter hos status cognatio. nam & in finitione quæ sit uoluntas nominis quæritur: & in syllogismo q secundus a finitiõe status est: quo spectatur: qd uoluerit scriptor: & ex contrariis legibus duos esse scripti: & uoluntatis status appar&. Rursus & finitio quodammodo est amphibologia cum in duas ptes diducatur intellectus

noīs:scriptum & uoluntas hab& in uerbis uocis quæstionem:quod idē antinomia petit. Ideoq; oīa hæc qdam scriptum & uolūtatē esse dixert. alii in scripto & uolūtate amphibologiā esse quæ facit quæstionem:sed distincta sunt. Aliud est enim obscurius:aliud ambiguum. Igit finitio in nata ipsa noīs quæstionem hēt generalem. Et quæ esse etiam citra cō-plexum causæ possit. scriptum & uoluntas de eo disputat uerbo quod ē in lege:syllogismus de eo quod nō est. amphibologiæ lis in diuersū tra-hit. Legum contrariarum ex diuerso pugna est: neq; immerito & recepta ē a doctissimis hæc dīa:& apud plurimos ac prudētissiōs durat. Et de hoc qdem genere disceptatōis etiā si non oīa tradi : tamen aliqua potuert. Sunt alia quæ nisi pposita de qua dicendum est materia:uiam docendi nō præbeant. Non.n.causa uniuersa in quæstiones ac locos ducēda est. Sed ipsæ hæ ptes habent rursus ordinem suū. Nam & in pœmio primū est aliqd & secundum ac deinceps. Et quæstio omnis ac locus hab& suā dispōnem:ut thesis:etiam simplices si forte satis erit diuidendi pitus:q cōtrouersiam in hæc dixerit. an omne premiū uiro forti dandum sit:an ex priuato:an nuptiæ:an ea quæ nupta sit:an hæc deinde cum fuerit de prima quæstione dicendum passim :& ut qcqd in mentē ueni& miscu-erit : non primum in ea scierit esse tractandum. uerbis legis standū sit: an uolūtate. huius ipsius pticulæ aliquod initiū fecerit. Deinde pxima subnectens struxerit orōnem : ut pars hominis est manus : eius digiti: illorum quoq; articuli. Est & hoc quod scriptor demōstrare non possit:nisi certa diffinitaq; materia. Sed qd una faciat aut altera:qnimmo centum ac mille in re finita:quæ materia præceptoris est in alio atq; alio genere quotidie ostendere. Quis ordo sit rerum & quæ copulatio:ut paulatim fiat usus:& ad similia transitus. Tradi.n.omnia quæ ars efficit nō possunt. Nam qs pictor omnia quæ in rerum nata sunt adumbrare didicit. Sed p-cepta imitandi ratione assimilabit qcqd accepit. quis enim non faber uasculū aliquod quale nunq̄ uiderat facit? Quædam uero non docētiū sunt:sed discentium. nam medicus qd in quoq; ualitudinis genere faci-endum sit:qd quibus ue signis puidendum docebit:uim sentiendi pul-sus uenarum:caloris motus:spiritus meatum:coloris distantiam:quæ sua cuiusq; sunt ingenium dabit. Quare plurima petimus a nobis:& cum causis deliberamus:cogitemusq; homīēs ante inuenisse artē q̄ docuisse. Illa enī potentissima est quæq; uere dicit œconomica totius causæ dis-positio:quæ constitui nisi uelut in re præsente non potest. Vbi assumē-dum pœmium:ubi omittendum:ubi utendum expositione continua: ubi partita:ubi ab initiis incipiendum: ubi more homerico e mediis uel ultimis:ubi oīno non exponendū:quādo a nr̄is:quādo ab aduersariorū

ꝓpoſitõibus incipiamus: quãdo a firmiſſimis ꝓbatõibus: quãdo a leui-oribus: qua in cauſa ꝓponendæ ꝓœmiis quæſtiones. Quæ præparatione præmuniendæ: qd iudicis aiũs accipe poſſit ſtatim dictum: quo paulatĩ deducendus: ſingulis an uniuerſis opponendi refutatio: reſeruandi per-orationi: an per totam orationem diffundendi affectus. de iure prius: an de æquitate dicendum: an ante acta crimina: an de quibus iudicium eſt prius obiicere: uel diluere conueniat. Si multiplices cauſæ erunt: qs ordo faciendus: quæ teſtimonia tabulæ ue cuiuſque generis in actione recitandæ: quæ reſeruandæ. Haec eſt uelut imperatoria uirtus copias ſuas partiẽtis ad caſus prœliorum: retinentis partes per caſtella tuenda: cuſtodiendas ue urbes: petendos commeatus: obſidenda itinera: mari deniq; ac terra diuidentis. Sed hæc in oratione præſtat: cui omnia affu-erint natura: doctrina: ſtudium. Quare nemo expectet: ut alieno tãtum labore ſit diſertus. Vigilandum ducat iterum: enitendum: pallendum eſt: facienda ſua cuiq; uis: ſua ratio: non reſpiciendum ad hæc: ſed in promptu habenda: nec tanq̃ tradita: ſed tanq̃ innata. Nam uiam demõ-ſtrare poteſt uelocitas: ſiqua eſt. uerum ars ſatis præſtat: ſi copias elo-quentiæ ponit in medio. noſtrum eſt uti eis ſcire. Reliqua enim artium eſt demum diſpoſitio. Et in his ipſis primus aliquis ſenſus: & ſecũdus: & tertius: qui non modo ut ſint ordine collocati elaborandum eſt: ſed ut inter ſe iuncti: atq; ita cohærentes: ne commiſſura perluceat: corpus ſit non membra: quod ita continget ſi & quid quaq; conueniat uideri-mus: & ut uerba uerbis applicemus: non pugnantia: ſed quæ inuicem cõplectantur: ita res non diuerſæ diſtantibus ex locis: quaſi inuicem ignotæ collident̃: ſed aliqua ſocietate: ſed nõ prioribus ac ſequentibus ſe copula tenebunt: ac uidebitur non ſolum compoſita oratio: ſed etiam continua. Verum longius fortaſſe progredior fallente tranſitu: & a diſpoſitõe ad elocutiõis præcepta labor: quod proximus liber ĩcohabit.

CAELII FABII QVINTILIANI LIBER SEPTIMVS FINIT.

CAELII FABII QVINTILIANI LIBER OCTAVVS INCIPIT.

PROOEMIVM.



IS FERE QVAE IN PROXIMOS Quinq; libros collata sũt: rõ inueniẽdi ac ĩuenta disponedi cõtinent: quã ut per omnes numeros penitus cognoscere: et ad sũmam sciæ necessarium est: ita incipientibus breuius ac simplicius tradi magis cõuenit: aut. n. difficultate ĩstitutionis tã ĩnumerosæ atq; pplexæ deterreri solẽt: aut eo tempore quo præcipue alenda ingenia: atq; indulgentia quadam enutrienda sunt: asperiorum tractatu rerum atteruntur: aut si hæc sola didicerunt satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur: aut quasi ad certas quasdam dicendi leges alligati: conatum omnem reformidant. Vnde existimant accidisse: ut qui diligentissimi artium scriptores extiterunt: ab eloquentia longissime fuerint. Via tamen opus est incipientibus: sed ea plana & cum ad ingrediendum: tum ad demonstrandum expedita. Eligat itaq; pitus ille præceptor ex omnibus optima: & tradat ea demum in præsentia quæ placent: remota refutandi cætera mora. Sequuntur enim discipuli quo duxeris: mox cum robore discẽdi crescet etiã eruditio. Iidem primo solum iter credant esse: in quod inducẽtur: mox illud cogituri etiam optimum. Sunt autem neq; obscura: neque ad præcipiendum difficilia. quæ scriptores diuersis opinionibus ptinaciter tuendis inuoluerunt. Itaq; in toto artis huiusce tractatu difficilius est iudicare quid doceas: q̃ cum iudicaris docere: præcipueq; in duabus his partibus perq̃ sunt pauca circa quæ: si is qui instituitur non repugnauerit: pronum ad cætera habiturus est cursum. Nempe enĩ plurimũ in hoc laboris exhausimus: ut ostenderemus rhetoricen bene dicendi scientiam: & utilem & artem & uirtutem esse: materiam eius res omnes de quibus dicendum ess&. Tum & eas in tribus fere generibus demonstratiuo: deliberatiuo: iudicialique reperiri. Orationem porro omnem constare rebus & uerbis. in rebus intuendam inuentionem: in uerbis elocutionem: in utraq; collocationem: quæ memoria complecteretur: actio commendar&. Oratoris officium docendi: mouendi: delectandi partibus contineri. Ex quibus ad docendum expositio & argumẽtatio: ad mouendum affectus pertinerent: quos per omnem quidem causam: sed maxime tamen in ingressu ac fine dominari. Nam delectationem q̃uis in utroque sit eorum: magis tamen proprias in elocutione partes habere. Quæstiones alias infinitas: alias finitas: quæ personis: locis: temporibus continerentur. in omni porro materia tria esse quærenda: an sit: quid sit: quale sit. His adiiciebamus demonstratiuam laude ac uituperatione constare: in ea quæ ab ipso de quo diceremus: quæ post eum acta essent intuendum. Hoc opus tractatu honestorum utiliumque

cōſtare. Suaſoriis accedere tertiam partem ex coniectura poſſ& ne fieri. Et an eſſ& futurum de quo deliberaretur. hic præcipue diximus ſpectā/dum: quis apud quem: quid dicer&. Iudicialium cauſarum: alias in ſingulis: alias in pluribus controuerſiis conſiſtere: & in quibuſdam in/tentionem: modo depulſionem. Porro omē inficiatione duplici. factū ne: & an hoc factum eſſ&. Præterea defenſione ac altercatione conſtare: quæſtionem aut ex ſcripto eſſe: aut ex facto. De rerum fide: ꝓprietate: qualitate: ſcripto: de uerboꝝ ui aut uolūtate: in quibus uis tum cauſaꝝ: tum actionum inſpici ſoleat: quæq; aut ſcripti & uoluntatis: aut rōci/natiuæ: aut ambiguitatis: aut rerum contrariarum ſpecie continetur. In omni porro cauſa iudiciali quinq; eſſe partes. quarum exordio cōciliari audientem. narratione ꝓpoſita confirmari refutatione: aut memoriam refici: aut animos moueri. His argumentādi & afficiendi locos: & qbus generibus concitari: placari: reſolui iudices oport& adiecimus. Acceſſit ratio diuiſionis: credere modo: qui diſcet uelit certam quandam uiam eſſe: in qua multa etiam ſine doctrina præſtare debeat per ſe ipſa natura: ut hæc de quibus dixi non tam inuenta a præceptoribus: q̄ cū fierent obſeruata eſſe uideantur.

DE Virtute elocutionis.

PLus exigunt laboris & curæ quæ ſequuntur. hinc enim iam elocu/tionis rationem tractabimus partem operis: ut inter oēs oratores conuenit difficillimam. Nam &. M. Antonius: cuius ſupra habuimus mētionem: ait a ſe diſertos uiſos eſſe multos: eloquentem autē neminē. Diſertos ſatis putat dicere quæ oporteat. Ornate autem dicere ꝓprium eſt eloquentiſſimi. Quæ uirtus ſi uſq; ad eum in nullo reperta eſt: ac ne quidem aut Lucio Craſſo certum eſt: & his & prioribus eā deſideratā: quia difficillīa fuit. Et. M. Tullius inuentionem quidē ac diſpoſitionē prudentis hominis putat: eloquentiam oratoris. Ideoq; præcipue circa partis huius elaborauit: quod eum merito feciſſe: etiam ipſo rei: de qua loquimur nomine palā declaratur. Eloqui enim hoc eſt omnia quæ mente conceperis promere: atq; ad audientes perferre: ſine quo ſemper uacua ſunt priora: & ſimilia gladio condito: atq; intra uaginam ſuam hærenti. hoc itaq; maxime docetur. hoc nulliū niſi arte aſſequi poſſe. hic ſtudium adhibendum. hoc exercitatio petit: hoc imitatio. hic omnis ætas. conſuītur. hoc maxīe orator oratore præſtantior. hæc genera ipſa dicendi alia aliis potiora. Neq; enim aſiani aut quocunq; alio genere corrupti res non uiderunt: aut eas non collocauerūt: neq; quos aridos uocamus: ſtulti aut in cauſis cæci fuerīt: ſed his iudiciū in eloquendo ac

modus: illis uires defuerunt: ut appareat in hoc & uiciū & uirtutē esse dicendi non ideo tamen sola est agenda cura uerborum. Occurram enim necesse est: & uelut in uestibulo ꝓtinus apprehensuris hanc confessionē meam: resistam his qui omissa rerum qui nerui sūt in causis diligētia quodam inani circa uoces studio senescunt: id quæ faciunt gr̄a decoris quod est in dicendo mea quidem opinione pulcherrimū: sed cū sequr̄: non cum affectatur: corpora sana & integri sanguinis: & exercitatione firmata: ex eisdem his speciem accipiūt: ex qbus uires. nāq; & colorata & astricta: & lacertis expressa sunt. sed eadem siquis uulsa atq; fucata muliebriter comat: fœdissima sūt ipso formæ labore: et cultus concessus atq; magnificus addit hoībus: ut græco uersu testatū est. Auctoritatem. At muliebris & luxuriosus non corpus exornat: sed detegit mentem. Similiter illa translucida & uersicolor quorundā elocutio res ipsa effœminat: quæ illo uerborum habitu uestiuntur. Curam ergo uerborum: rerum uolo esse solicitudinem. Nā plerūq; optime rebus cohærent: & cernunt̄ suo lumine. At nos quærimus illa tāq̄ lateant semp seq; subducant. ita nūq̄ putamus circa id esse de quo dicendū est: sed ex aliis locis petimus: & inuentis uim afferimus. Maiore animo: aggredienda eloquentia est: quæ si toto corpore ualet & ungues polire: & capillum reponere non existimauit ad curam suā pertinere. Sed euenit plerūq; ut in hac diligētia deterior etiam fiat oratio: primum quia sunt optima minime accersita & simplicibus atq; ab ipsa ueritate ꝑfectis similia. Nam illa quæ curā fatentur: & ficta atq; composita uideri etiam uolunt: nec gratiam consequunt̄: & fidem amittunt: ꝓpter id ꝙ sensus obumbrāt: & uelut læto gramine sata strangulant. Nam & quod recte dici potest: circumimus amore uerborum: & quod satis dictum est repetimus: & quod uno uerbo patet: pluribus oneraūs: & pleraq; significare melius putamus q̄ dicere. Quid ꝙ nihil iam ꝓpriū placet: dum parū creditur: disertum quod & alius dixisset. A corruptissimo quoq; poetarum figuras seu trāslatōnes mutuamur. Tum demum īgeniosi scilicet: si ad intelligendos nos opus sit ingenio. atq; satis aperte Cicero præceperat in dicendo uitium uel maximum esse a uulgari genere orationis: atq; a consuetudine cōmunis sensus abhorrere. Sed ille & durus atq; ineruditus: nos melius quibus sordent omnia: quæ natura dictauit: qui non ornamenta quærimus: sed lenocinia: quasi uero sit illa uerborum: nisi rei cohærētium uirtus: quæ ut propria sint & dilucida & ornata & apte collocent̄: si tota uita laborandum est. Omnis studiorum fructus amissus est: atque plerosq; uideas hærentes circa singula. Et dum inueniunt: et dū inuenta ponderant ac dimetiunt̄. quod si iccirco fieret: ut semp optimis uterent̄: abhoīnanda

tamen hæc infœlicitas erat: quæ & cursum dicendi refrenat: & calorem cogitationis extinguit mora & differentia. Miser. n. & ut sic dicam paup orator est: qui nullum uerbum æquo animo perdere potest. Sed ne pdet quidem qui rationem loquendi primũ cognouerit: tum lectione multa & idonea copiosam sibi uerborum supellectilem compararit: & huic adhibuerit artem collocandi. Deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit : ut semper in promptu sint: & ante oculos. nanq; & hoc qui fecerit: sibi res cũ nominibus suis occurrerent. Sed opus est studio præcedente & acquisita facultate & quasi reposita. Nanq; ista quærendi: indicandi: comparandi anxietas: dum discimus adhibẽda est: non cum dicimus. Alioquin sicut qui patrimoniũ non pararunt: sub diẽ quærũt: Ita in oratione qui non satis laborarunt: si præparata uis dicendi fuerit erunt inofficiosi: non ut ad requisita respõdere: sed ut semper sensibus inhærere uideãtur. atque ut umbra corpus sequitur in hac ipsa cura est aliquid satis. Nam cum latina significantia ornata apte sint collocata: quid amplius laboremus. Quibusdam tamen nullus finis calumniandi est: & cum singulis pene syllabis commorandi. qui etiam cum optima sint reperta: quærunt aliquid quod sit magis antiquum: remotum: inopinatũ. nec intelligunt iacere sensus in oratione: in qua uerba laudant᷑. Sit igitur cura elocutionis q̃maxima: dum sciamus tamen nihil uerborũ causa esse faciẽdum: cum uerbi ipsa rerum gratia sint reperta: quorum ea sunt maxime probabilia: quæ sensum animi nostri optime promũt: atq; in animis iudicum: quod nos uolumus efficiũt: ea debent præstare sine dubio & admirabilem & iucundam orationem. Verum admirabilẽ nõ sic quo modo prodigia miramur: & iucundã orationẽ: non deformi uoluntate: sed cum laude ad dignitatem coniuncta. Igitur quam græci

uocant: latine dicimus elocutionẽ. eam spectamus uerbis aut singulis aut coniunctis. In sigulis intuendum est: ut sit latina pspicua: ornata: & ad id quod efficere uolumus accommodata. In coniunctis ut emendata: ut collocata: ut figurata. Sed ea quæ de ratione latine atque emendate loquendi fuerunt dicenda in libro primo : cum de grãmatice loqueremur: executi sumus. Verum illic tantum ne uitiosa essent præcepimus. hic non alienum est admonere: ut sint q̃minime peregrina & extrema. Multos enim quibus loquẽdi ratio non desit inueniam: quos curiose potius loqui dixeris: q̃ latine. quo modo & illa attica anus Theophrastum hominem alioquin disertissimũ: annotata unius affectione uerbi hospitem dixit: nec alio se id deprehendisse interrogat respondit: q̃ ꝙ nimium attice loqueret᷑. Et in Tito Liuio miræ facundiæ uiro putat inesse Pollio Asinius quandam patauinitatem. Quare si fieri potest &

uerba omĩa:& uox huius alumnũ ũrbis oleant:ut oratio romana plane uideatur:non ciuitate donata.

DE Perſpicuitate.

PErſpicuitas in uerbis præcipuam habet ꝓprietaté: ſed proprietas ipſa non ſimpliciter accipitur. Primus.n.intellectus eſt ſua cuiuſq; rei appellatio:qua nõ ſemper utimur.nã & obſcena uitabimus:& ſordida & humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerꝫ aut ordinis: in quo uitio cauendo non mediocriter quidam errare ſolent;qui oĩa quæ ſunt ſine uſu: etiam ſi cauſæ neceſſitas poſtulet reformident:ut ille q in actione hibericas herbas ſe ſolo nequaꝗ intelligente dicebat: niſi irridens hanc uanitatem. Caſſius ſeuerus ſparthum eum dicere uelle ĩdicaſſet. Nec uideo quare clarus orator duratos muria piſces nitidius eſſe crediderit:ꝗ ipſũ id quod uidebat. In hac autem ꝓprietatis ſpecie: quæ nominibus ipſis cuiuſq; rei utitur:nulla uirtus eſt:atq; ei cõtrariũ eſt uitium:id apud nos improprium apud græcos uocat̃:quale eſt tãtum ſperare doloré: aut quod ĩ oratione Dolobellæ: emendatum a Cicerone annotaui mortem ferre: aut qualia nunc laudantur a quibuſdam: quorum eſt: decernere uerba ceciderunt: non tamen quicqd nõ erit propriũ:ꝓtinus & improprii uitio laborabit: qa primum omnium multa ſunt:& græce & latine:non denominata. Nã & qui iaculum emittit:iaculari dicitur:qui pilã aut ſudé appellatione priuatim ſibi aſſignata caret:& ut lapidare quid ſit manifeſtum: ita glebarum teſtarumq; iactus non hab& nomen. Vnde abuſio quæ dicitur neceſſaria. Tranſlatio quoq; in qua uel maximus eſt orationis ornatus:uerba non ſuis rebus accõmodat. Quare ꝓprietas non ad nomen:ſed ad uim ſignificãdi refertur.nec auditu:ſed ĩtellectu ꝑpendenda eſt. Secundo modo dicitur proprium inter plura quæ ſunt eiuſdem nominis:& unde cætera dicta ſunt:ut uortex eſt contorta in ſe aqua:uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Inde ꝓpter flexum capillorꝫ pars ſumma capitis:ex hoc inꝗ in mõtibus eminétiſſimũ recte dixeris. hæc omnia uertices:ꝓprie tamen ũde initiũ eſt:ſic ſoleæ & turdi piſces: et cætera. Tertius eſt huic diuerſus modus:cum res cõmunis pluribus in uno aliquo hab& nomen eximium:ut carmen funebre ꝓpe mœnia: & tabernaculũ ducis auguſtale. Ité quod cõmune é:& aliis nomé ĩtellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut urbem romã accipimus: & uenales nouicios:& corynthia æra:cum ſint urbes aliæ quoq; & uenalia multa: & tã aurum & argentum:ꝗ æs corynthium. Sed ne in his quidem uirtus oratoris inſpicitur. At illud iã non mediocriter probãdum: ꝙ hoc etiã

laudari modo sol&: ut proprie dictum idest quo nihil inueniri possit significātius: ut Cato dixit Caium Cæsarem ad euertendā rem.p.sobriū accessisse: ut Virgilius. Deductum carmen. & Horatius. Acrem tibiam: hānibalemq; dirum. In quo modo illud quoq; est a quibusdā traditum ꝓprii genus ex appositis: quæ epitheta dicuntur: ut dulce mustum. & cū dentibus albis: de quo genere alio loco dicendum est. Etiam quæ bene translata sunt: ꝓpria dici solent. Interim autem quæ sunt in quoque præcipua proprii locum accipiunt: ut Fabius inter plures imperatorias uirtutes: cunctator est appellatus. Possunt uideri uerba quæ plus significant q̄ eloquuntur in parte ponenda ꝑspicuitatis. Intellectum enim adiuuant. Ego autem libentius emphasim rettulerim ad ornatū orationis: quia non ut intelligatur efficiat: sed ut plus intelligatur. At obscuritas fit etiam uerbis ab usu remotis: ut si commentarios quis pōtificum: & uetustissima fœdera: & exoletos scrutatus auctores id ipsum petat. ex hisq; inde contraxerit: quæ non intelliguntur. Hinc enī aliqui famā eruditionis affectant: ut quædā soli scire uideantur. Fallunt enim uerba uel religionibus quibusdam magis familiaria: uel artium ꝓpria: ut attabulus uentus: & nauis saccaria: & in malacho sanum: quæ uel uitanda apud iudicem ignarum significationum earum uel interpretāda sunt: sicut in his quæ omonyma dicūtur: ut taurus animal sit: an mōs: an signum in cælo: an nomen hominis: an radix arboris: nisi distictum non intelligitur. plus tamen est obscuritatis in contextu & cōtinuatōne sermonis & plures modi. Quare nec sit tam longus: ut eum prosequi non possit intentio: nec transiectio tarda: ut in hyperbaton finis eius differatur: quibus adhuc prior est mixtura uerborum: qualis in illo uersu. Saxa uocāt itali mediisq; in fluctibus aras. Etiam interiectione: qua & oratores & historici frequenter utuntur: ut medio sermone aliquem inserāt sensum impediri solēt intellectus: nisi quod īterponitur breue est. Nam Virgilius illo loco quo pullum eqnum describit: cum dixisset nec uanos horret strepitus compluribus insertis alia figura qnto demū uersu reddit: siqua sonum procul arma dedere: stare loco nescit. Vitāda in primis ambiguitas: nō hæc solū de cuius genere supra dictū est: quæ īcertum intellectum facit: ut Chremetem audiui percussisse Demeam. Sed illa quoq; quæ etiam si turbare non potest sensum: in idem tamen uerborum uitium incidit: ut siquis dicat uisum a se hominem librum scribentem. Nam etiam si librum ab homine scribi pateat: male tamen composuerat: feceratq; ambiguum: quantum in ipso fuit. Est etiam in qbusdam turba inanium uerborum: qui dum cōmunem loquēdi morē reformidant: ducti specie nitoris circūeunt. omnia copiosa loquacitate

quæ dicere uolunt. Ipām deinde illam feriem cum alia simili iungētes: miscentesq; ultra q̄ ullus spiritus durare possit: extēdit. In hoc malum etiam a qbusdam laborat̄: neq; id nouum uitium est: cum iā apud Titum Liuium īueniam fuisse præceptorem aliquem: q discipulos obscurare: quæ dicerent iuberet: græco uerbo utens Vnde illa scilicet egregia laudatio: tāto melior: ne ego quidem intellexi: alii breuitatis æmuli necessaria quoq; oratōni subtrahunt uerba: & uelut satis sit scire ipsos quæ dicere uelint: quantum ad alios pertineat nihil putant. At ego ociosum sermonem dixerim: quē auditor suo ingenio ītelligit. Quidā emutatis in peruersū dictis: de figuris idem uitium cōsequūt̄. Pessima uero sunt hoc est quæ uerbis apta occultos sensus habent: ut conductus ē cæcus secus uiam stare: & quæ suos artus morsu lacerass&: fingitur in scholis supra se cubasse. Ingeniosa hæc & fortia: ut ex ancipiti diserta credantur perficiunt. At persuasit quidem iam multos ista persuasio: ut id iam demum eleganter atq; exquisite dictum putent: quod interpretandum sit. Sed auditoribus etiā nō nullis grata sunt hæc: quæ cum intellexerint acumine suo delectantur & gaudent: non quasi audiuerīt: sed quasi inuenerīt. Nobis prima sit uirtus ꝑspicuitatis: propria uerba: rectus ordo: non in longum dilata cōclusio: nihil neq; desit: neq; superfluat: Ita sermo & doctis ꝓbabilis: & planus imperitis erit. Hæc est eloquendi obseruatio: nā rerum ꝑspicuitas: quo modo præstanda sit diximus in præceptis narrationis. similis autē ratio est ī oībus. Nam si neq; pauciora q̄ oport&: neq; plura: neq; īordinata: aut indistincta dixerimus: erunt dilucida: & negligenter quoq; audiētibus aperta: qa id ipsum in consilio est habendum: non semper tam esse acrem iudicis intentionem: ut obscuritatem apud se ipsā discutiat: & tenebris orationis inferat: quiddā intelligentiæ suæ lumen: sed multis eum frequenter cogitationibus auocari: nisi tam clara fuerint: quæ dicemus: ut in animum eius oratio: ut sol in oculos: etiam si in eā non intendatur incurrat. Quare non ut intelligere possit: sed ne oīno possit non intelligere curandum. Propter quod etiam repimus sæpe quæ non satis percepisse eos: q cognoscunt putamus: quæ causa utiq; nr̄a id est culpa dicta obscurius: qua causa ad planiora & communia magis uerba descendimus: cum id ipsum optime fiat: quod nos aliquid nō optime fecisse simulamus.

DE Ornatu.

VEnio nunc ad ornatum: in quo sine dubio plus q̄ in cæteris dicēdi partibus sibi indulg& orator. Nā emēdate quidem ac dilucide dicētiū: tenue premiū ē: magisq; uitiis carere: q̄ ut aliquā magnā uirtutē adeptus

esse uidearis. Inuentio cum imperitis sæpe communis: dispositio modi-
cæ doctrinæ credi potest: & quæ sunt artes altiores plerunq; occultantur:
ut artes sint. Deniq; omnia hæc ad utilitaté causaꝝ solá referéda sunt.
Cultu uero atq; ornatu: se quoq; cōmédat ipse qui dicit: & in cæteris iu-
dicium doctoꝝ. In hoc uero etiá popularé laudem petit. Nec fortibus
modo: sed etiam fulgétibus armis prœliatus í causa est Cicero Cornelii:
cuius secutus esset docendo iudicem tantum: & utiliter demū ac latine
pspicueq; dicendo: ut populus. ro. admirationem non acclamationē tā-
tum: sed etiam plausu confiteretur. Sublimitas pfecto & magnificentia
& nitor & auctoritas expressit illum fragorem: nec tam insolita laus eét
psecuta dicenté: si usitata & cæteris similis fuisset oro: atq; ego illos cre-
do q aderant: nec sensisse quid facerent: nec sponte iudicioq; plausisse:
sed uelut mente captos: & quo essent in loco ignaros erupisse in hunc
uoluntatis affectum. Sed ne causæ quidem parum conferat idem: hic
orationis ornatus. Nam qui libenter audiunt: & magis attendunt: & fa-
cilius credunt. Plerūq; ipsa delectatione capiunť: nonnunq̄ admiratiōe
auferunť. nam & ferrum affert oculis terroris aliquid: & fulmía ipsa nō
tam nos confunderent: si uis eoꝝ tantum: nō etiá ipse fulgor tantum
timereť. Recteq; Cicero his ipsis ad Brutū uerbis quadá in epistola scri-
bit. Nam eloquentiam quæ admirationem non hab&: nullam iudico.
Aristoteles quoq; eandé petendá maxime putat. Sed hic ornatus (repetá
enim) uiri: sed fortis & sanctus sit: nec effœminatam lenitatem: & fuco
eminenté colorem man&: sanguine & uiribus niteat. Hoc aūt adeo ueꝝ
est: ut cū in hac maxíe parte sint uicina uirtutibus uitia: etiá qui uitiis
utuntur: uirtutis tamen his nomen imponát. Quare nemo ex corruptis
dicat me inimicum esse culte discentibus non hanc esse uirtuté: sed illis
eam non tribuo. An ego fundum cultioré putem: in quo mihi qs osté-
derit lilia & uiolas & amœnos fontes surgentes: q̄ ubi plena messis: aut
graues fructu uites erunt: sterilem platanum: tonsasq; myrtos: q̄ maritá
ulmū: & uberes oleas præoptauerim. Habeát illa diuites: licet qd essét:
si nihil aliud haberét: nullus ne ergo etiá frugiferis adhibédus est decor.
qs negat. Ná & in ordinem certaq; interualla redigam eas arbores. quid
illo qnquiunce speciosius? qd in quácunq; partem spectaueris rectius
est? Sed ptinus in id quoq; pdest: ut terræ succū æqualiter trahant. Sur-
gentia í altū cacumía: oleæ ferro coercendo in orbem se formosius fun-
dant. & ptinus fructū ramis pluribus fer& decentior equus: cuius astri-
ctus ilia: sed idem uelocior: pulcher aspectu sit athlæta: cuius lacertos
exercitatio expressit. Idem certamini paratior: nūq̄ mera species ab uti-
litate diuidiť. Sed hoc qdé discernere modici iudicii é. Illud obseruatóe

dignius: quod hic ipse hoẽstus orator materiæ genere deb& esse uariatus: atq; ut a prima diuisione ordiar: nõ idem demõstratiuis & deliberatiuis & iudicialibus causis conueni&. Nãq; illud genus ostentatõis cõpositũ solã petit audiẽtium uoluptatẽ. Ideoq; oẽs dicendi artes apit: ornatũq; orõnis exponit: ut q non insidiet̃: nec ad uictoriã: sed ad solũ finẽ laudis & gloriæ tendat. Quare qcqd erit sententiis populare uerbis nitidum: figuris iucundũ: translatõibus magnificum: cõpositõe elaboratũ: uelut institor qdam eloquentiæ intuendũ: & pene p tractandum dabit. nam euentus ad ipsũ: non ad cãm refert̃. At ubi res agit̃: & uera dimicatio ẽ: ultimus fit famæ locus. Præterea nõ debet qdem ubi maxĩa rerũ momẽta uersant̃ de uerbis esse solicitus: neq; hoc eo ptin&: ut in his nullus sit ornatus: sed ubi pressior & seuerior: eo minus cõfessus: præcipue ad materiã accõmodatus. Na & suadendo sublimius aliqd senatus: cõcitatius populus: & in iudiciis publicæ capitalesq; causæ poscunt accuratius dicendi genus. Ad priuatũ consiliũ causas paucorũ: ut frequenter accidit. calculorũ purus sermo & dissimilis curæ magis decuerit. An non pudeat certã creditã pecuniã piodis postulare: aut circa stillicidia affici: aut mãcipia redhibitõe suadere: sed ad ppositũ. Et quoniã orõnis tã ornatus q̃ pspicuitas: aut in singulis uerbis ẽ: aut in pluribus positus. qd separata: qd cõiuncta exigãt consideremus: q̃q̃ rectissime traditũ est pspicuitatẽ ppriis: ornatũ translatis uerbis magis egere. Sciamus ĩornatũ esse quod sit ĩpropriũ. Sed cũ idẽ frequẽtissĩe plura signific&: quod uocat̃: iam sunt aliis alia honestiora: sublimiora: nitidiora: iucũdiora: uocaliora. Nã ut syllabæ e lr̃is melius sonantibus clariores sũt: ita uerba e syllabis magis uocalia: & quo plus quæq; spiritus hẽt auditu pulchrius: & quod facit syllabarũ: idẽ uerborũ quoq; inter se copulatio: ut aliud alii iunctũ melius son&. Diuersus est tamen usus. nam rebus atrocibus uerba etiam ipso auditu aspa magis cõuenient. In uniuersũ qdẽ optĩa sĩpliciũ credunt̃: quæ aut maxĩe exclamant: aut sono sunt iucũdissĩa: & honesta qdem t̃pibus potiora semp: nec sordidis unq̃ in orõe erudita locus. Clara illa atq; sublimia plerũq; materiæ cernenda sunt: quod alibi magnificum: tumidũ alibi. Et quo humilia circa res magnas: apta circa miõres uident̃: & sicut in orõne nitida notabile est hũilius uerbũ: & uelut macula: ita a sermõe tenui sublĩe nitidũq; discordat. fitq; corruptũ: qi in plano tum&. Quædam nõ tam rõe q̃ sensu iudicat̃: ut illud. Cæsa iungebant fœdera porca: fecit elegans fictio noĩs: quod si fuiss& porco uillæ erat. In qbusdam rõ manifesta ẽ. Risiũs & merito nup poetam: qui dixerat Prætestã ĩ cista mures rosere camilli. At Virgilii miraũr illud Sæpe exiguus mus. Nã epithetõ exiguus aptũ ppriũ effici t: ne plus expecta-

remus:& casus singularis magis decuit:& clausula ipsa unius syllabæ no usitata addidit grãm.imitatus est itaq; utrũq; Horatius :nascet̃ ridiculus mus:nec augẽda semp̃ oro:sed submittenda nonnunq̃ est. Vim rebus aliquando ipsa uerboꝝ humilitas affert:an cum dicit in Pisonẽ Cicero: cum tibi tota cognatio in serraco aduehat̃:incidisse uidet̃ in sordidum nomen:non eo contemptum hoĩs:quem destructum uolebat auxisse.& alibi:caput opponis cũ eo coruscans:unde interim grati idiotis:de quo q̃lis est ille apud.M.Tullium Pusio q̃ cum maiore sorore dormitabat. & Fabius q cornicum oculos confixit.& p̃ Milone illud.heu tunsio & Erutius Antoniaster.Id tamen cũ in declamatoĩbus est notabilius:laudariq; me puero solebat:da p̃ri panem :& in eodẽ etiã canem pascis: res q̃dem præcipue in scholis anceps:sed frequenter cã risus.Nunc utiq; cũ hæc exercitatio p̃cul a ueritate seiũcta laborẽ :ĩcredibili uerboꝝ fastidio: ac si magnã p̃tem sermonis absciderit. Cum sint aũt uerba p̃pria ficta: translata:p̃priis dignitatem dat antiq̃tas.Nanq; & sãctiorem & magis admirabilem faciũt orõnẽ:q̃bus non q̃lib& fuerat usus:eoq; ornamento acerrimi iudicii.P.Virgilius unice ẽ usus: Olli.n.& qanam & mis & pone pollucent:asp̃gunt illã quæ etiam in picturis est grauissĩa uetustatis immitabilẽ arti auctoritatem: sed utendum mõ nec ex ultimis tenebris repetenda.satis ẽ uetus quæso q̃d necesse ẽ quæso:dicere oppido quo sũt usi paululũ tp̃e nr̃o sup̃iores:uereor ut iã nos ferat q̃sq̃ certe antegerio. Cuius eadẽ significatio est:nemo nisi ambitiosus utet̃:erũnas q̃d opus est tanq̃ paꝝ sit si dicat̃:quod horridũ reor tolerabile autumo.tragicũ p̃lem dicendã:uniuersam eius p̃sapiam:insulsum.q̃d multa:totus p̃pe mutatus ẽ sermo.Quædã tamen adhuc uetera uetustate ipsa gratius nitent:quædam esse necessario interim sumunt̃:enuncupare & fari multa alia etiã audiẽtibus ĩferi possũt.Sed ita demũ si nõ appareat affectatio: In q̃ mirifice Virgilius:& corynthioꝝ amator iste uerboꝝ Thucydides: britãnus attice fepres . thau(gallicũ.n.)& spinæ male illi sit.Ita oĩa ista uerba miscuit frĩ. Cimber hic fuit:a quo frẽm necatũ:hoc Ciceronis dicto notatũ est.Germanum Cimber occidit.Nec minus noto Salustius epigrãmate incessit̃:Et uerba antiq̃ multũ furate catonis:Crispe iugurtinæ conditor historiæ.odiosa cura:nã ẽ cuilib& facilis:& hoc pessimũ q̃ rei studiosus:nõ uerba rebus aptauit:sed res extrinsecus arcessit:quibus hæc uerba conueniãt.Fingere ut primo libro dixi græcis magis concessũ est:qui sonis etiã quibusdã & affectibus non dubitauer̃t nomina aptare:non alia libertate:q̃ illi primi hoĩes rebus appellatões dederunt: nr̃i aũt in iũgẽdo:aut ĩ deriuãdo paulũ aliquid ausi:uix ĩ hoc satis recipiũt̃.Nã memini iuueĩs admodũ ĩter Põponiũ & Senecã etiã præfatoĩbus

esse tractatum: an gradus eliminat in tragœdia dici oportuisset. At ueteres ne expectorat qdem timuerũt. Et sane eiusdem nocte est examinat. At in tracta & declinatione talia sunt: qualia apud Ciceronẽ beatitas & beatitudo: quæ dura quidem sentit esse: uerum tamen usu putat posse molliri: nec a uerbis modo: sed a nõibus quoq; deriuata sunt quædam: ut a Cicerone sullatũ: & Asinio fimbriatũ & fibulatum. Multa ex græco formata noua: ac plurima a Sergio Flauioq; dura: quẽadmodũ uidentr: utraq; ens & entia: quæ cur tãtope aspernemur nihil uideo: nisi q̄ iniq iudices aduersus nos sumus. Ideoq; pauptate sermoĩs laboraũs: quædã tamẽ pdurãt. Nã & quæ uetera nunc sunt: fuerunt olĩ noua. Et quædã in usu pq̃recẽtia: ut Messalla primus reatum: numerariũ Augustus primus dixerunt. Reatum nemo ante Messallam: numerariũ nemo ante Augustũ dixerat. Piraticã quoq; ut musicã & fabricã dici adhuc dubitabant mei præceptores: fauorem & urbanum Cicero noua credit. Nã & in epistola ad Brutum: eum inquit amorẽ: & eum ut in hoc uerbo utar fauorẽ in consiliũ aduocabo: & ad Appium: pulchrum te hominẽ non solum sapientẽ: uerum etiam ut nunc loquunt̃ urbanũ. Idem putant a Terentio primũ dictũ esse obsequm. Cecilius ad Sisennã: albenti cælo. Ceruicẽ uidet̃ Hortẽsius primus dixisse. Nã ueteres pluraliter appellãt: audendum itaq;. neq;.n. accedo Celso: q ab oratore uerba iungi uetat. Nã cum sit eo℞ alia ut dicit Cicero natiua. i. quæ significata sũt primo sensu: alia repta quæ ex his facta sunt: ut iam nobis ponere aliqua quæ illi rudes hoĩes: primiq; fecerũt fas nõ sit. At deriuare: flectere: cõiungere quod natis postea cõcessũ est: quando desiit licere? Et siqd periculosius finxisse uidebimur qbusdã remediis præmuniendum est ut ita dicã. Si licet dicere quodãmodo pmittite mihi sic quod idẽ etiã in his quæ licẽtius translata erunt pderit: quæ non tuto dici possunt. In quo nõ falli iudiciũ nr̃m solicitudine ipsa manifestũ erit. Qua de re græcũ erit illud elegantissimũ: quo præcipit̃ ita

translata pbari: nisi in contextu sermonis non possunt. Itaq; singulis uerbis satis dictũ: quæ ut alio loco ostendi p se nullã uirtutẽ habẽt: sed ne inornata quæ sũt qdẽ: nisi cũ sũt infra rei de qua loquendũ ẽ dignitatẽ: excepto si obscena nudis nõibus enuncient̃: quod uiderint q non putant esse uitandã: quia nec sit uox ulla natura t̃pis: & siqua est rei deformitas: alia quoq; appellatõe quacũq; ad ĩtellectũ eũdẽ nihilominus pueniat. Ego romãi pudoris more cõtẽtus: ut iã respõdi talibus uerecũdiã silẽtio uĩdicabo. Iam hĩc igit̃ cõiuncti ad rõnẽ sermoĩs transeamus. Cuius ornatus ĩ hæc duo prima diuidit̃: quam cõcipiamus elocutionẽ qũo efferamus. Nam primũ ẽ ut liqueat augere qd uelimus: an minuere:

concitate dicere an moderate: læte an seuere: abundanter an presse: aspe an leniter: magnifice an subtiliter: grauiter an urbane. Tum quo translationis genere: qbus figuris: q̄libus sententiis: quo mō: qua postremo collocatione id quod intendiū̃s efficere possimus. Cæteꝝ dicturus qbus ornet̃ oro: prius ea quæ sunt huic cōtraria laudi attingā. Nā prima uirtus ē uitio carere. Igr̃ āte oīa ne spemus ornatā orone fore quæ ꝓbabilis non erit. Probabile aūt Cicero id genus dicit quod non plus minus ue ē q̄ dicit: nō qa comi expoliriq; nō debeat: Nā & hæc ornatus ps est: Sed qa uitiū est ubiq; quod nimiū est. Itaq; in nobis esse auctoritatē: in uerbis sentētias uel graues uel aptas opinionibus hoīum ac moribus. His enī saluis licet assumere ea qbus illustrē fieri oronem putat. delectant trāslata supra lata: ad nomen adiūcta: duplicia & idē significantia: atq; ab imitatōe reꝝ non abhorrētia. Sed quoniā uitia prius demōstrare aggressi sumus: uel hoc uitiū sit quod uocat̃: sine mala consuetudīe in obscenū ītellectū sermo detortus ē: ut ductare exercitus: & patrare bellū apud Salustiū dicta sancte & antique ridētibus si diis placꝫ: quā culpā nō scribentiū qdē iudico: sed legentiū tamen uitanda. q̄tinus uerba honesta moribus ꝑdidiū̃s: & euīcentibus etiā uitiis cedēdū est: siue iūctura deformiter sonat: ut si cū hōibus notis loq nos diciū̃s: nisi hoc ipsū hōibus mediū sit ī præfata uidemur incidere: qa ultīa prioris syllabæ littera: quæ exprimi nisi laboris coeuntibus non pōt: aut ītersistere nos īdecētissime cogit: aut non cogitata: cū insequente ī natā eius corrūpit̃. Aliæq; cōiunctōes aliqd simile faciunt: q̄s ꝑseq longum est in eo uitio quod uitādū dicimus cōmorātes. Sed diuisio quoq; affert eandē iniuriā pudori: ut si intercapediēs noīatiuo casu qs utat̃: nec scripto mō id accidit: sed etiā sensu pleriq; obscene intelligere: nisi caueris cupiunt: ut apud Ouidium. Quæq; latent meliora puta: ex uerbis quæ longissime ab obscenitate absunt: occasionē t̄pitudinis rape. Siquidem Celsus cacephaton apud Virgilium putat. Incipiunt agitata tumescere quod si recipias nihil loq tutū ē. Deformitati ꝓximum ē hūilitatis uitiū uocāt. Qua rei magnitudo uel dignitas minuit̃: ut ex ea est ueruca in summo montis uertice: Cui non contrarium: sed errore par est: puis dare excedentia modum nomina: nisi cū ex industria risus inde captat̃. Itaq; nec parricidā neq̄ dixeris hominē: nec deditum forte meretrici nefarium: quod alteꝝ paꝝ: alteꝝ nimium ē. ꝓinde quæ hæc hab& sordida tristis ieiuna īgrata uilis oro ē. Quæ uitia facillīe fiūt māifesta cōtrariis uirtutibus. Nā primum acuto: secūdū nitido: tertium copioso: deinceps hilari: iucūdo accurato: diuersū ē uitatū: & cum sermoni qdem deest aliqd quo minus plenus sit: q̄q̄ id obscuræ potius

Platonis inuenta ſunt quattuor illa uerba: quibus in illo pulcherrimo operũ in pyrrheũ deſcendiſſe ſignificat: plurimis modis ſcripta: quod eum quoq; maximi facere experiret̃. Verum id cum duobus uerbis fit. Anaſtrophe dicit̃ reuerſio quædam: qualia ſunt uulgo mecum ſecum: apud oratores: & hiſtoricos quibus de rebus. At cũ decoris gratia cõtrahitur longius uerbũ proprie hyperbati tenet nomen Aĩaduerti iudices omnem accuſatoris orõnem in duas diuiſã eſſe ptis. Nam ĩ duas ptis diuiſã eſſe rectum erat: ſed durum & incõptum. Poetæ quidem etiam uerboꝝ diuiſionẽ faciunt: & transgreſſionẽ hyperboreo ſeptẽ ſubiecta trioni: quod oratio nequaq̃ recipiet. Ad id quod eſt propter quod dicit tropus fit: quia cõponẽdus eſt e duobus intellectus: aliquãdo ubi nihil ex ſignificatione mutatum eſt: & ſtructura ſola uariat̃: figura potius uerboꝝ dici poteſt: ſicut multi ex iis narrationẽ: longis mutãt hypbatis. Ex cõfuſis: quæ uitia accidunt ſuo loco diximus. Hyperbolẽ audacioris ornatus ſũmo loco poſui. Eſt hæc de mẽſuris ſupiectio. Virtus eius ex diuerſo par augendi atq; minuendi fit pluribus modis: aut enim plus facto dicimus: ſicut uomens fruſtis eſculentis: gremium ſuum: & totũ tribunal ĩpleuit: geminiq; minãt̃ ĩ cælũ ſcopuli: aut res per ſimilitudinẽ attolimus: credas innare reuulſas cycladas: aut per cõparationẽ: ut fulminis ocior alis: aut ſignis quaſi quibuſdã. Illa uel intactæ ſegetis p ſũma uolaret gramina: nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. uel trãſlatõe ut ipſum illud uolaret. Creſcit interim hyperbole alia ĩſuper addita: ut Cicero in Antoniũ dicit: quæ carybdis tam uorax carybdim dico: quæ

si fuit:fuit aı̄mal unū.oceanus medius fidius uix uidet᷑:tot res tā dissi-
patas:tā distātibus ı̄ locis positas:tam cito absorbere potuisse.Exqsitā
uero figuram huius rei deprehēdisse apud principem lyricoꝝ Pindaꝝ
uideor ı̄ libro quē inscripsit hymnos. Is nāq; Herculis ı̄petū aduersus
Meropas:qui in insula Coo dicuntur hītasse:non igni:nec uentis:nec
mari.sed fulmini dicit similē fuisse:ut illa minora hoc par esset:quod
imitatus Cicero:illa cōposuit in Verrem.uersabatur ı̄ sicilia longo ı̄ter-
uallo nō Dionysius ille nec Phalaris(tulit enim illa quondam insula
multos & crudeles tyrannos)sed nouum quoddā monstrum ex uetere
illa immanitate:quæ in iisdem uersata locis dicitur.Non enim caryb-
dim tam infestam neque scyllam nauibus: q̄ istum in eodem freto
fuisse arbitror.Nec pauciora sunt genera minuendi uix ossibus hærēt:
Et quod Cicero ı̄ quodā ioculari libello Fundū uero uocat:quē possim
mittere fūda:Ni tamē exciderit:quod caua fūda patet.Sed huius quoq;
rei seruet᷑ mensura quædam.q̄uis est enim omı̄s hyperbole ultra fidem:
non tamen esse debet ultra modum:nec alia magis uiā ı̄ Kakozeliam it᷑.
Piget referre plurima hinc orta uitia:cum præsertı̄ minime sint ignota
& obscura:monere satis est mentiri hyperbolen: nec ita ut mendacio
fallere uelit:quo magis intuendū est quousq; deceat extollere: quod
nobis non credit᷑.Peruenit hæc res frequētissime ad risum:qui si actus
est urbanitatis:sin aliter stultitiæ nomen assequit᷑.Est autem ı̄ usu uul-
go quoq;: & inter ineruditos: & apud rusticos uidelicet:ꝙ natura est
omnibus augendi res uel minuendi cupiditas insita. Nec quisq̄ uero
cōtētus est:Sed ignoscit᷑: quia nō affirmamus:tū est hyperbole uirtus:
cum res ipsa de qua loquendum est naturalē modū excessit. Cōcedit᷑
enim amplius dicere: quia dici quantum est non pōt:meliusq; ultra:q̄
citra stat oratio.Sed de his satis:quia eundem locū plenius in eo libro
quo causas corruptæ eloquētiæ reddebamus:tractauimus.

MARCI FABII QVINTILIANI LIBER NONVS INCIPIT IN QVO DIFFERANT FIGVRAE A TROPIS.



VM SIT PROXIMO LIBRO De tropis dictum:
sequit᷑ ptinēs ad figuras: quæ schemata græce uocāt᷑:
locus ipsa rei natura cōiunctus superiori.Nā pleriq;
has tropos esse existimauerūt:quia siue ex hoc duxe-
rint nomen ꝙ sit formati quodāmodo:siue ex eo ꝙ
uertant orationem: unde & motus dicūt᷑: fatendum
erit esse utrūq; eoꝝ etiā ı̄ figuris: usus quoq; est idē. nam & uim rebus

adiciunt:& gratiam præstant:nec desunt qui tropis figuræ nomen imponant: quoꝝ est Caius Aristarchus proculus:quin adeo similitudo manifesta est:ut eam discernere non sit in promptu.Nam quõ quædã in specie plane distãt:manẽte tamen generaliter societate:quod utraq; res de recta & simplici ratione cũ aliqua dicendi uirtute deflectit᷑: Ita quædam ꝑq̃tenui limite diuiduntur: & cum ironia tam inter figuras sententiæ q̃ inter tropos repiat᷑ autem & clari quoq; auctores figuras uerboꝝ potius q̃ tropos dixerunt: quo magis signanda est utriusq; rei dr̃a.Est igitur tropos sermo a naturali & prĩcipali significatione trãslatus ad aliã ornãdæ orõnis gratia uel ut pleriq; grãmatici finiũt:dictio ab eo loco ĩ quo propria est trãslata in eũ:ĩ quo propria nõ est. Figura est sicut noĩe ipso patet cõfirmatio quædam orõnis remota a cõmuni. Et primum se offerente ratione quare in tropis ponãt᷑ uerba alia pro aliis:ut in

plerunque

.Nãq; & rebus fit & uerbis

fictio est nominis.ergo hoc quoq; pro aliis poĩtur:q̄bus usuri fuimus si illud nõ fingeremus etiã si frequenter & id ipsũ in cuius locum assumitur:nomen complecti solet:utitur tamen pluribus pro uno quoĩam plerunq; antonomasiæ ꝑtem cõiũctione eius fit tropus.In hẏꝑbato cõmutatio est ordinis.Ideoq; multi tropis hoc genus eximũt.Transfert tamen uerbum:aut partẽ eius a suo loco in alienum.Hoꝝ nihil in figuras cadit.Nã & propriis uerbis:& ordine collocatis fieri figura potest. Q̃uo autẽ ironia alia sit tropi:alia schematis: suo loco reddam. Non enim fateor esse cõmunia hæc:& scio q̃ multiplicem habeãt:quãq; scrupulosam dispõnem.Sed ea non ꝑtinet ad præsens meũ propositum.Nihil enim refert quõ appellet᷑ utrũlibet coꝝ: siquid orõni prosit apparet:nec mutatur uocabulis uis reꝝ. Et sicut hoĩes si aliud acceperunt:q̃ quod habuerant nomẽ iidem sũt tamẽ: ita hæc de quibus loquimur siue tropi siue figuræ dicunt᷑:idẽ efficient. Non enim nõibus prosũt:sed effectibus: ut statum coniecturalem:an inficialẽ:an facti:an substantialẽ:an de substãtia noĩemus:nihil ĩtereſt dũ idẽ quæri sciamus.Optimũ ergo in his sequi maxime recepta:& rẽ ipsam quocũq; appellabit᷑ modo intelligi.Illud tamen notandũ coire frequenter in easdẽ sententias & tropon & figuram.tam enim translatis uerbis:q̃ propriis figuratur orõ.Est autem non mediocris inter auctores dissensio.& quæ uis nominis eius:& quot genera:& q̃multæ sint spẽs. Quare primũ intuendũ est quid accipe debeamus figurã. Nã duobus

modis dicitur:uno qualiſcũq; forma ſententiæ:ſicut in corporibus in qbus quoquo modo ſũt cõpoſita:utiq; habitus eſt aliqs:altero quod ꝓprie ſchema dicit̃ in ſenſu uel ſermone:aliqua a uulgari: & ſimplici ſpecie cũ ratione mutatio:ſicut nos ſedemus:incumbimus:reſpicimus. Itaq; cũ in eoſdẽ caſus:aut tp̃ra:aut numeros:aut etiã pedes continuo quis aut certe nimium frequẽter ĩcurrit:præcipere ſolemus uariandas figuras eſſe uitãdæ ſimilitudinis gratia. In quo ita loqmur tãq̃ omnis ſermo habeat figurã. Itẽq; eadem figura dicimus curſitare:qua lectitare ideſt eadem rõne declinari. Quare illo ĩtellectu priore & cõmuni nihil nõ figuratũ eſt. Quo ſi cõtenti ſumus:nõ ĩmerito Appollodorus ſi tradẽti Cæcilio credimus: ĩcõprehẽſibilia ꝑtis huius præcepta exiſtimarit. Sed ſi habitus quidã & q̃ſi geſtus:ſic appellandi ſũt. id demũ hoc loco ſchema dici oportebit:q̄ ſit a ſĩplici ac ĩ promptu poſito dicendi mõ poetice uel oratorie imitatũ. Sic enim uerũ erit aliam eſſe orationem

ideſt carẽtẽ figuris:quod uitiũ nõ ĩter minima

eſt:aliam ideſt figuratã. Verũ id ipſũ anguſte tamẽ & zoilus terminauit:qui id ſolũ putauerit ſchema:quo aliud ſimulat̃ dici q̃ dicit̃:quod ſãe uulgo quoq; ſic accipi ſcio. Vnde & figuratæ cõtrouerſiæ quædam:de quibus paulo poſt dicã:uocant̃. Ergo figura ſit arte aliqua nouata:forma dicẽdi:genus eius unũ quidã putauerunt in hoc ipſo diuerſas opiniones ſecuti. Nã ii quia uerboꝝ mutatiõe ſẽſus quoq; uerterũt omẽs figuras in uerbis eſſe dixerunt:illi qa uerba rebus accomodarent omnes ĩ ſenſibus:quoꝝ utriq; manifeſta cauillatio eſt. Nam & eadem dici ſolent aliter atq; aliter:manetq; ſenſus elocutione mutata:ita & figura ſẽtentiæ plures hr̃e uerboꝝ figuras poteſt. Illa eſt enĩ poſita ĩ cõcipienda cogitatione:hæc in enũcianda. ſed frequẽtiſſĩe coeunt:ut inhoc. Iam iam Dolobella:neq; Metiũ neq; tuoꝝ liberꝝ. Nã oratio a iudice auerſa ĩ ſentẽtia:iã iam & liberꝝ in uerbis ſũt ſchemata. Inter plurimos enĩ quod ſciã cõſẽſũ eſt duas eius eſſe ꝑtes

ideſt mẽtis uel ſenſus uel ſẽtentiaꝝ. Nã iis omnibus modis dictum eſt

ideſt uerboꝝ uel dictionis uel elocutionis uel ſermonis uel oratiõĩs. nã & uariat̃:& nihil refert. Cornelius tamen Celſus adiicit uerbis & ſententiis figuras coloꝝ nimia profecto nouitatis cupiditate ductus:nã quis ignoraſſe eruditũ:alioqn uirũ credat colores & ſẽtẽtias ſẽſuũ eſſe. Quare ſicut omnẽ orõnem:ita figuras quoq; uerſari neceſſe eſt in ſenſu & in uerbis. Vt uero natura prius eſt concipere animo res q̃ enunciare:ita de his figuris ante loquendũ eſt:quæ ad mentẽ pertinẽt: quaꝝ quidem utilitas tum magna:tum multiplex in nullo non orõis opere uel clariſſĩe elucet. Nam & ſi minime uidet̃ ꝑtinere ad ꝓbatiõẽm

qua figura quicq; dicat᷑:facit tamen credibilia quæ dicimus :& in aı̃os iudicũ qua nõ obseruat᷑ irrepit. Nãq; ut ĩ armoꝶ certamĩe:& aduersos ictus & rectas & sĩplices manus:cũ uidere :tũ etiã cauere ac propulsare facile est:auersæ tectæq; minus sunt obseruabiles:& aliud ostendisse q̃ petas artis est:sic oratio quæ astu caret põdere mole & ĩpulsu prœliat᷑. Simulãti uariãtiq; conatus in latera atq; integra ĩcutere datur:& arma aduocare: & uelut nutu fallere. Iã uero affectus nihil magis ducit. Nã si frons:oculi:manus multũ ad motũ aı̃oꝶ ualẽt:quanto plus orõnis ipsius uultus ad id quod ĩtendimus efficere cõpositus. plurimũ tamẽ ad cõmendationem facit:siue in cõciliandis agentis moribus:siue ad promerẽdum actioni fauorem:siue ad leuãdum uarietate fastidiũ:siue ad quædam uel decẽtius indicãda uel tutius: sed ante q̃ quæ cuiq; rei figura cõueniat ostendo:dicendum est nequaq̃ eas esse tam multas: q̃ sit a quibusdam cõstitutæ. Neq; enim me mouẽt noı̃a illa:quæ figere utiq; græcis prõptissimũ est. ante oı̃a igit᷑ illi qui totidẽ figuras putãt quot affectus repudiãdi:nõ quia affectus nõ sit qualitas quædã mẽtis: sed quia figura quam non coı̃ter sed proprie noı̃amus nõ sit simplex rei cuiuscũq; enũciatio. Quapropter in dicendo irasci:dolere:misereri: timere:cõfidere:cõtemnere :nõ sũt figuræ non magis q̃ suadere: minari:rogare:excusare. Sed fallit paꝶ diligẽter ĩtuẽtes:q̧ inueniũt in oı̃bus his locis figuras:& eoꝶ exẽpla ex orõnibus excerpũt. Neq; enĩ pars ulla dicẽdi est:quæ non recipere eas possit:sed aliud est admittere figuram: aliud figurã esse. neq; enim uerebor explicãdæ rei gratia frequentiorẽ eiusdẽ noı̃s repetitionẽ: quare dabũt mihi aliquã ĩ irascẽte:deprecãte: miserãte figurã scio:sed non ideo irasci:misereri:deprecari figura erit. Cicero quidẽ oı̃a orõnis lumina in hũc locũ congerit:mediã quandam ut arbitror secutus uiam: ut nec omnis sermo schema iudicaretur: nec ea sola quæ haberẽt aliquã remotam ab usu cõmuni fictionẽ:sed quæ essẽt clarissima ad mouendũ auditorẽ ualerent plurimum. quẽ duobus ab eo libris tractatum locũ ad litterã subieci:ne fraudarẽ legẽtes iudicio maximi auctoris. In tertio de oratore ita scriptum est. In ꝑpetua autem orõne:cũ & cõiũctionis leuitatẽ & numeroꝶ quã dixi rationẽ tenuerı̃s: tum est quasi luminibus distĩguenda & frequẽtanda oı̃s orõ sentẽtiaꝶ atq; uerboꝶ. Nam & cõmoratio una in re ꝑmultum mouet:& illustris explanatio reꝶ:quæ quasi gerant᷑ sub aspectum pene subiectio:quæ & ĩ exponenda re plurimũ ualet:& ad illustrandũ id quod exponit᷑:& ad amplificãdum:ut iis qui audiẽt. Illud quod augebimus:quãtũ efficere orõ poterit tãtũ esse uideat᷑. Et huic cõtraria sæpe præcisio est. Et plus ad intelligendum q̃ dixeris significatio: & districte concisa breuitas:&

extenuatio:& huic adiūcta illusio a præceptis Cæsaris nō abhorrens:& ab re digressio:in qua cum fuerit delectatio:tum reditus ad rem aptus & cōcīnus esse debebit.ꝑpositioq; quid sis dicturus:& ab eo quod est dictū seiūctio:& reditus ad ꝑpositū:& iteratio:& rōnis apta cōclusio: tum augendi: minuendi ue causa ueritatis superlatio: & rogatio atq; traiectio.atq; huic finitima quasi pcōctatio expositioq; sētentiæ suæ: tū illa quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes alia dicentis ac significantis dissimulatio:quæ est piucūda:tū ī orationes nō cōtētione sed sermone tractat᷑.Deīde dubitatio:tū distributio:tū correctio:uel āte uel postq̄ dixeris:uel cū aliquid a te ipso reiicias:præmuītio.est etiā ad id quod aggrediare & reiectio in alium cōmunicatio:quæ est quasi cū his ipīs apud quos dicas deliberatio:moꝝ ac uitæ imitatio:uel ī ꝑsonis uel sine illis magnū quoddam ornamētū orōnis:& aptū ad aīos cōciliādos:uel maxīe.Sæpe autem etiam ad cōmouendos orōnis personarū animos ficta inductio.uel grauissimū lumen augēdi descriptio erroris īductio ad hilaritatē impulsio aut occupatio:tum duo illa quæ maxīe mouent:similitudo & exēplū:digestio:interpellatio:cōtentio:reticētia: cōmēdatio:uox quædam libera atq; etiam effrenatior augēdi causa:iracūdia:obiurgatio:promissio:deprecatio:obsecratio:declinatio:breuis a proposito: non ut superior illa digressio: purgatio: cōciliatio: læsio: optatio atq; execratio. His fere lumībus illustrāt orōnē sētentiæ.Orōnis autem ipsius taq̄ armoꝝ est:uel ad usū cōminatio & quasi petitio: uel ad uenustatē ipsa tractatio.Nam & geminatio uerboꝝ habet īterdū uim:leporē:alias & paululū īmutatum uerbum atq; deflexū:& eiusdē uerbi crebra:tum a primo repetitio:tum ī extremum cōuersio:& ī eadē uerba impetus & cōcursio:& adiunctio:& progressio. & eiusdem uerbi crebrius positi quædā distinctio & reuocatio uerbi:& illa quæ similiter desinēt:aut quæ cadunt similiter:aut quæ paribus paria referunt:aut quæ sunt inter se similia. Est etiam gradatio quædam & conuersio :& uerboꝝ cōcīna transgressio:& contrarium & dissolutū & declinatio : et reprehēsio et exclamatio:et īminutio:et quod ī multis casibus ponit᷑: et quod de singulis rebus ꝑpositis ductum refertur ad singula: et ad propositū ratio subiecta.et item ī distributis supposita ratio:et ꝑmissio:et rursus alia dubitatio:et īprouisum quiddā:et dinumeratio et alia correctio et disputatio et cōtinuatum et interruptum: et imago et sibi ipsi respōsio:et immutatio et disiunctio et ordo et relatio et digressio et circunscriptio.Hæc enim sūt fere atq; hoꝝ similia:uel plura etiā esse putāt: quæ sentētiis orōnē.uerboꝝq; cōfirmationibus illuminēt. Eadē sunt ī oratore plurima.non omnia tamen et paulo magis disticta:quia

post orationis & sētentiaꝝ figuras: tertiū quēdā locū subiecit ad alias: ut ipse ait quasi uirtutes dicēdi ꝑtinētem: & reliqua quæ ex collatione uerboꝝ sumūtᷣ quasi luīa magnū afferūt ornatū oꝛ̄oni. Sunt enī silia illis quæ ī amplo ornatu scænæ: aut fori appellantᷣ īsignia: nō quia sola ornēt: sed ꝙ excellāt. Eadem rō est hoꝝ quæ sūt oꝛ̄onis lumina: & quo/dā modo insignia: aut cum duplicantᷣ iteranturq; uerba: aut breuiter cō/mutata ponūtᷣ: aut ab eodem uerbo ducitur sæpe oꝛ̄o: aut ī idē cōicitᷣ: aut ī utrūq;: aut adiungitᷣ idem iteratū: aut idem ad extremū refertur: aut cōtinēter unum uerbum non ī eadem sētentia ponitᷣ: aut cū simili/ter uel cadunt uerba uel desinūt: aut cum multis modis cōtrariis relata cōtraria: aut cū gradatim sursū uersus reditᷣ: aut cū dēptis cōiūctiōibus dissolute plura dicuntᷣ: aut cum aliqd prætereūtes cur id faciamus ostē/dimus: aut cum corrigimus nosmet ipōs quasi reprehendētes: aut si ē aliqua exclamatio: uel admirationis uel cōquestionis: aut cum eiusdē noīs casus sæpius cōmutātᷣ. Sententiaꝝ maiora ornamēta sūt: quibus quia frequētissime Demosthenes utitur: sunt qui putent iccirco eius eloquētiam maxīe esse laudabilem. Et uere nullus fere ab eo locus sine quadam cōformatione sententiæ dicitur: nec quicq̄ aliud est dicere nisi omēs aut certe plerasq; aliqua spē illuminare sentētias. Quas cum tu optīe Brute teneas: quid attinet nomībus uti aut exēplis: tātum modo notetur locus. Si igitur dicet ille quē expetimus: ut uerset sæpe multis modis eadem: & in una re hæreat: ī eadēq; cōmoretᷣ sententia. Sæpe etiā ut extenuet aliquid: sæpe ut irrideat: aut declinet a ꝓposito: deflectatq; sentētiam: ut ꝓponat quid dicturus sit: ut cū transfigerit iam aliqd defi/niat: aut se ipse reuocet: ut quod dixerit iteret: ut argumentum ratione cōcludat: ut interrogando urgeat: ut rursus quasi ad īterrogata sibi ipse respondeat: ut contra ac dicat accipi & sentiri uelit: ut addubitet quid potius: aut quo mō dicat: ut diuidat ī ꝑtes: aut aliqd relinquat: ut ne/gligat: ut ante præmuniat: ut in eo ipso ī quo reprehēdantᷣ: culpam ī ad/uersariū cōferat: ut sæpe cū iis q audiēt: nō nūq̄ etiā cū aduersario quasi deliberet: ut hoīū mores sermōesq; describat: ut muta quædā loquētia īducat: ut ab eo quo agitᷣ: auertat animos: ut sæpe ī hilaritatē risum ue conuertat: ut āte occupet quod putat opponi: ut cōparet similitudines utantᷣ exemplis: ut aliud alii tribuetis disꝑtiat: ut īterpellatorē coerceat: ut aliqd reticere se dicat: ut denunciet qd caueat: ut liberius qd audeat: aut irascatᷣ etiā: ut obiurget aliquādo: ut depreceᷣ: ut supplicet: ut me/deatur: ut a ꝓposito decliēt aliquantulū: ut optet: ut execretᷣ: ut fiat iis apud quos dicit faīliaris: atq; alias etiā dicēdi quasi uirtutes sequatᷣ bre/uitatē: si res petet. sæpe etiā rem dicendo subiiciet oculis: sæpe supra fiet

res q̄ fieri possit: significatio sæpe erit maior q̄ oratio: sæpe hilaritatis: sæpe uitæ naturæq; imitatio hoc ī genere. nā quasi siluā uides: omīs eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

DE figuris sententiarum.

ERgo cui latius complecti cōfirmationes uerbo⁊ ac sententiarum placuerit: hēt quod sequatur: nec affirmare ausī qcq̄ esse melius: sed hæc ad ꝓpositi mei rationem legat. Nam mihi de his sententiarū figuris dicere in animo est: quæ ab illo sīplici modo indicandi recedūt: quod idem multis doctissimis uiris uideo placuisse. Omnia tamen illa etiam quæ sunt alterius modi lumina: adeo sunt uirtutes orationis: ut sine his nulla intelligi uere possit oratio. Nam quo modo iudex doceri potest: si desit illustris explanatio: ꝓpositio: prōissio: finitio: seiūctio: expositio. Sentētiæ suæ oratiōis apta cōclusio: præmuītio: similitudo: exēplū: digestio: distributio: interpellatio: īterpellantis coertio: cōtētio: purgatio: læsio. Quid uero agit oīno eloquētia detractis amplificandi muniēdiq; rationibus? qua⁊ prior desiderat illam plusq̄ dixeris significationem idest & suplationem ueritatis & traiectionē. Hæc altera extenuationem deprecationemq;: qui affectus erunt? uel cōcitati detracta uoce libera: effrenatioīe: iracūdia: obiurgatione: optatione: execratione: uel illi mitiores: nisi adiuuantur: commendatione: cōciliatione: ad hilaritatē īpulsione. quæ delectatio? aut ꝙ mediocriter saltē docti hoīs iudiciū? nisi alia repetitione: alia cōmoratione infigere degredi a re: & redire ad propositum suum scierit: remouere a se: in aliū traiicere: quæ relīquenda: quæ cōtēnenda sunt iudicare: motus est ī his orationis atq; actus: quibus detractis iacet & uelut agitante corpus spiritu caret. Quæ cum adesse debent: tum disponenda atq; uarianda sūt: ut auditorē: quod ī fidibus fieri uidemus: oīo sono ꝑmulceāt. Verum ea plerunq; recta sunt nec se fingunt: sed cōfitent͛. Admittūt autē ut dixi figuras: quod uel ex proxima doceri potest. Quid enim tam cōmūe q̄ interrogare: uel ꝑcontari? nam utroque utimur īdifferenter: cū alteiū noscendi: alterum arguendi gratia uidet͛ adhiberi: ut ea res utracunque dicitur modo: etiam multiplex habet schema. Incipiamus enim ab iis quibus acrior & uehementior fit probatio: quod primo loco posuimus. Simplex est sic rogare. Sed uos qui tādem: quibus aut uenistis ab oris. figuratū autem quotiens non sciscitandi gratia assumitur: sed instādi. Quid tuus ille Tubero districtus in acie pharsalica gladius agebat: & quousque tandē abutere Catilina patiētia nostra? & patere tua cōsilia nos sentis? Et totus denique hic locus: quanto enim magis ardet q̄ si diceret͛: diu abuteris patientia nr̄a: & patēt tua cōsilia. Interrogamus

gamus etiam quod negari non possit: dixit ne tandem causam Caius Fidiculanius falcula? aut ubi respõdenti difficilis est ratio: ut uulgo uti solemus: quomodo quid fieri potest: aut inuidiæ gratia: ut Medea apud Senecã. Quas peti terras iubes: aut miserationis: ut Sinon apud Virgilium: Heu quæ me me tellus inquit: quæ me æquora possũt accipere? aut ĩstandi aut auferẽdæ dissimulationis: ut Asinius audis ne? furiosũ inquam nõ ĩofficiosum testamentum reprehẽdimus: totum hoc plenũ est uarietatis. Nam & indignationi cõuenit. Et quisq̃ numẽ Iunonis adoret. Admirationi: quid nõ mortalia pectora cogis auri sacra fames. Est interim acrius ĩperandi genus. Non arma expedient: totaq; ex urbe sequentur. Et ipsi nosmet rogamus: quale est id terentianum. Quid igitur faciam? Est aliqua etiam in respondẽdo figura: cum aliud interroganti: ad aliud: quia utilius sit: occurritur. tum augendi criminis gratia: ut testis in reum rogatus: an ab reo fustibus uapulasset: & ĩnocẽs inquit. Tum declinãdi: quod est frequentissimum: quæro an occideris hominem: respondet̃ latronem: an fundum occupaueris: respondetur meũ: ut cõfessionem præcedat defẽsio. Vt apud Virgilium ĩ bucolicis dicenti: Non ego te uidi damonis pessime caprum: Excipere insidiis: occurritur. An mihi cantando uictus non redderet ille. Cuius est cõfinis dissimulatio: non alibi q̃ in risu posita. Ideoq; tractata suo loco. Nam serio si fiat pro confessione est. Cæterum etiam interrogandi se ipsos & respondendi sibi solent esse non ingratæ uices: ut Cicero pro Ligario: Apud quem igitur hæc dico: nẽpe apud eum: qui cũ hoc sciret: tamen me anteq̃ uidit reipublicæ reddidit: aliter pro Cælio ficta ĩterrogatiõe dicet aliquis. Hæc igit̃ est tua disciplina. Sic tu instituis adolescentes: & totus locus deinde. Ego siquis iudices hoc robore animi: atq; hac indole uirtutis: ac cõtinentiæ fuit: & cætera cui diuersum est: cum aliũ rogaueris nõ expectare responsũ: & statim subiicere: domus tibi deerat: at habebas. pecunia superabat: at agebas: quod schema quidã ꝓ subiectionẽ uocant. Fit & comparatione: utrũ igitur facilius suæ sñiæ rõnẽ redderet: & aliis modis: tum breuius: tum latius: tum de una re: tum de pluribus. Mire uero in causis ualet præsumptio: quæ

dicitur: cum id quod obiici potest occupamus. Id neque in aliis ptibus parũ est: & præcipue procemio cõuenit. Sed q̃q̃ generis unius: diuersas tamen species habet. Etenim quædam præmunitio: qualis Ciceronis cõtra. Q. Cæcilium ꝙ ad accusandum descendat q semper defenderat: quædam cõfessio: ut pro Rabirio posthumo: quem sua quoq; sententia reprehẽdendũ fateret̃: ꝙ pecuniam regi crediderit. Quædam prædictio: ut dicam enim non augendi criminis gratia: quædam emendatio: ut

rogo ignoscatis mihi:si lõgius sum euectus.frequentissima præparatio
cum pluribus uerbis:uel quare facturi quid simus:uel quare fecerimus
dici solet. Verbo℞ quoq; uis ac proprietas cõfirmatur uel præsũptione:
q̄q̄ illa non pœna:sed ꝓhibitio sceleris fuit : aut reprehensione.Ciues
inq̄ si hoc eos appellari noīe fas est.Affert aliquã fidẽ ueritatis:& dubi-
tatio cum simulamus quærere nos ũde ĩcipiendum: ubi desinendum:
qd potissimum dicendũ:an oĩno dicendũ sit:cuiusmodi exẽplis plena
sunt omĩa:sed unum interim sufficit.Equidẽ quod ad me attinet:quo
me uertam nescio: negem fuisse infamiam iudicii corrupti: & cætera.
Hoc etiam ĩ præteritum ualet. Nam et dubitasse nos fingimus: a quo
schemate non procul abest illa quæ dicitur cõmunicatio:cũ apud ipõs
aduersarios cõsuliũs:ut Domitius Afer pro Cloatilla.At illa nescit°:tre-
pidat:quid liceat fœminæ:quid cõiugẽ deceat:forte uos in illa solitudĩe
obuios casus miseræ mulieri optulit.tu frater:uos paterni amici:quod
cõsilium datis:aut cum iudicibus quasi deliberamus:quod est frequẽ-
tissimum. Quid suadetis:& uos interrogo: quid tandẽ fieri oportuit?
ut Cato.Cædo si uos in eo loco essetis:quid aliud fecissetis. & alibi cõ-
munem rem agi putatote:ac uos huic rei præpositos esse:sed nõnũq̄
cõmunicãtes aliquid ĩexpectatũ subiungimus: quod & per se schema
est:ut in Verrem Cicero.Quid deinde:quid censeris?furtum fortasse?
aut prædam aliquam?Deinde cum diu suspendisset iudicum animos
subiecit:quod multo esset ĩprobius .Hoc Celsus substentationẽ uocat:
Est autẽ duplex.Nã cõtra frequenter cum expectationẽ grauissimo℞
fecimus.ad aliquid quod sit leue:aut nullo modo criminosũ:descẽdi-
mus.Sed quia non tantum per coĩcationem fieri solet alii
nominauerunt idest inopinatum. Illis non accedo: qui schema esse
existimant:etiam siquid nobis ipsis dicamus inexpectatum accidisse:
ut Pollio: nunq̄ fore credidi iudices: ut reo Scauro nequid in eius
iudicio gratia ualeret:precarer.Est pene idẽ fons illius: quã ꝑmissionẽ
uocant:qui cõmunicationis cum aliqua ipsis iudicibus relinquimus
existimãda:aliqua nonnũq̄: aduersariis quoque: ut Caluus Vatinio:
perfrica frontem: & dic te digniorem: qui prætorꝰ fieres: q̄ Catonem.
Quæ uero sunt augendis affectibus accõmodatæ figuræ:cõstant maxĩe
simulatione.Nanq; & irasci nos & gaudere & timere & admirari & do-
lere & indignari & optare:quæq; his sunt similia fingimus. Inde sunt
illa:liberatus sum:respiraui:& bene habet:& quæ amentia est hæc?Et o
tempora:o mores:o miserum me.cõsumptis enĩ lachrymis:ĩfixus tamẽ
pectoris hæret dolor:& magnæ nunc hiscite terræ.Quod exclamationẽ
quidam uocant: ponuntq; inter figuras orationis.Hæc quotiens uera

ſunt:non ſunt in ea forma de qua nunc loquimur. Sed aſſimulata & arte cõpoſita. Procul dubio ſchemata ſũt exiſtimãda quod idem dictũ ſit de oratione libera: quam Cornificius licẽtiã uocat: græci

quid enim minus figuratum: q̃ uera libertas? ſed frequenter ſub hac facie latet adulatio. Nam Cicero cum dicit pro Ligario. Suſcepto bello Cæſar geſto iam ex parte magna: nulla ui coactus: cõſilio ac uoluntate mea: ad ea arma ꝓfectus ſum: quæ erant cõtra te ſũpta: non ſolum ad utilitatẽ Ligarii reſpicit: ſed magis laudare uictoris clæmẽtiam nõ põt. In illa uero ſententia: Quid autem aliud egimus Tubero: niſi ut quod hic poteſt: nos poſſemus. admirabiliter utriuſque partis facit bonam cauſam: ſed hoc eum demeret: cuius mala fuerat. Illa adhuc audẽtiora & maiorũ: ut Cicero exiſtimat lateꝶ fictiones ꝑſonarũ: quæ

dicuntur. Mire nanq; tum uariant orationẽ: tum excitant. His etiam aduerſariorum cogitationes: uelut ſecum loquentiũ protrahimus: quæ tamen ita demũ a fide non abhorrent: ſi ea locutos finxerimus: quæ coegiſſe eos nõ ſit abſurdum: & noſtros cum aliis ſermones: & aliorum inter ſe credibiliter introducimus: & ſuadendo: obiurgando: quærẽdo: laudãdo: miſerãdo perſonas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi: & inferos excitare cõceſſum eſt. Vrbes etiã populiq; uoces accipiunt: ac ſunt quidam qui has demum

dicant: in quibus & corpora & uerba fingimus: ſermones hominum aſſimilatos dicere malunt: quod latinorum quidã dixerunt ſermocinationem: ego iam recepto more utrunq; eodẽ modo appellaui. nã certe ſermo fingi nõ poteſt: ut non perſonæ ſermo fingatur: Sed in his quæ natura non permittit: hoc modo mollior fit figura: & enim ſi mecum patria quæ mihi uita mea multo eſt carior: ſi cũcta italia: ſi omnis res. p. ſic loquatur: Marce Tulli qd agis. Illud audacius genus qui tecum Catilina ſic agit: & quodãmodo tacita loquit̃ nullum iam aliquot annis facinus extitit: niſi per te. Cõmode etiam apud nos aliquas ante oculos eſſe rerum perſonarum ue imagines fingimus: aut eadẽ aduerſariis aut iudicibus nõ accidere miramur: qualia ſũt uidetur mihi: & nõne uidetur tibi: ſed magna quædã uis eloquẽtiæ deſideratur. Falſa enim & incredibilia natura neceſſe eſt: aut magis moueat: quia ſupra uera ſunt: aut pro uanis accipiãtur: quia uera non ſunt. dicta autem quædam: ita ſcripta quoque fingi ſolent: quod facit Aſinius pro Liburnia. mater mea: quæ mihi tũ cariſſima: tum dulciſſĩa fuit: quæq; mihi uixit: biſq; eadem die uitam dedit & reliqua: deĩde exhæres eſto. Hæc tum per ſe figura eſt: tum duplicatur: quotiens ſicut ĩ ac cauſa ad imitationem alterius ſcripturæ cõponitur. Nã cõtra

recitabatur testamẽtum: P. Nouanius gallio: cui ego omnia meritissĩo uolo: & debeo pro eius animi in me sũma uoluntate: & adiectis deinde aliis hæres esto. Incipit esse quodammodo quod nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modulatis. Abusiue etiã in uersificationis ac sermonum imitatione seruatur: sed formas quoq; fingimus sæpe: ut famam Virgilius & uoluptatem ac uirtutem: quemadmodum a Xenophonte traditur prodicus: ut mortẽ ac uitam: quas cõtendentes in satyra tradit Ennius. Est & in certa persona ficta orõ: hic aliquis & dicat aliquis. est & iactus sĩe persona sermo: Hic dolopũ manus hic scæuus tendebat achilles: quod fit mixtura figurarum cum accedit illa: quæ est orationis per detractionem. detractum est enim quis diceret. uertitur interĩ in speciẽ narrandi. Vnde apud historicos reperiuntur obliquæ allocutiones: ut ĩ. T. Liuii libro primo statim. Vrbes quoq; in cætera ex infimo nasci: deĩde qua sua uirtus ac dii iuuẽt: magnas opes sibi magnũ nomen facere. Auersus quoq; a iudice sermo qui dicit apostrophe mire mouet: siue aduersarios inuasimus. quid enĩ tuus ille Tubero ĩ acie pharsalica gladius agebat? siue ad inuocationem aliquam cõuertimur. Vos eĩm iam ego albani tumuli atq; luci: siue ad inuidiosam implorationem: o leges porciæ! legesq; semproniæ. Sed illa quoq; uocat auersio: quæ a proposita quæstione abducit audientem. Non ego cum danais troianam excĩdere gẽtem Aulidæ iuraui. quod fit ex multis & uariis figuris: cum aut aliud expectasse nos: aut maius aliquid timuisse simulamus: aut plus uidere posse ignorãtibus: quale est ꝓœmium pro Cælio. Illa uero ut ait Cicero sub oculos subiectio tum fieri solet: cum res non gesta indicatur: sed ut sit gesta ostenditur. nec uniuersa: sed per partes: quem locũ proximo libro subiecimus. euidentiæ Celsus hoc nomẽ ĩsti figuræ dedit: ab aliis dicitur proposita quædam forma rerum ita expressa uerbis: ut cerni potius uideatur q̃ audiri. Ipse inflãmatus scelere ac furore in forum uenit: ardebãt oculi: toto ex ore crudelitas emicabat. Nec solum quæ facta sunt aut fiant: sed etiam natura sint aut futura fuerint imaginamur. mire tractat hoc Cicero pro Milone: quæ facturus fuerit Clodius: si præturam inuasisset. Sed hæc quidem translatio temporum: quæ proprie dicitᷣ ĩ uerecũdior apud priores fuit. proponebat enim talia: credite uos ĩtueri: ut Cicero: hæc quæ non uidistis oculis: animis cernere potestis. noui uero & præcipue declamatores audacius nec mehercules sine motu quodã imaginãtur. Vt Seneca in cõtrouersia: Cuius summa est ꝙ pater filium & nouercam inducente: altero filio ĩ adulterio deprehẽsos occidit. Duc

sequor:accipe hanc senilem manum:& quocunq; uis ĩprime.& paulo post:Aspice inquit quod diu non credidisti.Ego uero non uideo:nox oboritur:& crassa caligo.habet hæc figura manifestius aliquid. Non enim narrari res:sed agi uidetur:locorũ quoq; dilucida:& significans descriptio eiusdem uirtutis assignatur a quibusdam:alii
dicunt inueni qui dissimulationé uocarent:quo nomine :quia parum totius huius figuræ uidentur uires ostendi .nimirũ sicut in plerisq; græca enimus appellatione cõtenti.Igitur
quæ est schema ab illa quæ est tropus genere ipso:nihil admodum distat.In utroque enim cõtrarium ei quod dicitur intelligendum est. Species uero prudentius intuenti diuersas esse:facile est reprehendere. primũ quod tropus apertior est:et q̃q̃ aliud dicit ac sentit:non tamen aliud simulat. Nam & omnia circa fere recta sunt:ut illud ĩ Catilinã: a quo repudiatus ad sodalem tuum uirum optimum Metellum demigrasti. In duobus demũ uerbis est ironia.Ergo etiã breuior est tropus. at in figura totius uoluntatis fictio est. apparens magis q̃ cõfessa: ut illic uerba sint uerbis diuersa: hic sensus sermonis & ioci:& tota interĩ causæ cõformatio:tum etiam uita uniuersa ironiã hr̃e uideatur:qualis est uita Socratis.Nam ideo dictus .i.agés imperitum:& admirator aliorum tanq̃ sapientium:ut quemadmodum ; facit cõtinua sic hoc schema faciat tropos ille contextus. Quædã uero genera huius figuræ nullã cum tropis habent societatem: ut illa statim prima:quæ dicitur a negando:quam nonnulli uocant
non agam tecum iure summo:non dicam ꝙ forsitan optinerem:& quid ego istius decreta:quid rapinas:quid hæreditatum possessiones datas:quid ereptas proferã? & mitto illã primã libidinis iniuriã.Et ne illa quidem testimonia recito:quæ dicta sũt de sestertiis septingentis milibus: & possum dicere. Quibus generibus per totas interim quæstiones decurrimus ut Cicero: Hoc ego si sic agerem:tanq̃ mihi crimen esset diluendum.Hoc pluribus dicerem. est.& cum similes imperantibus uel prætermittentibus sumus:idest sequere italiã uentis: & cum ea quæ uolumus uideri ĩ aduersariis esse cõcedius hic.Id acrius fit cum eadem in nobis sunt:& in aduersario non sunt: meq; timoris argue tu Drãce quãdo tot cædis aceruos teucroꝝ tua dextra dedit.Quod idem cõtra ualet:cum aut ea quæ a noobis absunt:aut etiam quæ in aduersarios recidunt:quasi fatemur:Me duce dardanius spartham expugnauit adulter.Nec in personis tantũ:sed ĩ rebus uersat̃ hæc cõtraria dicendi: q̃ quæ ĩtelligi uelis ratio: ut totũ pro.Q.Ligario pœmium:& illæ eleuationes: uidelicet O dii boni.s.is superis labor é.

Et ille pro Oppio locus. O amorem mirum: o beniuolentiam sĩgularẽ. Non procul autem absunt ab hac simulatione tres inter se similes: cõfessio nihil nocitura qualis est: Habes igit' Tubero quod est accusatori maxime optandum: cõfitentem reum. & cõfessio cum aliquid etiam iiquũ uidemur causæ fiducia pati: metu uirgarum: Nauarchus nobilis nobilissimæ ciuitatis precio se redemit: huãnum est. & pro Cluẽtio de inuidia dominetur in cõcionibus: iaceat in iudiciis. Tertia cõfẽsio: ut pro eodem iudicium esse coruptum. Hæc euidentior figura est: cum alicui rei assentimur: quæ est futura pro nobis. Verum id accidere sine aduersarii uitio non potest. Quædam etiam uel laudamus: ut Cicero in Verrem circa crimen apollinis drepanitani gaudeo etiam siquid ab eo abstulisti: & abs te nihil rectius factum esse dico. Interim augemus crimina quæ ex facili aut diluere possumus: aut negare. quod ẽ frequẽtius: q̃ ut exemplum desideret. Interim hoc ipso fidem detrahimus illis: ꝙ sint tã grauia: ut pro Roscio Cicero cum immanitatẽ parricidii: q̃q̃ per se manifestã: tamen etiã ui orationis exaggerat

quã idẽ Cicero reticentiã: Celsus obticentiam: nonnulli interruptionẽ appellãt: & ipsa ostendit aliquid affectus uel iræ: ut Quos ego: sed motos præstat cõponere fluctus: uel solicitudinis: & quasi religionis: an huius ille legis: quam Clodius a se inuẽtã gloriatus: mentionem facere ausus esset uiuo Milone non dicam cõsule. de nostrum enim omniũ non audeo totum dicere: cui simile est in procemio pro Ctesiphonte Demosthenis uel alio trãseũdi gratia: cõmunis autẽ Temesi: ignoscite mihi iudices: in quo est & illa: si tamen ĩter schemata numerari debet: cũ etiã aliis pars causæ uideatur digressio. Abit enim causa ĩ laudes. Cn. Pompeii. Id q; fieri etiã sint potuit. nam breuior illa ut ait Cicero a re digressio plurimis fit modis. Sed hæc exempli gratia sufficient. Tum Caius Varenus is qui a familia anchariana occisus est: hoc quæso iudices diligenter attendite: & pro Milone: & aspexit me: tũ illis quidem oculis: quibus tum solebat cũ omnibus omnia minabat'. Est alia nõ quidem reticentia: quæ fit imperfecti sermonis: sed tamen præcisa ulut ante legitimum finẽ oratio: ut illa nimis urgeo: cõmoueri uidetur adolescens: & quid plura ipsum adolescentem dicere audistis: imitatio morũ alienorũ: quæ uel ut alii malũt

dicitur. iam inter leuiores affectus numerari potest. Etenim posita fere in eludendo: sed & uersatur & in factis & in dictis. In factis quod est uicinum. In dictis quale est apud Terentium. At ego nesciebam quorsum tu ires: Paruola hinc est abrepta: eduxit mr̃ pro sua: soror dicta est. Cupio abducere ut reddam suis. Sed nostrorum quoque

dictorum factorumq; similis imitatio est p relationem: nisi q frequentius asseuerat q eludit: dicebam habere eos actorem. Q. Cæcilium. Sunt & illa iucunda & ad comédationem cum uarietate: tũ etiam ipsa natura plurimũ profũt: quæ simplicem quandam & nõ præparatã ostédendo orationé: minus nos suspectos iudici faciũt. Hinc est quasi pœnitétia dicti: ut pro Cælio. Sed quid ego ita grauem personam introduxi: & quibus utimur uulgo. Imprudens incidi: uel cum quærere nos quid dicamus fingimus quid reliquũ est: & nũquid omisi? Et cum ibidem in Verré: ut ait Cicero. Vnũ etiã mihi reliquũ huiusmodi crimen est: & aliud ex alio succurrit mihi. Vnde etiam uenusti transitus fiũt non quia transitus ipse sit schema: ut Cicero narrato Pisonis exéplo: qui ãnulum sibi cudi ab aurifice in tribunali suo iusserat: uel ut hic in memoriã adductus adiecit. Hoc modo me cõmouit Pisonis ãnulus: quod totũ effluxerat. q multis istũ putatis hoĩbus honestis de digitis ãnulos aureos extulisse? Et cum aliqua uelut ignoramus. sed earũ rerũ artificem quem? quemnam? recte admones: Polyclitum esse dicebant: quod quidem nõ hoc tantum ualet. Quibusdã enim dum aliud agere uidemur: aliud efficimus: sicut hic Cicero cõsequitur: ne cum morbũ insignis atq; tabulis obiiciat Verri: Ipse quoque earum rerũ studiosus esse credatur. Et Demosthenes iurando per interfectos in marathone & salamine: id agit: ut minore inuidia cladis apud cheroneam acceptæ laboret. Faciunt illa quoq; iucũdam orõnem: aliqua mentione habita differre: & deponere apud meõriã iudicis: & reposcere: quæ deposueris: & separare quædã schemate aliquo. Nõ enim est ista ipsa p se iteratio schema: & excipere aliqua & dare actioni uarios uelut multus. Gaudét enim res uarietate: & sicut oculi diuersarũ aspectu rerũ magis detinẽt: ita semper animus præstat: in quot se uelut nouũ intendant. Est emphasis etiam inter figuras: cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur: ut apud Virgilium. Non licuit thalami expertem sine crimine uitam. Degere more feræ: qq enĩ de matrimoĩo querit Dido: tamé huc erupit eius affectus: ut sine thalamis uitam hominum non putet sed ferarũ: Aliud apud Ouidium genus: apud quem & myrra nutrici amoré pris sic cõfitetur. O dixit fœlicé cõiuge matrem. Huic uel cõfinis: uel eadé é qua nunc utimur plurimum. Iam enim ad id genus quod & frequétissimum est: & expectari maxime credo: ueniendum est. in quo p quãdã suspicionem: quod nõ dicimus: accipi uolumus: non utique cõtrariũ: ut in Sed aliud latens: & auditori quasi inueniendum: quod ut supra ostendi iã fere solum schema a nostris uocat. Et unde cõtrouersiæ figuratæ dicũtur. Eius triplex usus est: unum si dicere palã

parum tutum est:alter si non decet:tertius qui uenustatis modo gratia adhibetur :& ipsa nouitate ac uarietate magis q̃ si relatio sit recta de/lectat. Ex his ꝙ est primum frequens in scholis est. Nam & actiones deponētiū imperiū tyrānorum: et post ciuile bellum senatuscōsulta figuntur:et capitale est obiicere ante acta:ut quod in foro nō expedit: illic nec liceat.Sed schematum cōditio non eadem est. qualibet enim apertū quod mō & aliter intelligi potest:ī illos tyrannos bene dixeris: quia periculū tantū :non etiam offensa uitatur.Quod si ambiguitate sententiæ possit eludi :nemo non illi furto fauet. Vera negocia nūq̃ adhuc habuerunt hanc silētii necessitatem:sed aliam huic similē. Veꝝ multum ad agendū difficiliorem:cum personæ potentes obstant:sine quarum reprehensione teneri causa non possit .Ideoq; hoc parcius & circunspectius faciendum est:quia nihil interest quomodo offendas: & aperta figura perdit hoc ipsum quod figura est .Ideoq; a quibusdā tota res repudiatur:siue intelligat̄:siue non.Sed licet modū adhibere. In primis ne sint manifestæ: non erūt autem si non ex uerbis dubiis: uel quasi duplicibus petentur :qualis est in suspecta nuru:dixi uxorē: quæ patri placuit:aut quod est multo ſeptius cōpositionibus ābiguis: ut illa cōtrouersia :in qua infamis amorem uirginis filiæ pater raptā eam interrogat:a quo uitiata sit.quis te inquit rapuit:tu pater nescis: res ipsæ perducant iudicem ad suspicionem :& ammoliamur cætera:ut hoc solum supersit.In quo multum etiā affectus iuuant:& interrupta silentior dictio & cūctationes .Sic enī fiet ut iudex quærat illud nescio quid:quod ipse fortasse non crederet si audiret:⁼& ei quod a se inuētū existimat credat .Sed ne si optime quidē sint esse debent frequētes. nā dēsitate ipsa figuræ aperiūtur:nec offēsæ minus habēt:sed auctoritatis: nec pudor uidetur ꝙ non palam obiicias:sed diffidentia. in sūma sic maxīe iudex credit figuris:si nos putat nolle dicere.Equidem quando etiam ī personas incidi tales:est.In rē quoque quod ē magis rarū:quæ optineri nisi hac arte non posset:ream tuebar quæ subiecisse dicebatur marito testamētū:& dicebatur chyrographū marito expirāti hæredibus dedisse.Et uerū erat.Nam quia per leges īstitui uxor nō poterat hæres: Id fuerat actū:ut ad eā bona per hoc tacitum fideicōmissū puenirēt. Et caput quidem queri facile erat:si hoc diceremus palam:sed p se de/pibat hæreditas.Ita ergo fuit nobis agendū:ut iudices illud intelligerēt factum.Delatores nō possēt apprehēdere ut dictū: & cōiungit utrūq;: ꝙ non inseruissem ueritus opinionem iactantiæ :nisi probare uoluissē: in foro quoq; esse his figuris locum:quædā etiā quæ probare non possis figura potius spargenda sunt.Hæret enim nonnunq̃ telū istud occultū

& hoc ipso quod non apparet eximi nō potest. At si idem dicas palā & defenditur: & probandū est. Cū autē obstat nobis personæ reuerētia: quod secūdum posuimus genus: tanto cautius dicendum est: quanto ualidius bonos inhibet pudor: q̄ metus. hic uero tegere nos iudex q̄ sciamus: & uerba ui quadam ueritatis erūpentia credat coercere. Nam quo minus: aut ipsi in quos dicimus: aut iudices: aut assistentes oderīt hanc maledicendi lasciuiam: si uelle nos credant: aut quid interest: quō dicatur: cum & res animus intelligit? quid dicēdo deniq; proficimus? nisi ut palam sit nos facere: quod ipsi sciamus non esse faciendum. At qui præcipue prima quibus præcipere cœperā: tēpra hoc uitio laborarēt. Dicebant enī libenter tales cōtrouersias: quæ difficultatis gratia placēt: cui sint multo faciliores. Nam rectum genus approbari nisi maximis uiribus nō potest. Hæc diuerticula & anfractus suffugia sunt infirmitati: ut qui cursu parum ualent: flexu eludāt: Cum hæc quæ affectatur ratio sententiarum non procul a ratione iocandi abhorreat. Adiuuat etiā quod auditor gaudet intelligere: & fauet ingenio suo: & alio dicēte se laudat. Itaq; non solum si persona obstaret recte orationi: quo in genere sæpius modo q̄ figuris opus est: Decurrebant ad schemata: sed faciebant illis locum etiam ubi ĩutiles ac nefariæ essent: ut is pater qui infamem in matrem filium secreto occidisset: reus malæ tractationis: iacularetur ĩ uxorē obliquis sententiis. Nā quid impurius q̄ retinuisse talem? Quid porro tam cōtrarium: q̄ enim qui accuset: quia sūmū nefas suspicatus de uxore uideatur cōfirmare id ipsa defensione: quod diluendum est? At si iudicum sumerent animum: scirent q̄ eiusmodi actionē laturi nō fuisset: multoq; etiā minus: cū ĩ parentes abhoĩnāda crimĩa spargerēt. Et quatenus huc ĩcidimus paulo plus scholis demus. Nam & in his educatur orator: & in eo quo modo declamet positum est etiam quomodo agat. Dicendum ergo de his quoq; in quibus non asperas figuras: sed parum cōtrarias causæ plerique fecerūt. Tyrānidis affectatæ dānatus torqueat: ut cōscios indicet: accusator eius optet q̄ uolet: patrē qui accusauit: optat ne is torqueatur. pater ei contradicit. nemo se tenuit agens pro p̄re: quando figuras in filium faceret tanq̄ illum cōscium in tormentis nominaturus. quo quid stultius? Nam cū hoc iudices intellexerint: aut non torquebitur cum ideo torqueri uelīt: aut torto non credetur. At credibile est hoc eū uelle fortasse. dissimulet ergo ut efficiat. Sed nobis declamatoribus dico quid proderit hoc intellexisse: nisi dixerimus? Ergo si uere ageret similter cōsiliū illud latēs prodidissemus. Quid si neq; utiq; uerū est: & habere alias hic damnatus cōtradicendi causas potest: uel quod legem cōseruādam putet: uel

ꝙ nolit accuſatori debere beneficium: uel quod ego magis ſequerer ut ſe innocentem ĩ tormentis eſſe ꝑtendat. Quare ne illud quidẽ ſẽp ſuccurret:ſic dicentibus:patrociniũ hoc uoluit q̄ cõtrouerſiam finxit. fortaſſe enĩ noluit:ſed eſto noluerit:cõtinuo:ne ſi ille ſtulte cogitauit: nobis quoq; ſtulte dicendum eſt. At ego in cauſis agendis frequenter nõ puto ĩtuendũ quid litigator uelit. Eſt & ille ĩ hoc genere frequens error:ut putent aliud quoſdã dicere:aliud uelle:præcipue cũ ĩ themate eſt:aliquem ut ſibi mori liceat poſtulare:ut in illa controuerſia: qui aliquando fortiter fecerat: & alio bello petierat:ut militia uacaret ex lege:ꝙ qnquegenarius eſſet aduerſante filio ire ĩ aciẽ coactus deſeruit. filius qui fortiter eodẽ prœlio fecerat ĩcolumitatẽ eius optat:cõtradicit pater. nõ enim inquint mori uult:ſed inuidiã filio facere. Equidẽ ideo ꝙ illi ſic timẽt:tanq̄ ipſi morituri: & in conſilium ſuos metus ferũt: obliti tot exemplorum circa uoluntariam mortem. cauſaꝝ quoq; quas habẽt factus ex uiro forti deſertor. ſed una controuerſia ſequi cõtrariũ ſuperuacuum eſt. Ego in uniuerſũ nec oratoris puto eſſe unq̄ præuaricari: neq; litem ĩtelligo:in qua pars utraq; idem uelit: nec tã ſtultum quẽq̄:qui ſi uiuere uult:mortem potius male petat:q̄ oĩno non petat: non tamẽ nego eſſe cõtrouerſias huiuſmodi figuratas:ut eſt illa. Reus parricidii:ꝙ fratrẽ occidiſſet:dãnatum iri uidebat̄:pater ꝓ teſtimonio dixit:eum ſe iubẽte feciſſe:abſolutũ abdicat. Nã neq; ĩ totũ filio ꝑcit: nec quod priore iudicio affirmauit: mutare palã poteſt:& ut nõ durat ultra pœnam abdicationis: ira abdicat tamen: & alioquin figura in patre plus facit:q̄ licet in filiũ minus. Vt autem nemo cõtra id quod uult dicit:ita poteſt aliquid melius uelle q̄ dicit: quõ ille abdicatus: qui a patre ut filium expoſitum & ab eo educatum ſolutis alimentis recipiat poſtulat:reuocari fortaſſe mauult:nõ tamen ꝙ petit nõ uult. Eſt latens & illa ſignificatio: qua cum ius aſperius petitur a iudice:fit ei tamen ſpẽs aliqua clæmentiæ non palã ne paciſcamur :ſed ꝑ quãdã credibilẽ ſuſpicionẽ:ut in multis cõtrouerſiis:ſed in hac quoq;. raptor niſi ĩtra triceſimum diem: & rapte patrem exornauerit: & ſuũ pereat. Qui exorato rapte patre ſuũ non exorat:agit cum eo dementiæ. Nam ſi promittat hic pater lis tollitur:ſi nullam ſpem faciat:ut nõ demens: crudelis certe uideat̄:& a ſe iudicem auertat. latro igit̄ optime: occidet ergo:ſi potero remiſſiues:. & pro ſuo ingenio pater Gallio:dura anime hodie dura heri fortior fuiſti. Cõfinia ſunt his celebrata apud græcos ſchemata:per quæ res aſperas mollius ſignificant. Nam Themiſtocles ſuaſiſſe exiſtimat̄ athenienſibus:ut urbem apud deos deponerẽt:quia durum erat dicere ut relĩquerent:& qui uictorias aureas iin uſum belli

cōflari uolebat: ita declinauit uictoriis utēdum esse: totū autē allegoriæ simile est: aliud dicere: aliud intelligi uelle. Quæsitum etiam est quō cōtra figuras responderi oportet: & quidam semp ex diuerso apiendas esse putauerūt: sicut latentia uitia rescidunt. Idq; sane frequentissime faciendum est: aliter enī dilui obiecta nō possunt: utiq; cum quæstio. in eo cōsistit: quod figuræ petunt. At cū male dicta sunt tātum: & nō ītelligere īterim bonæ cōscientiæ est: atq; etiā si fuerīt crebriores figuræ: q̄ ut dissimulari possint: postulandum est: ut nescio quid illud quod aduersarii obliquis sētentiis significare uoluerīt: si fiducia sit: obiiciāt palam: aut certe non exigant: ut quod ipsi nō audent dicere: id iudices non modo intelligant: sed etiam credant. Vtilis etiam aliquando dissimulatio est: ut in eo (nota enim fabula est) qui cum esset cōtra eum dictum: iura p patroni tui cineres: paratum se esse respondit: & iudex cōditione usus est clamante: multum aduocato schemata de rerum natura tolli: ut protinus etiam præceptum sit eiusmodi figuris utendū temere non esse. Tertium est genus in quo sola melius dicendi petitur occasio. Ideoq; id Cicero non putat esse positum in cōcione. tale est illud: quo idem utitur in Clodium: quibus iste qui omnia sacrificia nosset & facile ab se deos placari posse arbitrabat. Ironia quoq; in hoc genere naturæ frequentissima est: sed eruditissimum lōge: si per aliam rem alia inducet: ut cum aduersus tyrannum qui sub pacto abolitioīs dominationem seposuerat: agit cōpetitor mihi in te dicere non licet: tu ī me dic & potes: nuper te uolui occidere frequens est: nec magnope captandum quod petit iureiurando: ut est pro exhæredato ita mihi cō tingat hærede filio mori. Nam & in totum iurare nisi ubi necesse est graui uiro parum cōuenit. Et est a Seneca dictum eleganter nō patronoꝝ hoc esse: sed testium: nec meret fidem: q sentētiolæ gratia iurat: nisi potest tam bene q̄ Demosthenes ut supra dixi. lætissimum autem longe genus ex uerbo etiam sicut est apud Ciceronē in Clodiam: præsertim quā omnis amicam oīum potius q̄ cuiuscunq; inimicā putauerūt. Cōpationem equidem uideo figuram non esse: cum sit interim probationis: interim etiam causæ genus: & sit talis eius forma qualis est pro Murena. Vigilas tu de nocte: ut tuis cōsultoribus respondeas: Ille ut eo quo cōtendit mature cum exercitu pueniat. te gallorū: illū buccinaꝝ cātus exuscitat: & cætera nescio: an orationis potius q̄ sententiæ sit. Id enim solum mutat: quod non uniuersa uniuersis: sed singula sīgulis opponunt. Et Celsus tamen & nō negligens auctor Visellius ī hac eam parte posuerunt. Rutilius quidem lupus in utroq; genere: idq; uocāt præter illa quæ Cicero inter luīna posuit sententiarum

atq; incisa bene incipere atq; includi decet: sed etiã in his quæ nõ dubie
cõtexta sũt: nec respiratione utuntur illi uel occulti gradus (quis enim
dubitet unũ sensũ & unius spiritus esse) Animaduerti iudices omnem
accusatoris orationem ĩ duas diuisam esse partes: tamen & duo prima
uerba et tria proxĩa: & deinceps duo rursus: ac tria suos quasi numeros
habent: spiritum sustinentes sicut apud rythmicos æstimantur: hæ par-
ticulæ prout sũt graues: acres: lentæ: celeres: remissæ exultantes. Proinde
id quod ex illis cõficitur: aut seuerũ: aut luxuriosũ: aut quadratũ: aut
solutum erit. Quædam etiam clausulæ sunt claudæ atq; pendẽtes: si re-
linquantur: sed sequentibus suscipi ac sustineri solent: eoq; facto uitiũ
quod erat ĩ fine cõtinuatio emẽdat. Nõdum. P. r. obsoletis criminibus
accusari Verrem: durum si desinas: sed cum est continuatum iis quæ
sequũtur: q̄q̄ natura ipsa diuisa sint noua postulat: inaudita desiderat:
saluus est cursus ut ad eas tantum dabis: male cluderet. nam & trimetri
uersus pars ultĩa est: excipit ut cibum uestitumq;. ĩtroferre liceat tãtum
præceps adhuc firmatur: ac sustinetur ultĩa. Recusabat nemo ĩ oratiõe
fieri multo fidissimum est totum: sed etiam ĩ parte deforme utiq; si ps
posterior in clausula deprehendatur: aut uersus prior ĩ gressu. nã quidé
contra sæpe etiam decet: quia & claudit & interim optime prima pars
uersus dum intra paucas syllabas præcipue senarii atq; octonarii ĩ africa
fuisse ĩitiũ senarii est. Primum pro. Q. Ligario caput claudit esse uide-
atur. Nã nimis frequens octonarium ĩcohat. Talia sunt Demosthenis
& totum pene principi-
um: & ultima uersuum initio conueniunt orationis: & si uereor iudices

& animaduerti iudices:ſed initia initiis non conueniunt. Titus Liuius exametri exordio cœpit:facturus ne opæpreciũ ſim: nã ita editũ eſt ꝙ melius q̃ quo modo emẽdat̃:nec clauſulæ clauſulis:ut Cicero.quo me uertã neſcio:ꝗ trimetri finis eſt:trimetrũ & ꝓ miſero dicere liceat:ſex enĩ pedes tres percuſſiões habent:peius claudit finis exametri:ut Brutus in epiſtolis.neq; enim illi malũt habere tutores aut defẽſores q̃q̃ ſciũt placuiſſe Catoni:illi nimis ſunt notabiles: quia hoc genus ſermonis proximum eſt. Itaq; & uerſus hic fere excidunt:quos Brutus ipſo componẽdi ductus ſtudio ſæpiſſime facit:nõ raro Aſinius. Sed etiã Cicero nonnunq̃ ut in principio ſtatim orationis in Lucium Piſonem.proh dii immortales qui hic illuxit dies.nõ minore autem cura uitandum eſt: quicquid eſt :quale eſt apud Saluſtiũ:Falſo queritur de natura ſua:q̃uis enim uicta ſit:tamẽ ſoluta uideri debet oratio.atq Plato diligentiſſimus compoſitionis in timæo:prima ſtatim parte uitare iſta non potuit.nam & initium exametri ſtatim inuenias: & anacreontion protinus colon efficias:& ſi uelis trimetron:& quod duobus pedibus & parte a græcis dicit̃:& hæc omĩa ĩ tribus uerbis & Thucydidis ex moliſſimo rythmorum genere excidat. Sed quia omnem oratoriam conſtare dixi aliqua de iis quoq; quorum nomina q̃ uaria tradunt:cõſtituendum eſt:quo quenq; appellemus.& quidẽ Ciceronem ſequar. Nam is eminentiſſimos græcorũ eſt ſecutus:excepto ꝙ pedes mihi tryſillabos non uidetur excedere:q̃q̃ ille peone dochmioq;:quorum prior ĩ quattuor:ſecũdus in quinq; excurri putatur.nec tamẽ ipſe diſſimulat quibuſdã numeros uideri nõ pedes:neq; immerito.quicquid enim ſupra tryſillabas id eſt ex pluribus pedibus. ergo cum conſtent quattuor pedes binis octo ternis:ſpondeum longis duabus:pyrrichium quẽ alii periiambum uocant breuibus. Iambum breui lõgaq;. huic contrarium e lõga & breui:hũc nos ut alii trocheũ noĩemus. Ex his uero qui ternas ſyllabas habẽt dactylum lõga duabusq; breuibus.huic tẽporibus par eſt ſed retro actum appellari conſtat anapeſton.media inter longas breuis faciet amphimacrũ:ſed frequẽtius eius nomẽ eſt creticus:lõga inter breues amphibrachis.huic contrarius longis breuem præcedentibus bachius:cui contrarius palimbachius erit:tres breues:trocheũ quẽ tribachin dici uolũt:qui choreo trochei nomẽ imponũt:totidem longæ moloſſon efficiunt.horum pedum nullus non in orationem uenit:ſed quo quĩq; ſũt temporibus pleniores:longisq; ſyllabis magis ſtabiles:hi grauiorem faciunt orationem:breues celerem ac mobilem.utrunq; locis utile. Nã & illud ubi opus eſt uelocitate tardũ & ſegne:& hoc ubi põdus exigitur

præceps ac resultās merito damnetur. Sit in hoc quoq; aliquid fortasse momenti: quod & longis longiores: & breuibus sunt breuiores syllabæ: ut q̄uis neq; plus duobus temporibus: neq; uno minus habere uideat̃. Ideoq; in metris omnes breues longæq; inter se ob sese sunt pares latæ. Attamen nescio si quicq̄ superfit aut desit. Nam uersuum propria cō/ditio est. Ideoq; in his quædam etiā communes. ueritas uero quia patit̃ æque breué esse uel longam uocalem: cū est sola: q̄ cū eam cōsonantes una plures ue præcedunt. Certe in dimensione pedum: syllaba quæ est breuis insequente alia uel breui: quæ tamen duas primas consonantes habeat fit longa: ut Agrestem tenui musam meditans auena. a breuis: gre breuis: faciet tamé lōgam a priorem. Dat igit̃ illi aliquid ex suo té/pore: quo modo? nisi habet plusq̄ quæ breuissīa: qualis ipsa esset detra/ctis cōsonātibus: nunc unum tempus accōmodat priori: & unū accipit a sequéte: ita duæ natura breues positione sunt temporum quattuor. Miror autem in hac opinione doctissimos homines fuisse: ut alios pedes ita eligerent: alios damnarét: quasi ullus esset qué non sit necesse in oratione deprehendi. licet enim pæonem sequatur ephorus inuentū a Thrasymacho: probatū ab Aristotele: dactylūq; ut téperatos breuibus ac longis: fugiat trocheum alterius tarditate. & enim alterius celeritate dānata. herous qui est idem dactylus: Aristoteli āplior iambus huma/nior uideatur: trocheū ut nimis currétem damnet: eiq; chordacis nomé imponat: eadéq; dicant Theodectes ac Theophrastus. similia post eos Halicarnaseus Dionysius: irrūpét etiam adiūctos: nec séper illis heroo aut pæone suo: quéquia uersus raro facit: maxime laudant uti licebit: ut sint tamen aliis alii crebriores: nō uerba faciét: quæ neq; augeri: nec minui: nec sicut modulatiōe produci aut corripi possīt: sed trāsmutatio & collocatio. Pleriq; enī ex commissuris eorū: uel diuisiōe fiunt pedes: quo fit ut iisdem uerbis alii atq; alii uersus fiant: ut memini quendā nōignobilé poetā ita lusisse Astra tenet cælū: mare classes: area messé. Hic retrorsum fit sotadeus: itemq; sotadeo adiuret retro trimetros caput exeruit mobile pinus repetita: miscendi ergo sunt: curandumq; ut sīt plures qui placent: & circūfusi bonis deteriores lateant. nec uero ī litteris syllabisq; natura mutat̃: sed refert quæ cū quaq; optīe coeat. Plurimum igitur auctoritatis ut dixi & pōderis habent lōgæ celeritatis breues: quæ si miscentur quibusdam longis currunt: si continuantur exultant: acresq; ex breuibus ad longas insurgunt: leuioresq; a longis in breues descédūt. optīe īcipitur a longis: recte aliquādo a breuibus: ut nouū crimé: leuibus utamur. Animaduerti iudices scilicet ꝓ Cluen/tio recte: quod ītium eius partitionis simile est quæ celeritate gaudet.

Clausula quoq; e lõgis firmissima ẽ:sed cludẽt & ĩ breues: q̃uis habeat̃ ĩdifferẽs ultima. neq;.n. ego ignoro ĩ fine pro lõga accipi breuem: quod uidet̃ aliqd uocãtis tẽpori: ex eo quod ĩseqt̃ accedere: aures tamẽ cõsulẽs meas ĩtelligo multũ referre: utꝝ ne lõga sit quæ cludit: an pro lõga: neq; enim tã plenũ ẽ dicere ĩcipiẽtẽ timere: q̃ illud usus ẽ cõfiteri. Atq si nihil refert: breuis an lõga sit ultima: idẽ pes erit. ueꝝ nescio quomodo sedebit hoc: illud subsistet: quo moti qdã lõgæ ultimæ tria tẽpora dederũt: ut illud tempus: quod breuis ex lõga accipit. Huic quoq; accederet: nec solũ refert qs claudat: sed qs ãtecedat. Retrorsũ autẽ quæ plus tribus: iiq; si nõ ternas syllabas habebũt: repetẽdi sũt. Absit tamẽ poetica obseruatio: neq; minus duobus: alioqn pes erit: nõ numerus. potest tamẽ uel unus esse dichoreus si unus est: q cõstet ex duobus choreis. Itemq; pæon quod est ex choreo & pyrrhichio: quem aptũ initiis putant: uel cõtra q est e tribus breuibus & lõga: cui clausulã assignãt: de qbus fere duobus scriptores huius artis loquuntur: alii omnes quotcunq; sint temporũ quæ ad rationem pertineant: pæonas appellant. Est & dochmius qui fit ex bacchio & iambo & cretico: stabilis in clausulis & seuerus. Spondeus quoq; quo plurimũ ẽ Demosthenes usus ĩ eodem semp p se habet: optĩe præcedet eũ creticõ: ut ĩ hoc de quo ego nihil dicam nisi depellẽdi criminis causa. Illud est quod supra dixi multũ referre: uno ne uerbo pedes sint duo cõprehensi: an uterq; liber: sic.n. fit forte criminis causa: molle archipiratæ: mollus si tribachys præcedat facultates: temeritates. Est.n. quoddam ipsa diuisione ĩ uerboꝝ latens tẽpus: ut in pentametri medio spõdeo: q nisi alterius uerbi ĩ fine: alterius in initio cõstet: uersũ non efficit: potest etiam si minus bene præponi anapestus: muliere nõ solũ nobili: uerum etiam nota: tũ anapestus & creticus: iambus quoq; qui est utroq; syllaba minor: præcedet.n. tres lõgas breuis: sed spõdeus iambo recte præponit̃. Iisdem ĩ armis fui: tum spõdeus & bacchius: sic enĩ fiet ultimis dochmius ĩ armis fui. Ex iis quæ supra ꝓbaui apparet molossõ quoq; clausulæ cõuenire: dũ habeat ex quocunq; pede ãte se breuem: illud scimus ubicũq; sunt esse pro nobis: minus grauis erit spõdeus præcedente se pyrrhichio: ut iudicii iuniani: & ad hoc peius priore pæõe: ut Brute dubitaui: nisi potius hoc esse uelimus dactylũ & bacchiũ. Duo spõdei nõ fere cõiũgi patiũt̃: quæ ĩ uersu quoq; nobis clausula est: nisi cum id fieri potest ex tribus quasi mẽbris. Cur de ꝓfugis nostris copias cõpatis cõtra nos: una syllaba duabus una: ne dactylus quidem spondeo bene præponit̃: quia finem uersus damnamus: ĩ fine orationis bacchius & cludit: & sibi iũgit̃: uenenũ timere: uel choreũ & spondeũ ãte amat: ut uenenum timeres: contrarius quoq; q est cludet nisi si ultimã

longam esse uolumus: optimeq; habebit ante se molosson cibis respsũ aut bacchiũ: quod hic potest: nos possemus. Sed uerius erit claudere choreũ præcedẽti spondeo. nam hic potius est numerus: nos possemus: & romanus sum: claudet & dichoreus pes idẽ: sibi ipsi iũget: quo asiani sunt usi plurimum. Cuius exẽplum Cicero ponit: patris dictum sapiẽs temeritas filii cõprobauit: accipiet ante se choreũ & pyrrhichiũ. omnes prope ciues uirtute: gloria: dignitate supabat: claudet & dactylus: nisi eũ obseruatio ultimæ creticũ facit: ut muliercula nixus ĩ littore: habebit ante bene creticum & iãbum: spondeum male: peius choreum: cludit ãphibracus. Q. Ligariũ ĩ africa fuisse: si nõ eũ maluimus esse bacchiũ: nõ optimus est trocheus: si ultĩa ẽ breuis: quod certe fit necesse ẽ: alioqn quomodo claudet: q placet plerisq; dichoreus: illa obseruatione ex trocheo fit anapestus. idem trocheus præcedẽte longa fit pæon: qualem est si potero: & dixit hoc Cicero obstat ĩuidia: sed hoc ĩitiis dederũt. Cludit & pyrrhichius choreo præcedẽte. Nam si pæon est Omnes ii q ĩ breues excidunt: minus erunt stabiles: nec alibi fere satis apti q̃ ubi cursus orationis exigit: & clausulis nõ ĩtersistit. Creticus est ĩitiis optimus. Quod deprecatus a diis ĩmortalibus sum: sum et clausulas ĩ cõspectu populi. ro. uomere postridie. apparet uero q̃ bene eũ præcedant: uel anapestos: uel ille q uidet fine aptior pæon. Sed & se ipse seqt: seruare q̃ plurimos fit melius q̃ choreo præcedẽte. Quis nõ turpe duceret: si ultima breuis pe longa fit: sed fingamus si non turpes duceret. Sed hic est illud inane quod dixi. paulululum. n. moræ damus ĩter ultimum atq; pximũ uerbũ: & turpe illud ĩteruallo quodã pducimus: alioqn sit exultãtissimũ: & trimetri finis: quis nõ turpe duceret: sicut ille ore excipe liceret: si iũgas lasciui carminis ẽ: sed ĩter pũctis qbusdam & tribus quasi initiis fit plenũ auctoritatis. Nec ego cum præcedẽtes pedes posui: legẽ dedi: ne alii essent: sed quid fere accideret. quod ne præsẽtia uideretur: optimum ostendi: & quidem optĩe est sibi iunctus anapestus: ut qui sit pentametri finis: uel rhytmos: quod nomen ab eo transit. Nam ubi libido dominatur innocentiæ leue est præsidium. Nam synalœphe facit ut ultimæ syllabæ pro una sonent: melior fiet præcedente spondeo: uel bacchio. ut si mutes idẽ leue innocentiæ præsidiũ est. Non me capit ut a magnis uiris dissentiam pæon: qui est ex tribus breuibus & longa. Nam est ipsa una plus breui anapesto facilitas & agilitas. quod quid ita placuerit iis non uideo: nisi q illũ fere probauerint: quibus loquẽdi magis q̃ orãdi studium fuit. nam & ante se breuibus gaudet pyrrhichio & choreo nostra facilitas. ac præcedente spondeo: tamen plane finis est trimetri: cum sit per se quoq; ei contrarius principiis: merito laudatur

Nā & primā stabilē & tres celeres habet: tamē hoc quoq; meliores alios puto. Totus uero hic locus non ideo tractat᷑ a nobis: ut oratio quæ ferri debet ac fluere demetiēdis pedibus ac perpēdendis syllabis consenescat. Nam id tū miseri ī minimis occupati est. Neq; enim qui se totum in hac cura consūpserit potioribus uacabit: siqdem relicto rerum pondere ac nitore contempto tesserulas (ut ait Lucilius) struet: & uermiculate ī se lexis cōmutet. nonne ergo refrigeret᷑: si calor & impetus pereat: ut equoꝝ cursum delicati minutibus passibus frangūt: quasi nō fuerint ī compositiōe deprehensi sicut poema nemo dubitauerit perito quodam initio fusum: & aurium mēsura: & similiter decurrentiū spacioꝝ obseruatiōe esse generatum: mox in eo repertos pedes. satis igitur ī hoc nos cōponit multa scribendi exercitatio: ut ex tempore etiā similia fundamus. neq; uero tam sint intuendi pedes q̄ uniuersa comprehensio: ut uersū facientes: totum illum decursum: non sex uel quinq; partes: ex qbus cōstat uersus aspiciunt. Ante enim carmen ortum est q̄ obseruatio carminis. Ideoq; illud fauni uatesq; canebant: ergo quem in poemate locū hab& uersificatio: eum ī oratione compositio. Optime autem de illa iudicāt aures: quæ poema sentiunt: & parum expleta desiderant: & fragosis offenduntur: leuibus mulcentur: & contortis excitantur: & stabilia ꝓbāt: clauda deprehendunt: redundantia & nimia fastidiunt. Ideoque docti rationem componendi intelligunt etiam indocti uoluptatem. Quædā uero tradi arte nō possūt: mutādus est casus: si durius is quo cœpamus feratur: num in quē transeamus. Ex quo præcipi potest: figuræ laborāti & compositioni uariata sæpe succurrunt: quæ cum orationis: tū etiam sententiæ: num scriptum eius rei nullum est? occasionibus utendum: & cum re præsenti deliberandum. Enimuero spacia ipsa quæ ī hac qdē parte plurimum ualent: quod possunt nisi aurium habere iudiciū: cur alia paucioribus uerbis satis plena: uel nimium alia pluribus breuia & abscissa sunt? Cur in circunductionibus etiam cum sensus finitus est: aliqd tamen loci uacare uideatur? Neminem uestrum ignorare arbitror iudices: hūc per hosce dies sermonem uulgi atq; hanc opinionē po. ro. fuisse. Cur hosce potius q̄ hos? neq; enim erat asperum: rationē fortasse non reddam: sentiam esse melius. cur nō satis sit sermonē uulgi fuisse: Compositio enim patiebatur ignorabam: sed ita ut audio: hoc animus accipit: plenum sine hac geminatione nō esse. Ad sensum igit᷑ referēda sunt: nequis satis forte quid seuerum quid iucundum sit intelligere faciat: quidem natura duce melius q̄ arte: sed naturis ipsis ars inerit. Illud ꝓrsus oratoris scire: ubi quoq; genere cōpositiōis sit utēdū. Ea duplex obseruatio: altera quæ ad pedes refert᷑: altera quæ ad cōprehēsiōes:

quæ efficiuntur ex pedibus:& de iis prius. Diximus igitur esse icisa mē- bra:circuitus:incisum q̄tum mea refert opinio erit sensu non expleto numero cōclusum plerisq; pars membri. Tale est enim quo Cicero utit̃ domus tibi deerat:at habebas. pecunia superabat:at egebas. Fiūt autem etiam singulis uerbis incisa diximus testes dare uolumus incisum est diximus. Mébrū autem est sensus mébris conclusus:sed a toto corpore abruptus:& per se nihil efficiens:ideo callidos homines:perfectum est: at remotū a cæteris uim nō habet:ut per se manus & pes & caput orem excogitatum. quando ergo ícipit corpus esse:cum uenit extrema cōclu- sio:quem quasi nostrum fefellit:id uos ita esse facturos:quam Cicero breuissimam putat. Itaq; fere incisa & mébra mixta sunt:& cōclusioné utiq; desiderant. Periodo plurima nomina dat Cicero ambitū:circuitū: comprehensionem:cōtinuationem:circūscriptionem. Genera eius duo sunt:alterum simplex:cum sensus unus longiore ambitu circunducit̃: alterum quod constat membris incisis:quæ plures sésus habét. aderat ianitor carceris : & carnifex prætoris & reliqua : habet periodos mébra minime duo. Medius numerus uidét̃ quattuor:sed recipit frequenter & plura. modus eius a Ciceróe:aut quattuor senariis uersibus:aut ipsi- us spiritus modo terminatus præstare deb&:ut sensum concludat sic aperta ut intelligi possit:non ímodica:ut memoria contineri membrū longius tardum:breuium stabile est. Vbicunq; acriter erit:& instanter pugnaciterq; dicendum membratim cesimq; dicemus. Nam hoc í oíoe plurimū ual&:adeoq; rebus accōmodata cōpositio:ut asperis asperos etiá numeros adhiberi oporteat:& cū dicente atq; audienté íhorrescere. mébratim plerūq; narrabimus:aut ipsas periodos maioribus íterualIis: & uelut laxioribus modis resoluemus:exceptis:quæ nō docendi gratia: sed ornandi narrantur:ut in Verrem Proserpinæ raptus. Hic eni lenis & flués contextus decet:periodos apta procemiis maiorum causa℞:ubi solicitudine:commendatione:miseratione res eget . Item cōmunibus locis:& in omni amplificatione:sed poscit tum austera si accuses:tum fusa si laudes:multum & in epilogis pollet:totum autem adhibendum est:quod sit amplius compositionis genus:cum iudex non solum rem tenet:sed etiam captus est oratione:& se credit actori:& uoluptate iam ducit̃. Historia non tam̃ finitos numeros:q̄ obicem quādam cōtextū q; desiderat. Nanq; omnia eius mébra connexa sunt. Et quoniam lubrica est ac fluit:ut homines:qui manibus inuicem apprehensis gradum fir- mant:continent & cōtinentur. Demonstratiuum genus omne fusiores hab& liberioresq; numeros:iudiciale & concionale:ut materia uarium est:sic etiam ipsa collocatiōe uerborum:ubi iam nobis pars ex duabus

quas modo fecimus secunda tractanda est. Nam quis dubitat alia lenius: alia cõcitatius: alia sublimius: alia pugnacius: alia gratius: alia grauius esse dicenda? Grauibus sublimibus ornatis lõgas magis syllabas cõuenire: Ita ut lenia spaciũ: sublimia & ornata claritaté quoq; uocaliũ poscãt. iis cõtraria: magis laudare: breuibus argumẽta: partitiones iocos & quicqd é sermoni magis simile. Itaq; cõponemus ꝓœmiũ uarie atq; ut sensus eius postulabit. Neq; .n. accesserim Celso: qui unã quãdam huic pti formã dedit: & optimam compositioné esse ꝓœmii: ut apud Asinium dixit: si Cæsar ex omĩbus mortalibus: q sint ac fuerint: posset huic causæ disceptator legi: non qsq̃ te potius optandus nobis fuit: nõ qa negem hoc haud bene esse cõpositũ: Sed qa legé hanc esse cõponédi in omnibus principiis recusem. Nam iudicis animus uarie præparatur: tum miserabiles esse uolumus: tum modesti: tũ acres: tum graues: tum blandi: tum flectere: tum ad diligentiam hortari. Hæc ut sunt diuersa natura dissimilem cõponendi quoq; rationem desiderant: an similibus Cicero usus é numeris ĩ exordio pro Milone: pro Cluẽtio: pro Ligario. Narratio fere tardiores: atq; ut sic dixerim modestiores desiderat pedes: & nõibus maxime mixtos. nam & uerbis ut sæpius pressa est: ita iterim ĩsurgit: sed docere & ĩfigere animis res sẽp cupit: quod minime festinã-tium opus est. Ac mihi uidetur tota narratio cõstare lõgioribus mẽbris: breuioribus periodis: argumenta acria & citata: pedibus quoq; ad hanc naturam accõmodatis utẽt̃. Nõ dum. n. ita ut trocheis: quæ celeria qdé: sed sine uiribus sunt. Veꝝ q̃uis sint breuibus longisq; mixta: nõ tamé plures longas q̃ breues habentia. Illa sublimia spaciosas clarasq; uoces habent: amant amplitudiné: dactyli quoq; ac pæonis etiam si maiori ex pte syllabis breuibus: temporibus tamen satis pleni: aspera contra. Iambus maxime cõcitatus: non solum ꝗ sint e duabus modo syllabis: eoq; frequẽtiorem quasi pulsum habent: quæ res lenitati contraria est: sed etiam ꝗ oĩbus pedibus ĩsurgunt: & a breuibus ĩ longas nituntur & crescunt. Ideoq; meliores choreis q a longis ĩ breues cadunt: summissa qualia ĩ epilogis. sed lentas & ipsa & minus exclamantes exigũt. Vult esse Celsus aliquam & supiorem cõpositionem: quam qdem scire nos doceremus: sed sit necesse é tarda & supina. Veꝝ nisi ex uerbis atq; sété-tiis p se: si id quærit̃ satis odiosa esse nõ poterit. Deniq; ut semel finiã sic fere cõponendum: quo modo ꝓnunciandũ erit. at. n. non ĩ ꝓœmiis pleꝝq; summis: nisi cum ĩ accusatione cõcitandus est iudex: aut aliqua ĩdignatione cõplendus. In narratione pleni atq; expressi: ĩ argumentis citati atq; ipso etiam motu celeres simus: ut ĩ locis ac descriptionibus fusi ac fluentes. In epilogis plerũq; deiecti & ĩfracti: atq; corporis quoq;

motus sua quædam tempora & ad signa pedum: non minus saltationi: q̃ modulationibus adhibet musica ratio numerorum. Quod nõ uox ad artus accõmodat̃: natura ipsarũ de qbus dicimus rerũ: quo minus id mirũ in pedibus orõnis: cũ debeant sublimia ingredi: lenia duci: acria currere: delicata fluere. Itaq; ubi est necesse: affectamus etiã tumorẽ: & spõdeis atq; iambis maxĩe continet̃. Hyperoargus: sceptra mihi licuit pelops. At ille comicus æque senarius quem trochaicum uocãt pluribus choreis q trochei ab aliis dicuntur. Pyrrichius qdẽ decurrit: sed q̃tũ celeritatis: tantum grauitatis amittit: qd igit̃ faciam? ne nunc quidẽ. Aspere uero & male dicũt. Dixit: etiã ĩ carmĩe iãbis crassãt̃: qs hoc põt uidere? qs põt pati? nisi ĩpudicus & uorax & aleo? In uniuersũ autẽ si sit necesse durã potius atq; asperam cõpositionem malĩ esse q̃ effœminatã: & eneruẽ: qualis apud multos: & quotidie magis lasciuissĩus. Sed ĩ tonorũ modis saltitãtes: ac ne tã bona qdẽ ulla erit: ut debeat esse cõtinua: Et ĩ eosdẽ semper pedes ire. Nam & uersificandi genus est unam legem oĩbus sermonibus dare: & id cũ manifesta affectatione: cui rei maxime cauenda suspicio est: tum etiam tediũ ex similitudine ac facietatẽ creat: quodq; est dulcius magis perdit: atque & fidem & affectus motusq; omnis q est ĩ hac cura deprehẽsus: nec potest ei credere aut ꝑpter eum dolere & irasci iudex cui putat hoc uacare. Ideoq; ꝙ ĩtima quædã quasi soluẽda de industria sunt: quædam illa maximi laboris ne laborata uideantur. Sed neq; lõgioribus q̃ oportet hyperbatis cõpositioni seruiamus: neq; eius gratia fecerimus: ꝑpter fecisse uideamur. & certe nullũ aptum atq; idoneum uerbũ permittemus gratia lenitatis. Neq; .n. erit ullum tam difficile quod non commode inseri possit: nisi ꝙ ĩ euitandis eiusmodi uerbis non decorẽ compositionis quærimus: sed facilitatem. Non tamẽ mirabor latinos magis indulxisse compositioni: q̃ atticos: q̃uis minus in uerbis habeant ueritatis & gratiæ: nec uitiũ dixerĩ. Si Cicero a Demosthene paululũ ĩ hac parte desciuit. Sed quæ sit differẽtia nostri græciq; sermonis explicabit summus liber. compositio (Nam finem imponere egresso destinatũ modum uolumini festino) debet esse honesta: iucũda: uaria. Eius tres ptes: ordo: cõiũctio: numerus. Ratio ĩadiectiõe: detractiõe: mutatiõe: usu pro natura rerũ quas dicimus cura magna: ut sẽtiendi atq; loquendi prior sit dissimulatio curæ præcipua: ut numerũ sponte flexisse non arcessisse: ne arcessiti & coacti esse uideantur.

M. FABII QVINTILIANI LIBER NONVS FINIT FELICITER.

MARCI FABII QVINTILIANI LIBER DECIMVS INCIPIT.

DE Copia Verborum.



ED HAEC ELOQVENDI PRAECEPTA Sicut cogitationi sũt necessaria : ita nõ satis ad uĩ dicendi ualet:nisi illis formæ quædã facilitas:quæ apud græcos lexis noĩatur:accesserit. ad quã scribedo plus an legẽdo:an dicẽdo cõsequamur solere quæri scio:quod esset diligentius nobis examinandũ cura:si qualibet earũ rerũ possemus una esse cõtẽti. Verũ ita sũt ĩter se cõnexa & indiscreta omnia:ut siqui flexus iisdem defuerint:frustra sit in cæteris laboratũ. Nã neq; solida atq; robusta fuerit unq̃ eloquẽtia:nisi multo stilo uires accepit. Et citra lectionis exẽplũ labor ille carens rectore fluit. Qui autẽ scierit quo quæq; mõ sint dicenda:nisi tãq̃ in procinctu paratam q̃dem ad omnes casus habuerit eloquentiã:uelut clausis thesauris incubabit. Nõ autem quicq; præcipue necessariũ est:sic ad efficiẽdum oratorẽ maximi protinus erit momenti. Nam certe cum sit in eloquendo oratoris officium positum:dicere ãte omnia est:atq; hinc initiũ eius artis fuisse manifestum est:proximã deinde imitationẽ: nouissimã scribẽdi quoq; diligentiam:sed ut perueniri ad summam nisi ex principiis nõ potest: ita procedente iam opere iam minima incipiunt esse quæ prima sunt. Verum nos nõ quo mõ instituendus orator hoc loco dicimus. Nam id quidem aut satis aut certe uti potuimus dictum est : sed ut athlæta:qui omnia iam perdidicerit a præceptore:nimirũ quo genere exercitatiõis ad certamina præparandus sit. ita eum qui res inuenire & disponere sciet: uerba quoq; & eligendi & collocandi rationem præceperit instruamus: qua in oratione quæ dicere facere q̃optime q̃ facillime possit. Nõ ergo dubium est qn ei uelut opes sint quædã paranda:e quibus ubicũq; desideratum erit possit ei constare copia rerum ac uerborũ. Sed res ꝓprie sũt cuiuscunq; causæ aut paucis cõmunes uerba in uniuersas paranda: quæ si in rebus singulis essent:sigula minorem curam postularent. Nã cũcta se se cum iis ꝑtinus rebus offerrẽt:sed cum sit aliis alia:aut magis ꝓpria:aut magis ornata:aut plus efficientia:aut melius sonãtia debent esse nõ solum nota omnia: sed ĩ promptu:atq; ut ita dicam in cõspectu ut cum se iudicio dicentis ostenderint:facilis ex his optimorũ sit electio & quæ idẽ significarẽt solitos:scio dicere quo facilius & occurreret unũ ex pluribus:et cũ esset usui aliquod si breue ĩtra semet ipsũ rursus desiderat:effugiẽdæ repetitiõis gratia sumerẽt aliud quod idẽ ĩtelligi posset: quod cũ est puerile & cuiusdã ĩfœlicis operæ : tum etiam utile parum. turbam enim modo cõgregat:ex quo sine discrimine occupet ꝓximum quodq;.nobis autem copia cum iudicio paranda est:uim orandi : non

circulatoriam uoluptatẽ ſpectantibus. Id autem conſequimur optima legendo & audiendo. non enim ſolum nomina ipſa rerũ cognoſcimus hac cura: ſed cui quoq; loco ſit aptiſſimum. Omnibus enim fere rebus uel præter pauca quæ ſunt parum uerecunda in oratione locus eſt. Nã ſcriptores iamboꝶ ueteriſq; comœdiæ etiam ĩ illis ſæpe laudantur: ſed nobis noſtrũ opus interĩ tueri ſatis eſt. Omnia uerba exceptis de quibus dixi ſunt alicubi optima: & humilibus ĩterĩ & uulgaribus opus: & quæ utiliore in parte uidentˀ ſordida: ubi res poſcit proprie dicuntˀ. Hæc ut ſciamus atq; eoꝶ nõ ſignificationem modo: ſed formas etiã mẽſuraſq; norimus: & ubicunq; erunt poſita conueniant: niſi multa lectione atq; auditione aſſequi nõ poſſumus: cum omnem ſermonem auribus primum accipiamus: ꝑpter quod infãtes a mutis nutricibus iuſſu regũ ĩ ſolitudĩe educati: etiam ſi uerba quædam emiſiſſe traduntur: tamen loquendi facultate caruerunt. Sunt autem alia huis naturæ: ut idem pluribus uocibus declarẽt: ita ut nihil ſignificatõis: quo potius utaris ĩterſit: ut enſis & gladius: alia etiam quæ ſi ꝓpria reꝶ aliquaꝶ ſint noĩa tropicos: quaſi tamen ad eũdẽ intellectũ ferũtˀ: ut ferrũ & mucro: nam per abuſionem ſicarios etiam omnes uocamus: qui cædẽ telo quocũq; cõmiſerint. Talia circuitu uerborũ plurium oſtendimus: quale eſt. Et preſſi copia lactis. Plurima uero mutatiõe figuramus. Scio: nõ ignoro: & nõ me fugit: non me præterit: & qs neſcit: nemini dubiũ eſt: ſed etiã ex ꝓximo mutuari licet. Nam & ĩtelligo & ſẽtio & uideo ſæpe idẽ ualẽt: quod ſcio. quoꝶ nobis ubertatem ac diuitias dabit lectio: ut nõ ſolum quomõ occurrerĩt: ſed etiam qũo oportet utamur. Nõ ſẽper enĩ hæc inter ſe idẽ faciunt: nec ſicut de ĩtellectu animi recte dixerim uideo: ita de uiſu oculorũ intelligo: nec ut mucro gladium: ſic mucronem gladius oſtendit. Sed ut copioſus uerborum ſit paratus: ita non uerborũ tantũ gratia legendum uel audiendum eſt. Nam omnium quæcũq; docemus hæc ſunt exempla: potentiora etiam ipſius quæ traduntur artibus: cum eo qui diſcit perductus eſt: intelligere ea ſine demonſtrante: & ſequi iã ſuis uiribus poſſit: quia quæ doctor præcepit orator oſtẽdit. Alia uero legẽtes: alia audientes magis adiuuant. Et excitat qui dicit ſpiritu ipſo: nec imagine et ambitu rerum: ſed rebus ĩcendit. Viuunt enim omnia & mouẽtˀ. Excipimuſq; noua illa uelut naſcẽtia cũ fauore ac ſolicitudine: nec fortuna modo iudicii: ſed etiã ipſorum qui orãt periculo afficimur: præter hæc uox & actio decora commodat: ut qd qſq; locus poſtulabit ꝓnũciandi: uel potentiſſima in dicendo ratio: & ut ſemel dicam piter omnia docent. In lectione certius iudicium quod audienti frequenter aut ſuus cuiuſq; fauor: aut ille laudantium clamor extorquet. Pudet

enim diſſẽtire:& illud tacita quadam uerecundia ĩhibemur:plus nobis credere cum ĩterim & uitioſa pluribus placent : & a conrogatis laudãtur etiam quæ non placent. Sed econtrario quoq; accidit:ut optime dictis gratiam praua iudicia non referant:lectio libera eſt. nec actiõis impetu tranſcurrit:ſed repetere ſæpius licet:ſiue dubites:ſiue memoriæ affigere uelis. repetimus autẽ & tractamus:& ut cibos mãſos ac ꝓpe liquefactos dimittimus:quo facilius digerãt᷑. Ita lectio nõ cruda ſed multa iteratiõe mollita & uelut cõfecta memoriæ imitationiq; tradat᷑:ac diu non niſi optimus qſq;:& q credentẽ ſibi mnime fallat legẽdus eſt:ſed diligẽter ac pene ad ſcribẽdi ſolicitudinẽ:nec p partes mõ ſcrutãda omĩa:ſed per/lectus liber utiq; ex integro reſumendus:præcipue oratio cuius uirtutes frequenter ex induſtria quoq; occultãtur:ſæpe enim præparat diſſimu/latim inſidias orator:atq; in prima parte actionis dicit quæ ſũt ĩ ſũma profutura:itaq; ſuo loco minus placent adhuc nobis quare dicta ſunt ignorantibus . Ideoq; erunt cognitis omnibus repetenda. Illud uero utiliſſimum noſſe eas cauſas : quaꝝ orationes in manus ſumpſimus: & quotiens continget utrinq; habitas legere actiones:ut Demoſthenis & Aeſchynis inter ſe cõtrarias:ut Seruii Sulpitii & Meſſalæ:quoꝝ alter pro Aufidia contradixit:alter et Pollionis & Caſſii reus aſpernatus eſt: aliaſq; plurimas:ut quin etiã ſi minus pares uidebunt᷑ : aliquæ tamẽ ad cognoſcendũ litium quæſtionem:recte reqrent᷑ : ut cõtra Ciceronis oratiões: Tuberonis ĩ Ligariũ & Hortenſii pro Verre:quis etiam eaſdẽ cauſas utriſq; erit ſcire . Nam de domo Ciceronis dixit Calidius : & pro Milone orationem Brutus exercitationis cauſa ſcripſit . Etiam ſi ægiſſe eũ Cornelius Celſus falſo exiſtĩat:& Pollio & Meſſalla defẽderũt eoſdẽ:& nobis pueris inſignes. at ꝓ Voluſeno Catulo:Domitii Afri: Criſpi : Paſſieni:Decimi Lælii oratiões ferebant᷑. neq; id ſtatim legenti perſuaſum ſic omnia:quæ omnes auctores dixerunt:utiq; eſſe ꝑfecta. nam & labant aliquando & oneri cædunt:& indulgent ingenioꝝ ſuoꝝ uoluptati:nec ſemper incẽdunt animũ:nõnunq̃ fatigant᷑. Cũ Ciceroni dormitare ĩterĩ Demoſthenis oratio:uerũ etiã Homerus ipſe uideatur. ſũmi enĩ ſũt:homĩes tamẽ:acciditq; iis:qui qcq apud illos reppererũt: dicẽdi legem putant : ut deteriora imitent᷑. Id enĩ eſt facilius:ac ſe abũ/de ſimiles putant ſi uitia magnoꝝ cõſequãtur:modeſte tamen & circũ/ſpecto iudicio de tantis uiri ꝓnũciandũ eſt:ne(quod pleriſq; accidit : damnẽt quæ non intelligunt . Ac ſi neceſſe eſt in alterã errare partem omĩa eoꝝ legẽtibus placere:q̃ multa diſplicere maluerĩ. Plurimũ dicit oratori conferre Theophraſtus lectionem poetaꝝ:multiq; eius iudiciũ ſequũt᷑:neq; inmerito :nãq; ab iis ĩ rebus ſpiritus & ĩ uerbis ſublimitas

& in affectibus motus omnis & in psonis decor petitr: præcipueq; uelut attrita quotidiano actu forensi ingenia optime rez talium blandicia reperiantr. Ideoq; in hac lectione Cicero requiescendū putat: meminerimus tamen: non per omnia poetas esse oratori sequendos: nec libertate uerboz: nec licentia figuraz. genus ostentationi compatū: & præter id quod solā petit uoluptaté: & eam fīgédo nō falsa modo: sed etiā incredibilia sectatr: patrocinio quoq; aliquo iuuari: q alligata ad certā pedū necessitaté nō semper uti propriis poscit: sed repulsi a recta uia necessario ad eloquendi quædam diuerticula confugiant. nec mutare quædam modo uerba: sed extendere: corripere: conuertere: diuidere cogantur. nos uero armatos stare in acie: & summis de rebus decernere: & ad uictoriā niti. Neq; ego arma squalore: situ: ac rubigīe uelī: sed fulgore munisse q terreat: qualis est ferri: quo mēs simul uisusq; perstringatur: nō qualis auri argétiq; ībellis: & potius habēti periculosus. Historia quoq; alere orationem: quodam molli iucūdoq; succo potest. Verum & ipsa sic est legenda: ut sciamus plerasq; eius uirtutes oratori esse uitādas. Est enim proxima poetis: & quodammodo carmē solutum est: & scribuntur ad narrādū: non ad probandum: totūq; opus nō ad intuitū rei pugnamq; præsētem: sed ad memoriam posteritatis: & ingenii famam componitr. Ideoq; & uerbis liberioribus & remotioribus figuris narrādi tediū euitat. itaq; ut dixi neq; illa salustiana breuitas: quia nihil apud aures uacuas atq; eruditas potest esse perfectius: apud occupatū uariis cogitatiōībus iudicem & sæpius ineruditum captanda nobis est: neq; illa Liuii lactea ubertas satis decebit eū qui non speciem expositionis: sed fidé quærit. Audio quod. M. Tullius neq; Thucydidem quidem aut Xenophontem inutiles oratori putat: q̄q̄ illius bellicū canorem: huius ore musas esse locutas existimet: licet tamē nobis in digressionibus uti: uel historico nō nunq̄ nitore: dū ī iis de quibus erit quæstio meminerimus nō athlætaz thoros: sed militū lacertos esse: nec uersicolorem illam; qua Demetrius Phalereus dicebatur uti uestem bene ad forēsem puluerem facere. Est & alius ex historiis usus: & is quidé maximus: sed non ad præsēté pertinés locū ex cognitione rerum exemplorumq;: quibus in primis instructus esse debet orator: nec omnia testimonia expetat a litigatore: sed pleraq; ex uetustate diligenter sibi cognita sumat. hæc potētiora: q ea sola criminibus odii & gratia uacant. A philosophorum uero lectione: ut essēt nobis multa petenda uitio factum est: alias oratorum: quæ quidem illis optima sui operis parte censentur. Nam & de iustis: honestis: utilibus: iisq; quæ sint cōtraria: & de rebus diuinis maxime dicunt: & argumētātr acriter. Ex altercationibus atq; īterrogationibus oratoré futurū optime

socratici præparant. Sed iis quoq; adhibendum est simile iudicium: ut etiã cum in rebus uersemur iisdem: non tamẽ eandẽ esse conditionem sciamus litiũ ac dispositionũ fori & auditorii: præceptorũ & piculo℞. Credo exacturos plerosq;: cum tãtũ esse utilitatis in legendo iudicemus: ut id quoq; adiungamus operi: qui sint: quæ ĩ auct ore quoq; præcipua uirtus: sed persequi sĩgulos infiniti fuerit operis. Quippe cũ in Bruto M. Tullius tot milibus uersuum de romanis tantum oratoribus loquat: & tamẽ de omnibus ætatis suæ quidẽ quisq; cõniuebat: exceptis Cæsare atq; Marcello silentiũ egerit. quis erit modus: si & illos qui postea fuerunt: & græcos omnes philosophos. Fuit igitur breuitas illa tutissima: quæ apud Liuium ĩ epistola ad filium scripta legendos Demosthenem at Ciceronem. tũ ita ut quisq; esset Demostheni: & Ciceroni simillimus: nõ est dissimilãda nr̃i quoq; iudicii summa: paucos & uix ullum ex iis qui uetustatẽ pertulerũt: existimo posse reperiri: qui iudiciũ adeuntibus allaturus sit utilitatis aliquid: cũ se Cicero ab illis quoq; uetustissimis auctoribus: ingeniosis quidem: sed arte carentibus plurimum fateatur adiutum. nec multo alud de nobis sentio: quod enim quisq; ĩ ueritate tumẽs potensq;: ne minima quidem alicuius cæteræ fiducia partis memoriã artis sperauerit. qui siquis est intra primos: statĩ uersus deprehẽdetur: & citius nos dimittet: q̃ ut eius nobis magno temporis detrimẽto cõstet experimentum: sed nõ quicqd ad aliquam partẽ sciẽtiæ pertinet: protinus ad faciẽdã etiã de qua loquimur accõmodatũ. Uerũ anteq̃ de singulis loquar pauca in uniuersum de uarietate opinionum dicenda sunt. Nam quidã solos ueteres legendos putãt: neq; ĩ ullis aliis esse naturalem eloquentiam: & robur uiris dignum arbitrãt. Alias recẽs hæc lasciuia deliciaq;: & omnia ad uoluptatem multitudinis imperite composita delectãt ipsos: etiam qui rectum dicendi genus seq uolunt alii pressa demum & tenuia: atq; quæ minimum ab usu quotidiano recedãt: sana & uere attica putant. Quosdam elatior ingenii uis: & magis cõcitata: & alias spurcitiis plena capit. Sunt etiã lenis & nitidi & compositi generis non pauci amatores: de qua differẽtia differam diligẽtius: cũ de genere dicẽdi quærẽdũ erit. Interim sũma quia & a qua lectione petere possit: quæ confirmare facultatem dicendi uolunt attĩgã paucos. Sunt enim eminentissimi & excerpere ĩn animo est: facile est autẽ studiosis qui sunt iis simillimi iudicare: ne quisq̃ quærat omissos forte aliquos: quos ipse ualde ꝓbet. Fateor enĩ plures legẽdos esse q̃ q noĩabũt. Sed nunc genera ipsa lectionum quæ præcipue conuenire intendẽtibus: ut oratores fiãt existimem persequar. Igitur ut Aratus ab Ioue ĩcipiẽdũ putat: nos ita rite cœpturi ab Homero uidemur. Hic enĩ queadmodũ

ex oceano dicit ipse amniũ uim fontiũq; cursus ĩitiũ capere: omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. hunc nemo in magnis rebus sublimitate: ĩ paruis proprietate superauit: idẽ lætus ac depressus: iucũdus & grauis: tũ copia: tum breuitate mirabilis: nec poetica modo: sed oratoria uirtute eminentissimus. Nanq; ut de laudibus: exhortationibus: cõsolationibusq; taceam: nonne uel nonus liber: quo missa ad Achillem legatio cõtinetur: uel in primo inter duces illa contentio: uel dictæ in secũdo sententiæ omnes litium ac consiliorum explicãt artes? Affectus quidem uel illos mites: uel hos cõcitatos: nemo erit tã ĩdoctus qui nõ in sua potestate hunc auctorẽ habuisse fateatur. Age uero nõne utriusq; operis ingressus in paucissimis uersibus legem proœmiorum nõ dico seruauit sed cõstituit? Nam & beniuolũ auditorem inuocatiõe dearum: quas præsidere uatibus creditum est: et intentum proposita rerum magnitudine & docilẽ sũma celeriter cõprehensa facit. Narrare uero quis breuius q̃ qui mortem nũciat Patrocli? qs significantius põt q̃ q Curetum ætholorũq; prœlium exponit? Iam similitudines: amplificationes: exempla: digressus: signa rerum: & argumenta: Cæteraq; quæ probandi ac refutandi sũt: ita multa ut etiam qui de artibus scripserũt plurima earum rerum testimonia ab hoc poeta petãt. Nam & epilogus quidem quis ũq̃ poterit illis rogãtis Achillẽ Priami precibus æquari? Quid in uerbis: sẽtẽtiis: figuris: dispositiõe totius operis: nõne humani ingenii modum excessit? ut magni sit uiri uirtutes eius: nõ æmulatiõe: quod fieri non potest: sed intellectu sequi? Verũ hic omnes sine dubio & in omni genere eloquẽtiæ procul a se reliquit. Heroicos tamen præcipue uidelicet quia clarissĩa ĩ materia similis cõparatio est. raro assurgit Hesiodus: magnaq; pars eius ĩ nominibus est occupata: tamẽ utiles circa præcepta sẽtẽtiæ: leuitasq; uerborum: & expositionis probabilis dat̃ ei palma ĩ illo mediocri genere dicendi. Cõtra ĩ ãtimacho uis & grauitas & minime uulgare eloquendi genus babet laudem. Sed q̃uis ei secũdas fere grãmaticorum cõsẽsus deferat: & affectibus: & iucũditate: & dispositione: & omnino arte deficitur: ut plane manifeste apparet quãto sit aliud proximum esse: aliud secundũ. Panesium ex utroq; mixtũ putãt in eloquendo neutrius æquare uirtutes: alterum tamen ab eo materia: alterum dispõẽdi ratione superari. Apollonius ĩ ordinem a grãmaticis datũ nõ uenit: quia Aristarchus atq; Aristophanes poetarũ ĩdices neminẽ sui tp̃ris ĩ numerũ redegerũt: nõ tamẽ contemnẽdũ edidit opus: æquali quadã mediocritate. Arati materia motu caret: ut in qua nulla uarietas: nullus affectus: nulla persona cuiusq̃ sit oratio: sufficit tamẽ operi cui se parem credidit uel æqualẽ. Admirabilis ĩ suo genere Theocritus:

ſed muſa illa ruſtica & paſtoralis non forum modo: uerum ipſam etiã urbem reformidat. Audire uideor undiq; congerentes nomĩa plurimoꝝ poetarũ: quid Herculis acta nõ bene Piſandros: quid Nicandrũ fruſtra ſecuti Marcer atq; Virgilius. Quid Euphorionẽ fruſtra trãſibimus: quẽ niſi probaſſet Virgilius: idẽ nũq̃ certe cõditorũ calcidico uerſu carminũ feciſſet ĩ bucolicis mentionem. Quid Horatius fruſtra Dircæũ Homero ſubiungit. nec ſane quiſq̃ eſt tam procul a cognitione eorum remotus: ut non indicem certe ex bibliotheca ſumptum transferre in libros ſuos poſſit. Nec ignoro igitur quos trãſeo: nec utiq; dãno: ut q̃ dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid: ſed ad illos iam perfectis conſtitutiſq; uiribus reuertemur: quod ẽ ĩ cœnis grãdibus ſæpe facimus: ut cũ optimis ſaciati ſimus: uarietas tamẽ nobis ex uilioribus grata ſit. Tũc & elegiã uacabit in manus ſumere: cuius princeps habet̃ Calimachus: ſecundas confeſſione plurimorum Philotas occupauit: ſed dum aſſequimur illã firmam ut dixi facilitatem: optimis aſſueſcendum eſt: & multo magis quia multorum lectione formanda mens: & ducendus color. Itaq; ex tribus receptis Ariſtarchi iudicio ſcriptoribus iamborum ad exitũ maxĩe pertinebit unus Archilochus. Sũma ĩ hoc uis elocutionis: cũ ualidæ: tũ breues uibrantesq; ſententiæ. plurimum ſãguinis atq; neruorum: adeo ut uideatur quibuſdam: q̃ quidem minor eſt materiæ eſſe: non ingenii uitiũ. Nouẽ uero lyricorũ longe Pĩdarus princeps ſpiritus: magnificẽtia ſentẽtiis: figuris: beatiſſima rerum ueborumq; copia: & uelut quodam eloquentiæ flumine: propter quod Horatius eũ merito credidit nemini imitabilem. Therpſicorus q̃ ſit ĩgenio ualidus: materiæ quoq; oſtẽdũt maxima bella: & clariſſimos canẽtem duces: & epici carminis onera lyra ſuſtinente. Reddit enim preſonis in agendo ſimul loquẽdoq; debitam dignitatem: ac ſi tenuiſſet modum uidet̃ æmulari proximus Homerũ potuiſſe: ſed redundat atq; effũditur: quod ut eſt reprehendendum: ita copiæ uitium eſt. Alceus in parte operis aureo plectro merito donatur quia tyrannos ĩſectatus: multum etiam moribus confert: in eloquẽdo quoq; breuis & magnificus & diligens: Homero ſimilis: ſed ĩ luſus & in amores deſcendit: maioribus tamen aptior Simonides tenuis: alioq̃n ſermone proprio: & iucũditate quadam commendari poteſt: præcipue tamen eius in cõmouenda miſeratione uirtus: ut quidam in hac eum parte omĩbus eiuſdẽ operis auctoribus præferãt. Antiqua illa Comœdia cum ſincæram illam ſermonis attici gratiã prope ſola retinet: tũ fœcũ-diſſimæ libertatis. & ſi eſt in ſectandis uitiis præcipua: plurium tamen uirium etiam in cæteris partibus habet. Nam & grandis & elegans: & uenuſta: & neſcio an ulla poſt Homerum tamen: quem ut Achillem

sẽper excipi par eſt:aut ſimilior ſit oratoribus:aut ad oratores faciẽdis aptior. plures enim auctores Ariſtophanes tamẽ & Eupolis:Cratinusq; præcipui. Tragœdias primus ĩ lucẽ Aeſchylus ꝓtulit:ſublimis & grauis & grãdiloquus:ſæpe uſq; ad uitiũ : ſed rudis in pleriſq; & incõpoſitus: propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre poſterioribus poetis athenienſes permiſere. Suntq; eo modo multi coronati:ſed lõge clarius illuſtrauerunt hoc opus Sophocles atq; Euripides: quorum ĩ diſpari dicendi uia uter ſit poeta melior:inter plurimos quærit̃. Idq; ego ſane:quoniam ad præſentem materiam nihil pertinet iniudicatũ relinquo. Illud quidem nemo non fateatur neceſſe eſt:iis qui ſe ad agendũ comparant utiliorem longe Euripidem fore. Nãq; is ſermone quo ipſũ reprehendunt qbus grauitas & cothurnus & ſonus Sophoclis uidet̃ eſſe ſublimior:magis accedit oratori generi & ſententiis denſus:& ĩ iis quæ a ſapientibus tradita ſunt pene ipſis par:& in dicendo atq; reſpõdẽdo ciuiliter eorum qui fuerunt ĩ foro diſertis comparandus. In affectibus uero cum omnibus mirus:tum in iis quæ miſeratione conſtant facile præcipuus & admirãdus maxime eſt:ut ſæpe teſtatur:& cũ ſecutus:q̃q̃ ĩ opere diuerſo Menander:qui uel unus meo quidem iudicio diligenter lectus ad cũcta quæ præcipimus efficiẽda ſufficiat:ita omnẽ uitæ imaginem expreſſit:tanta in eo inueniendi copia & eloquendi facultas:ita eſt omnibus rebus:perſonis:affectibus acommodatus. nec nihil ꝓfecto uiderũt qui orationes quæ Cariſii nomine eduntur a Menãdro ſcriptas putant:ſed mihi longe magis orator probari in opere ſuo uidetur:niſi forte aut alia mala iudicia quæ epithrepontes epicleros lectos habent: aut meditatiões ĩ Sophocle & nomothethæ hipoliolineo nõ omĩbus oratoris numeris ſunt abſolutæ. Ego tamẽ plus adhuc quiddam collaturũ eſſe declamatoribus puto:quoniam iis neceſſe eſt ſecundum cõditionẽ controuerſiarũ plures ſubire pſonas patrũ :filiorũ maritorũ:militum: ruſticorum:diuitum:pauperum:iraſcentium:deprecantium: mitium: aſperorũ. In quibus omnibus mire cuſtoditur ab hoc poeta decor:atq; ille quidẽ omnibus eiuſdẽ operis auctoribus abſtulit nomẽ: & fulgore quodã ſuæ claritatis tenebras obduxit. habẽt tamen alii quoq; comici ſi cum uenia legant̃ quædã quæ poſſis decerpere. et præcipue Philemõ q̃ q̃uis praue ſui tẽporis iudiciis Menãdro ſæpe prælatus eſt:ita cõſẽſu tamen omniũ meruit credi eſſe ſecundus. Hiſtoriam multi ſcripſere præclare:ſed nemo dubitat lõge duos cæteris præferẽdos:quorũ diuerſa uirtus laudem pene eſt parem conſecuta. Denſus & breuis & ſẽp ĩſtãs ſibi Thucydides:dulcis & cãdidus & effuſus Herodotus. ille cõcitatis: hic remiſſis affectibus melior. ille cõcionibus:hic ſermonibus. ille ui:hic

uolũtate. Theopompus iis proximus: ut in historia prædictis minor: ita oratori magis similis: ut qui ãteq̃ est ad hoc opus solicitatus: diu fuerit orator. Philistus quoq; meret̃: qui turbæ: q̃uis bonorũ post hos auctorꝶ existimatur imitator Thucydidis: & ut multo ĩfirmior: ita aliquatenus lucidior. Ephorus ut Isocrati uisum calcaribus eget. Clitarchi probatur ĩgeniũ: fides infamat̃. lõgo post interuallo temporis natus Timagenes: uel hoc ipso probabilis: ꝙ intermissam historias scribendi industriam noua laude reparauit. Xenophon nõ excidit mihi: sed iter philosophos reddendus est. Sequitur oratorum ingens manus: ut cum decem simul athenis ætas una tulerit: quorum lõge princeps Demosthenes: ac pene lex orandi fuit: tanta uis in eo: tam densa omnia: ita quibusdam uerius intẽta sũt: tamen nihil ociosum is dicendi modus: ut nequid desit ĩ eo: nec quid redũdet ĩuenias. Plenior Aeschynes: & magis fusus: & grãdiori similis: quo minus strictus: carnis tamẽ plus habet: minus lacertorum. Dulcis in primis & acutus Hyperydes est: sed minoribus causis: ut non dixerim utilior: magis par. his ætate Lysias maior: subtilis atq; elegãs: & quo nihil si oratori satis sit dicere quæras perfectius. nihil eni est ĩane: nihil arcessitum: puro tamen fonti: q̃ magno flumini propior. Isocrate ĩ diuerso genere dicẽdi nitidus & comptus: & palæstræ q̃ pugnæ magis acõmodatus. Omẽs dicẽdi ueneres sectatus est: nec ĩmerito. auditoriis enim se non iudiciis comparat: inuentione facilis: honesti studiosus: in compositione adeo diligens: ut cura eius reprehẽdatur. Neq; ego in his de quibus sum locutus has solas uirtutes: sed has præcipuas puto: nec cæteros parum fuisse magnos. quin etiã Phalereũ illum Demetrium: (q̃q̃ is primus inclinasse eloquentiam dicitur) multum ingenii habuisse & facũdæ fateor: uel ab hoc memoria dignũ: ꝙ ultimus est fere ex atticis qui dici possit orator: quem tamẽ in illo medio genere dicendi præfert omnibus Cicero philosophorũ. ex quibus plurimũ se traxisse eloquẽtiæ. M. Tullius cõfitet̃. Quis dubitet Platonẽ esse præcipuum? siue acumĩe differẽdi: siue eloquẽdi facultate diuina quadã & homerica. multũ enĩ supra prosã orationem: & quã pedestrẽ græci uocãt: surgit. ut mihi nõ hominis ingenio: sed quodam delphico uideatur oraculo ĩstinctus. Quid ego commemorem Xenophõtis illam iucũditatem ĩaffectatam? sed quam nulla affectatio consequi possit: ut ipse sermonẽ græcis finxisse uideatur. Et quod de Pericle ueteris comœdiæ testimonium est in hũc transferri iustissĩe possit: ĩ labris eius sedisse quandam persuadẽdi deã. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? qd Aristotelem? quẽ dubito sciẽtia rerũ: an scriptorum copia: an eloquẽdi usu suauitate: an inuentionum acumine: an uarietate operum clariorem putem. Nam in

Theophrasto tam est eloquẽdi nitor ille diuinus: ut ex eo quoq; nomẽ traxisse dicatur. Minus ĩdulsere eloquẽtiæ stoici ueteres: sed cũ honesta suaserunt: tum in eligendo probandoq; quod instituerant plurimum ualuerunt: rebus tamẽ acuti magis q̃ id quod sane nõ affectant oratiõe magnifici. Quid romanorum: idẽ nobis per romanos quoq; auctores ordo ducẽdus est. Itaq; ut apud illos Homerus: sic apud nos Virgilius auspicatissimũ dederit exordiũ: omnium generis eius poetarũ græcorũ nostrorũq; haud dubie proximus. Vtar enim uerbis iisdẽ quæ ab Afro Domitio iuuenis excepi: qui mihi ĩterroganti: quem Homero crederet maxime accedere. Secũdus inquit est Virgilius: propior tamen primo q̃ tertio. Et hercle ut illi naturæ cælesti atq; immortali cesserimus: ita curæ & diligentiæ: uel ideo in hoc plus est: quod ei fuit magis laborandum: & quanto plus eminẽtioribus uincimus fortasse æqualitate pensamus. Cæteri omnes lõge sequentur. Nã Macer & Lucretius legẽdi quidẽ: sed nõ ut phrasĩ. i. ut corpus eloquẽtiæ faciãt: elegãtes ĩ sua quisq; materia: sed alter humilis: alter difficilis. Athacinus Varro ĩ his per quæ nomẽ est assecutus interpres operis alieni: non spernendus quidem: Verũ ad augendam facultatem dicendi parum locuplex. Ennium sicut sacros uetustate lucos adoremus: in quibus grãdia & antiqua robora: iam nõ tantam habent speciem quantam religionẽ. Propiores alii ad hanc: atq; de qua loquimur magis utiles. Lasciuus quidem ĩ heroicis: q̃q̃ Ouidius: & nimiũ amator ingenii sui: laudandus tamen parcius. Cornelius aũt seuerus etiã si uersificator q̃ poeta melior: si tamẽ ut est dictum ad exẽplar primi libri bellũ siculũ perscripsisset: iudicaret sibi iure secũdum locum. sed eum consumari mors immatura nõ passa est: puerilia tamẽ eius operam & maximam indolem ostendũt: & admirabilem præcipue in ætate illa recti generis uolũtatem. Multum in Valerio Flacco nuper amisimus. uehemens & poeticum ingenium Salii Bassi fuit: nec ipsum senectute maturum. Rabirius ac Pedo non indigni cognitione: si uacet Lucanus ardẽs & concitatus & sententiis clarissimus: & ut dicam: quod sẽtio magis oratoribus q̃ poetis numerãdus. Hos nominauimus: quia Germanicũ Augustum ab ĩstitutis studiis deflexit cura terrarũ: parũq; diis uisum est esse eum maximũ poetarum. Qui tamen iis ipsis eius operibus: ĩ quæ donatus imperio iuuenis successerat sublimius: doctius: omnibus deniq; numeris præstãtius. Quis enĩ caneret bella melius: q̃ qui sic egerit? quem præsidẽtes studiis deæ propius audirẽt? cui magis suas artes aperiret familiare numẽ Mineruæ? Dicẽt hæc plenius futura sæcula. Nunc enim cæterarum fulgore uirtutum laus ipsa præstringitur: nos tamẽ sacra litterarũ colẽtes feras Cæsar si nõ tacitũ hoc præterimus.

Et uirgiliano certe uersu testamur. Inter uictrices hederam tibi serpere lauros. Elegia quoq; græcos prouocamus: cuius mihi tersus atq; elegans maxíe uidetur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius utroq; lasciuior: sicut durior Gallus. Satyra quidem tota nostra est: in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius: qui quosdam ita deditos sibi habet amatores: ut eũ non eiusdẽ modo operis auctoribus sed omnibus poetis præferre non dubitent. Ego q̃tum ab illis: tantum ab Horatio dissẽtio: qui Luciliũ fluere lutulenter: & esse aliquid quod tollere possis putat. Nã eruditio ĩ eo mira: & libertas atq; ĩde acerbitas: & abunde salis. Multum est tersior ac purus magis Horatius: & nisi labor eius amore præcipuus. Multũ & ueræ gloriæ: q̃uis uno libro Persius meruit. Sũt clari hodie quoq;: & qui olim nominabunt᷑. Alterũ illud etiam prius satyræ genus: sed nõ sola carminũ uarietate mixtũ cõdidit. Terentius Varro uir romanorum eruditissimus: plurimos hic libros & doctissimos composuit peritissimus lĩguæ latinæ: & omnis ãtiquitatis: & rerũ græcarũ nostrarumq;: plus tamẽ scientiæ collaturus q̃ eloquẽtiæ. Iambus non sane a romanis celebratus est: ut proprium opus a q̃busdã ĩterpositus: cuius acerbitas ĩ Catulo bibaculo: oratio: q̃q̃ ille epodos ĩteruenire nõ reperiatur. At lyricorum idẽ Horatius fere solus legi dignus. nam & insurgit aliquando & plenus est iucunditatis & gratiæ: & uariis uerbis & figuris ferocissĩe audax. Si quẽ adiicere uelis: is Cesius Bassus: quem nuper uidimus: sed eũ longe præcedũt ĩgenia uiuẽtiũ. Tragœdiæ scriptores Actius atq; Pacuuius clarissimi grauitate sẽtẽtiarũ uerbo℞q; põdere auctoritate personarum. Cæterum nitor & summa in excolẽdis operibus manu magis uideri potest temporibus q̃ ipsis defuisse. Viriũ tamẽ Actio plus tribuitur: Pacuuium uideri doctiorem: qui esse docti affectãt: uolũt. Iam Varri Thyestes cuilibet græcorum comparari põt. Ouidi Medea uidet᷑ mihi ostẽdere: quantum uir ille præstare potuerit: si ingenio suo temperare q̃ indulgere maluisset. Eorum quos uiderim longe princeps Pomponius secundus: quem senes Pindarum tragicum putabant eruditiõe ac nitore præstare cõfitebantur. In comœdia maxíe iudicamus: licet Varro musas æpistolonis sẽtẽtia plautino dicat sermõe locuturas fuisse: si latine loqui uellent: licet Cæciliũ ueteres laudibus ferãt: licet Terẽtii scripta ad Scipionẽ africanum referantur: quæ tamẽ sũt in hoc genere elegãtissĩa: & plus adhuc habitura gratiæ: si intra uersus trimetros stetissẽt: uix leuem consequimur umbram: adeo ut mihi sermo ipse romanus non recipere uideatur illam solis concessam atticis uenerem. cum eam ne græci quidem: ĩ alio genere linguæ optinuerint. Togatis excellit Afranius: utinamq; nõ inquinasset argumenta puero℞

fœdis amoribus mores ſuos faſſus. At non hiſtoria ceſſerit græcis: nec opponere Thucydidi Saluſtiũ uerear: nec indignetur ſibi Herodotus æquari. T. Liuiũ: cũ ĩ narrãdo mire iucũditatis clariſſimiq; cãdoris: tũ ĩ concionibus ſupra quam enarrari poteſt eloquẽtem. Itaq; dicũtur oĩa: cum rebus: tũ pſonis accommodata: ſed affectus quidem præcipue eos: qui ſũt dulciores: ut parciſſime dicam: nemo hiſtoricorum comẽdauit magis. Ideoq; immortalẽ illã Saluſtius uelocitatem diuerſis uirtutibus conſecutus eſt. Nam mihi egregie dixiſſe uidetur Seruilius Nouianus: pares eos magis q̃ ſimiles: qui & ipſe a nobis auditus eſt clarus ĩgenio: & ſentẽtiis crebrior: ſed minus preſſus q̃ hiſtoriæ auctoritas poſtulat: quã paulum ætate præcedens eũ Baſſus Aufidius egregie utiq; ĩ libris belli Germanici præſtitit: genere ipſo probabilis ĩ omĩbus: ſed in q̄buſ-dam uiribus minor. Supereſt adhuc & exornat ætatis noſtræ gloriã uir ſæculorum memoria dignus: qui olĩ nominabitur: nunc intelligitur. habet amatores: nec imitatores ut libertas: q̃q̃ circũciſis quæ dixiſſet ei nocuerit: ſed elatũ abũde ſpiritũ & audaces ſñias deprehendas: etiã in iis quæ manẽt. Sũt & alii ſcriptores boni: ſed nos genera deguſtamus: bibliothecas excutimus. Oratores uero uel præcipue latinã eloquẽtiã pa-rẽ nõ facere græce poſſũt. Nã Ciceronẽ cuicũq; eorũ fortiter oppoſuerĩ: nec ignoro quantã mihi cõcitẽ pugnam: cũ præſertim nõ id ſit propo-ſiti: ut eũ Demoſtheni comparem hoc tempore. neq; enim attinet cũ Demoſthenem ĩ primis legendum: uel ediſcendum potius putẽ: quoꝝ ego uirtutes pleraſq; arbitror ſimiles: conſiliũ: ordinem: diuidendi: præ-parandi: probandi rationẽ. Omnia deniq; quæ inuẽtionis. In eloquẽdo eſt aliqua diuerſitas. denſior ille: hic copioſior. ille cõcludit aſtrictius: hic latius pugnat. ille acumine ſemper: hic frequentior & pondere. illi nihil detrahi poteſt: huic nihil adiici. curæ plus ĩ illo: in hoc naturæ ſa-libus certe & cõmiſeratiõe: qui duo plurimum affectus ualẽt. uĩcimus: & fortaſſe epilogos illi mos ciuitatis abſtulerit. Sed & nobis illa quæ attici mirãtˀ diuerſa latini ſermonis ratio minus permiſerit. In epiſto lis quidem: q̃q̃ ſint utriuſq; nulla contentio eſt. Cædẽdum uero ĩ hoc: ꝙ & ille prior fuit: & ex magna parte Ciceronem quantus eſt fecit. Nã mihi uidetˀ M. Tullius cum ſe totũ ad imitationẽ græcorũ cõtuliſſet: effinxiſſe uim Demoſthenis: copiam Platonis: iucũditatem Iſocratis. nec uero quod in quoq; optimum fuit ſtudio conſecutus eſt tantũ: ſed uel plurimas potius omnes ex ſe ipſo uirtutes extulit: immortalis ĩge-nii beatiſſima ubertas. nõ enim pluuias ut ait Pindarus aquas colligit: ſed uiuo gurgite exũdat dono quodam prouidẽtiæ genitus: ĩ quo totas uirtutes ſuas experiretˀ eloquẽtia. Nam quis docere diligẽtius: mouere

uehemẽtius põt:cui tãta ũq̃ iucũditas affuit:ipsa illa quæ extorquet: impetrare eũ credas:& cũ trãsuersũ ui sua iudicẽ feriat: tamẽ ille nõ rapi uideat sed seq. Iã oĩbus que dicit tãta auctoritas ĩest: ut dissẽtire pudeat: nec aduocati studiũ: sed testis aut iudicis afferat fidem. Cum inter hæc omnia quæ uix sĩgula quisq̃ ĩtẽtissĩa cura cõseq posset fluũt illaborata: & illa qua nihil pulchrius auditu est oro præ se fert: tamẽ fœlicissimam facilitatẽ. Quare nõ ĩmerito ab hominibus ætatis suæ regnare ĩ iudiciis dictus est: apud posteros uero id est cõsecutus: ut Cicero iã nõ hominis nomẽ: sed eloquentiæ habeatur. Hũc igitur spectemus: hoc propositũ nobis sit exẽplũ. ille se profecisse sciat: cui Cicero ualde placebit. Multa in Asinio Pollione inuenio summa diligentia adeo: ut quibusdam etiã nimia uideatur & cõsilii & animi satis a nitore & iucũditate Ciceronis: ita longe abest: ut uideri possit secundo prior. At Mesalla nitidus & cãdidus: & quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatẽ suã uiribus minor. C. uero Cæsar si tantum foro uacasset: nõ alius ex nostris cõtra Ciceronem nominaretur: tanta in eo uis est. id acumẽ: ea concitatio: ut illum eodem animo dixisse: quo bellauit appareat: exornat tamen hæc omnia mira sermonis: cuius proprie studiosus fuit elegantia. Multum ingenii in Cælio & præcipue in accusando multa urbanitas: dignusq; uir: cui & mens melior & uita longior contigisset. Inueni qui Caluum præferrẽt omnibus: inueni qui Ciceronem crederent: eum nimia contra se calumnia: uerũ sanguinem perdidisse: sed est & sancta & breuis oro: & castigata: & frequẽter uehemens quoq;. imitator autẽ est atticorũ: fecitq; illi ꝓperata mõs ĩiuriã: siquid adiecturus: nõ siqd detracturus fuit. Insignis & Seruius Sulpitius: ĩsignẽ ĩmerito famã tribus oroĩbus meruit. Multa si cum iudicio legatur dabit imitatione digna. Cassius Seuerus: qui si cæteris uirtutibus colorẽ & grauitatẽ oratiõis adiecisset: ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum est in eo: & acerbitas mira: & urbanitas eius sũma: sed plus stomacho q̃ cõsilio dedit. Præterea & amari sales: ita ut frequẽter amaritudo ipsa ridicula est. Sunt autem alii multi diserti: quos persequi lõgum est. Eorũ quos uiderim Domitius afer: & Iulius africanus lõge præstantissimi uerboꝵ: arte ille: & toto genere dicẽdi præferendus: et quem in numero ueteꝵ habere non timeas: hic concitator: sed ĩ cura uerborum nimius: & compositione nonnunq̃ lõgior & translationibus parũ modicus: erãt clara & nuper ingenia. Nã & Trachallus plerũq; sublimis: & satis aptus fuit: & quẽ uelle optima crederes: auditus tamẽ maior. Nam uocis quantam ĩ nullo cognoui fœlicitas: & ꝓnũciatio: uel scænis suffectura & decora. Omĩa deniq; ei quæ sũt extra supfuerũt. Et Vibius Crispus cõpositus

& iucūdus:& delectationi natus:priuatis tamē causis:q̄ publicis melior. Iulio secūdo:si longior contigisset ætas:clarissimum profecto nomē oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim atq; adiiciebat cæteris uirtutibus suis quod desiderari potest. id est autem:ut esset multo magis pugnax:& sæpius ad curam rerum ab elocutione resipisceret. Cæterum interceptus quoq; magnum sibi uendicat locum. Ea est facundia : tāta in explicando:quod uelit gratia:tam candidum & leue & speciosū dicēdi genus:tāta uerborū etiam quæ assumpta sunt proprietas:tāta etiam in quibusdā ex periculo petitis significantia:habebunt:qui post nos de oratoribus scribēt magnā in eos qui nunc uigent materiā uere laudāda. Sūt enim summa hodie quibus illustratur forum ingenia:nāq; & consumati iā patroni ueteribus æmulātur:& eos iuuenum ad optima tendētium:imitatur ac sequitur industria. Supersunt qui de philosophia scripserīt. quo in genere paucissimos adhuc eloquentes litteræ romanæ tulerūt. Idem igit̄. M. Tullius:qui ut ubiq; etiā in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius uero multoq; q̄ in orationibus præstantior Brutus:suffecit : ponderi rerum. scias eum sentire quæ dicit. scripsit nō parū multa Cornelius Celsus sextios secutus:non sine cultu ac nitore. Plautus in stoicis rerum cognitioni utilis:in epicuris leuis quidem:sed nō iniucundus tamen:ductorē ex industria Senecam in omni genere eloquētiæ distuli propter uulgatā falso de me opinionem:quia dānare eum & inuisū quoq; habere sum creditus. Quod accidit mihi dum corruptū & omnibus uitiis fractum dicēdi genus reuocare ad seueriora iudicia cōtēdo. Cū aūt fere solus hic in manibus adolescentiū fuit:quē nō equidē omnino conabar excutere:sed potioribus præferri nō sinebā: quos ille nō destiterat incessere:cū diuersi sibi conscius generis placere se in dicendo posse:in quibus illi placerent diffideret. amabant autem eum magis q̄ imitabantur:tantumq; ab illo defluebant : quantum ille ab antiquis descēderat. Foret enim optandum pares ac saltem proxīos illi uiro fieri:sed placebat propter sola uitia:& ad ea se quisq; dirigebat effingēda quæ poterat. Deinde cū se iactaret eodē modo dicere Senecam infamabat:cuius & multæ alioquin & magnæ uirtutes fuerūt. Ingeniū facile & copiosum plurimū studii:& multarū rerū cognitio:ī qua tamē aliquando ab iis quibus inquirenda quædam mandabat deceptus est. Tractauit etiam omnem fere studiorum materiā. Nam & oratiōes eius & poemata & epistolæ & dialogi efferūt̄:& in philosophia parū diligens. Egregius tamen uitiorum insectator fuit:multæ in eo claræq; sentētiæ: multa etiam morum gratia legendo:sed in eloquendo corrupta pleraq;: atq; eo perniciosissima ꝙ abūdant dulcibus uitiis:uelles eū suo īgenio

dixisse alieno iudicio. Nã si nil æqualiũ cõtẽpsisset: si parũ cõcupisset: si nõ oĩa sua amasset: si rerꝫ põdera minutissĩs sñtĩis nõ fregisset: cõsẽsu potius eruditorum: q̃ puerorꝫ amore cõ ꝓbaret. Verꝫ sic quoq; iã robustis & seueriore genere satis firmatis legẽdus: uel ideo ꝙ exercere põt utrũq; iudicium. Multa. n. ut dixi ꝓbãda ĩ eo: multa ẽt admirãda sunt: eligere mõ curæ sit: ꝙ utinã ipse fecisset. Digna. n. fuit illa natura quæ meliora uellet: quod uoluit efficit.

DE Imitatione.

EX his cæterisq; lectiõe dignis auctoribus: & uerborꝫ sumẽda copia & uarietas figurarꝫ: & cõponẽdi rõ: tũ ad exẽplũ uirtutũ oĩũ mẽs dirigenda. Neq;. n. dubitari potest: qn artis pars magna cõtineatᷣ imitatiõe. Nã ut ĩuenire primũ fuit: estq; præcipuũ: sic ea quæ bene ĩuẽta sũt utile seq: atq; oĩs uitæ ratio sic constat: ut quæ probamus ĩ aliis: facere ipsi uelimus. Sic litterarũ ductus: ut scribẽdi fiat usus: pueri sequũtᷣ: sic musici uocẽ docẽtiũ: pictores opera priorꝫ: rustici ꝓbatã expimẽto culturã ĩ exẽplũ tuẽtᷣ. Omnis deniq; disciplinæ initia ad ꝓpositũ sibi præscriptũ formari uidemus. & hercle necesse ẽ: aut similes aut dissimiles bonis simus. Similẽ raro natura præstat: frequẽter imitatio: sed hoc ipsũ ꝙ tãto faciliorẽ nobis rationẽ rerꝫ oĩũ facit: q̃ fuit iis q nihil ꝙ sequerẽtᷣ habuerunt: nisi caute & cũ iudicio apprehenditᷣ: nocet. Ante oĩa igitᷣ imitatio per se ipsa nõ sufficit: uel qa pigri est ingenii cõtẽtũ esse iis: quæ sunt ab illis ĩuẽta. Quid. n. futurꝫ erat tẽporibus illis: quæ sine exẽplo fuerũtᷣ si hoĩes nihil nisi quod iã cognouissẽt faciẽdũ sibi: aut cogitãdũ putassẽt. nẽpe nihil fuisset ĩuẽtũ: cur ergo nefas ẽ repiri aliqd a nobis quod ãte nõ fuerit? an illi rudes sola mẽtis naẽa ducti sũt ĩ hoc: ut tã multa generarẽt? nos ad quærẽdũ nõ eo ipso cõcitemur: quod certe scimus ĩuenisse eos q quæsierĩt. Et cũ illi qui nullũ cuiusq̃ rei habuerĩt magistrũ: plurima ĩ posteros tradiderũt: nobis usus aliarꝫ rerꝫ ad erudiẽdas alias nõ proderit. Sed nihil habebimus nisi beneficii alieni: quẽadmodum qdam pictores ĩ id solũ studẽt: ut describere tabulas mẽsuris ac lineis sciãt. Turpe etiã illud est esse cõtẽtũ id cõseq quod imiteris. Nam rursus quid erat futurꝫ: si nemo plus effecisset: eo quæ sequebatᷣ. Nihil ĩ poetis supra Liuium Andronicũ: nihil ĩ historiis supra põtificũ ãnales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus: nõ esset pictura: nisi quæ lineas mõ extremas ũbræ: quã corpora ĩ sole fecisset circũscriberẽt. At si oĩa pcẽseas: nulla sit ars qualis ĩuẽta est: nec ĩtra ĩitiũ stetit: nisi forte nr̃a potissimũ tẽpora dãnamus huius ĩfœlicitatis: ut nũc demũ nihil crescat: nihil. n. crescit sola imitatione. Quod si prioribus adiicere fas nõ est: quomõ sperare possimus ullũ oratorẽ perfectũ? cũ in iis quos maxĩos adhuc nouimus: nemo sit inuentus: inquo nihil aut desideretur: aut

reprehēdat̃:sed etiā q summā nō appetēt:cōtēdere potius q̄ seq debēt. Nā q agit ut prior sit:forsitā ēt si nō transierit æquabit. Eū uero nemo pōt æquare cuius uestigiis sibi utiq; īsistēdū putat:necesse est enim sēp sit posterior:q sequit̃. Adde quod plerūq; facilius est plus facere:q̄ idē. Tantā enī difficultatē habet similitudo:ut ne ipsa quidē nat̃a ī hoc ita ualuerit:ut nō res quæ simillīæ uideāt̃:utiq; discrimīe aliquo discernāt̃. Adde q̄ quicqd alteri simile est:necesse est minus sit:eo quod imitatur: ut ūbra corpe:& imago facie:& actus histrionū ueris affectibus:quod ī orōnibus quoq; euenit. Nāq; iis quæ ī exēplū assumimus:subest nat̃a: & uera uis. Cōtra oīs imitatio ficta ē:& ad alienū ꝓpositū accōmodat̃: quod fit:ut minus sanguinis ac uiriū:declamationes habeāt:q̄ orōnes: q̄ ī illis uera:ī his assimilata materia ē. Adde q̄ ea quæ ī orōne maxima sūt:imitabilia nō sūt:īgeniū īuētioēs facilitas:& quicqd arte nō tradit̃. Ideoq; pleriq; cū uerba quædā ex orōnibus excerpserūt:aut aliquos cō-positionis certos pedes:mire a se quæ elegerūt:effingi arbitrantur:& cū uerba ītercidēt īualescāt tēporibus:ut quoꝝ certissīa sit regula ī cōsue-tudine:eaq; nō sua natura sīt bona aut mala:nā per se soni tātū sunt: sed ꝓut opportune ꝓprieq; aut secus collocata sūt:& compositio cum rebus accōmodata:tū ipsa uarietate gratissīa. Quapropter exactissimo iudicio circa hāc partē studioꝝ examināda sūt oīa. Primū quos imite-mur:nā sūt plurimi:qui similitudinē pessimi cuiusq; & corruptissimi cōcupierūt. Deīde ī ipsis quos elegerimus qd sit:quod nos efficiēdum cōparemus. Nā ī magnis quoq; auctoribus incidūt aliqua uitiosa:& a doctis īter ipsos etiā mutuo reprehēsa:atq; utinā tā bona imitātes dice-rent melius:q̄ mala peius dicant. Nec uero saltē iis quibus ad euitanda uitia iudicii satis fuit:sufficiat imaginē uirtutis effingere:& solā ut sic dixerim cutē:uel potius illas Epicuri figuras:quas e summis corporibus dicit effluere: hoc aūt iis accidit:qui nō ītrospectis penitus uirtutibus ad primū se uelut aspectum orōnis aptarūt:& cū iis fœlicissime cæssit imitatio:uerbis atq; numeris sūt nō multū dn̄tes:uī dcēdi atq; īuētiōis nō assequūt̃:sed plerūq; declināt ī peius & ꝓxīa uirtutibus uitia cōpre-hēdūt:fiūtq; ꝓ grādibus tumidi:pressis exiles:fortibus temerarii:lætis corrupti:cōpositis exultantes:sīplicibus negligētes. Itaq; q horride atq; īcōposite quidlibet illud frigidum & īane extulerint:antiquis se pares credūt:q carēt cultu atq; sētētiis atticis:scilicet q præcisis cōclusionibus obscuri Salustiū atq; Thucydidē superāt:tristes & ieiuni Pollionē æmu-lāt̃:ociosi & supini:siqd mō lōgius circūduxerūt:Iurāt ita Ciceronem loquutuꝝ fuisse:noueram quosdā q se pulchre expressisse genus illud huius cælestis ī dicendo uiri sibi uiderent̃: si ī clausula posuissent esse

uideat᷑.Ergo primũ eſt:ut quod imitaturus ē quiſq; ītelligat.Et quare bonũ ſit ſciat:tũ in ſuſcipiēdo onere cõſulat ſuas uires:nã quædã ſunt imitabilia:quibus aut īfirmitas naturæ nõ ſufficiat:aut diuerſitas repu- gnet:nec cui tenue īgeniũ erit ſola uelit fortia & abrupta:q forte qdē:ſed īdomitũ amore ſubtilitatis:& uī ſuã pdat:& elegãtiã quã cupit nõ pſe- quat᷑.nihil ē .n. tã īdecēs:q̃ cũ mollia dureſcũt:atq; ego illi præceptori quē īſtituerã ī libro ſēcũdo credidi:nõ ea ſola docēda eſſe:ad quæ quēq; diſcipulo℞ natã cõpoſitũ uideret.Nã & is adiuuare debet quæ ī quoq; eorũ inuenit bona:& quãtũ fieri põt adiicere : quæ deſũt:& emendare quædã & mutare.Rector .n. ē alio℞ īgenio℞ atq; formator : difficilius ē natã ſuã fīgere.Sed ne ille qdē doctor:q̃q̃ oĩa quæ recta ſũt uelit eſſe ī ſuis auditoribus q̃ pleniſſĩa.ī eo tamē cui natã obſtare uiderit labrabit. Id quoq; uitãdũ ī quo magna ps errat:ne ī orõne poetas nobis:& hiſto- ricos ī illis opibus oratores aut declamatores imitãdos putemus : ſua cuiq; ꝓpoſita lex:ſuus cuiq; decor ē.Nec comœdia ī cotũrnos aſſurgit: nec cõtra tragœdia ſocco īgredit᷑.Habet tamē oĩs eloquētia aliqd cõmũe: id imitemur:quod cõmũe ē:etiã ſolet hoc īcõmodi accidere iis:q ſe uni alicui generi dediderũt:ut ſi aſpitas iis placuit alicuius . hanc etiam in leui ac remiſſo cauſa℞ genere nõ exuant:ſed tenuitas ac nuditas ī aſpis grauibusq; cauſis põderi rerũ parũ reſpõdeant:cũ ſit diuerſa nõ cauſa℞ mõ īter ſe ipſas cõditio:ſed ī ſimilis etiã ptiũ cauſis.Sintq; q ali . . ui- ter:alia aſpere:alia cõcitate:alia remiſſe:alia docēdi:alia mouēdi gratia dicēt:quo℞ oĩũ diſſimilis atq; diuerſa īter ſe ratio ē.Itaq; ne hoc qdem ſuaſerī uni ſe alicui ꝓprie quē per omnia ſequat᷑ adiicere:lõge oĩũ per fectiſſimus græco℞ Demoſthenes:aliqd tamē aliquo ī loco melius alii: plurima ille:ſed non q maxīe imitandus:& ſolus imitandus eſt Quid ergo?non eſt ſatis oĩa ſic dicere quomodo.M. Tullius dixit?mihi qdē ſatis eſſet:ſi oĩa cõſeq poſſem:qd tamē noceret uim Cæſaris:aſperitatē Cælii:diligētiã Pollionis : iudiciũ Calui qbuſdam ī locis aſſumere?Nã præter id quod prudētis eſt:quod ī quoq; optimũ eſt:ſi poſſit ſuũ face- re:tũ ī tanta rei difficultate:unũ ītuētes uix aliqua pars ſeqt᷑.Ideoq; cũ totũ exprimere:quē elegeris pene ſit hõi īcõceſſũ:pluriũ bona ponamus ante oculos:ut aliud ex alio hæreat:& quod cuiq; cõueniat:aptemus. Imitatio autē nã ſæpius idem dicam:nõ ſit tantũ ī uerbis:illuc ītēdēda mēs quantũ fuerit illis uiris decoris ī rebus atq; pſonis:quod cõſiliũ: quæ diſpoſitio:q̃ oĩa etiam quæ delectationi uideant᷑ data ad uictoriã ſpectant . Quid agat᷑ ꝓœmio quæ ratio & q̃ uaria narrandi : quæ uis ꝓbãdi ac refellēdi:quanta ī affectibus oĩs generis mouēdis ſciētia:q̃taq; laus ipſa popularis utilitatis gratia aſſũpta:quæ tamen ē pulcherrima:

cum seqt᷑:non cũ arcersitur:hæc si præuiderimus:tũ uere imitabimur.
Qui uero etiã ꝓpria iis bona adiecerit:ut suppleat quæ deerant circũ/
cidat:siquid redũdabit:is erit quẽ quærimus ꝑfectus orator:quẽ nunc
cõsumari potissimũ oportebat:cũ tãto plura exẽpla benedicẽdi supsint:
q̃ illis q adhuc summi sũt:cõtigerit. Nã erit hæc quoq; laus eoꝝ:ut pri/
ores superasse:posteros docuisse dicantur.

Qui Modus scribendi sit.

ET hæc quidẽ auxilia extrinsecus adhibẽt᷑:in iis autem quæ nobis
ipsis parãda sũt;ut laboris:sic utilitatis etiã longe plurimũ affert
stilus:nec immerito. M. Tullius : hunc optimũ effectorẽ ac magistrum
dicẽdi uocat:cui sẽtentiæ personã. L. Crassi ĩ disputationibus:quæ sunt
de oratore assignãdo iudiciũ suũ cũ illius auctoritate cõiũxit. Scribẽdũ
ergo q̃diligẽtissime:& q̃plurimum:nã ut terra altius effossa generãdis
alendisq; seminibus fecũdior : sic ꝑfectus nõ a sũmo petitus studiorũ
fructus effundit uberius:& fidelius continet. Nã sine hac qdẽ consciẽtia
ipsa illa ex tẽpore dicẽdi facultas ĩanem mõ loquacitatẽ dabit. & uerba
ĩ labris nascẽtia:illic radices:illic fũdamẽta sũt:illic opes:uelut sãctiore
quodã sacrario recõditæ:ũde ad subitos quoq; casus:cũ res exiget ꝓfe/
rant᷑. Vires faciamus ante oĩa:quæ sufficiãt labori certaminũ:& usu nõ
exhauriãt᷑. nihil .n. reꝝ ipsa nata uoluit magnũ effici cito : præposuitq;
pulcherrimo cuiq; operi difficultatẽ:quæ nascẽdi quoq; hãc fecerit legẽ:
ut maiora aĩalia diutius uisceribus parẽtũ cõtinerẽt᷑. Sed cũ sit duplex
quæstio:quomodo & quæ maxĩe scribi oporteat:iã hinc ordinẽ sequar.
Sit primo uel tardus dum diligens stilus:quæramus optĩa:nec ꝓtinus
se offerẽtibus gaudeamus:adhibeat᷑ iudiciũ ĩuẽtis:dispositio ꝓbatis:de/
lectus enim reꝝ uerborũq; habẽdus est:& põdera sigulorũ examinãda:
postea subeat ratio collocãdi:uersẽt᷑q; omni mõ numeri:nõ ut quodq;
se proferet uerbum occupet locum:quæ quidẽ ut diligẽtius exequamur
repetẽda sæpius erũt scriptori ꝓxĩa:nã præter id quod sic melius iũgũt᷑
prioribus sequẽtia. calor quoq; ille cogitatiõis q scribendi mora refrixit:
sic recipit ex ĩtegro uires:& uelut repetito spacio sumit ĩpetum:quod
ĩ certamine saliendi fieri uidemus:ut conatũ lõgius petant:& ad illud
quo cõtenditur spaciũ cursu ferantur. Vtq; ĩ iaculando brachia reduci/
mus & expulsuri tela:neruos retro tẽdimus. Interĩ tamẽ si fieret flatus
danda sũt uela:dũ nos ĩdulgẽtia illa nõ fallat. Oĩa .n. nr̃a dũ nascũtur
placẽt alioq̄n nec scriberẽt᷑. Sed redeamus ad iudiciũ:et retractemus su/
spectã facilitatem:sic scripsisse Salustiũ accepimus. & sane maĩfestus
ẽ etiam ex opere ipso labor: Virgiliũ quoq; paucissĩos die cõposuisse
uersus auctor est Varus: oratoris quidẽ alia cõditio:itaq; hanc moram

& solicitudinem ĩitiis impero. Nam primum hoc constituẽdũ: hoc obtinendũ est: ut q̃optime scribamus. celeritatẽ dabit consuetudo: paulatĩ res facilius se ostendent: uerba respõdebũt: compositio sequetur: cũcta deniq; ut in familia bene instituta ĩ officio erũt. Sũma hæc est rei: cito scribendo: nõ fit ut bene scribatur: bene scribendo fit ut cito. Sed tum maxĩe cum facultas illa contigerit resistamus: ut prohibeamus efferẽtes equos frenis quibusdã coerceamus: quod nõ tam morã faciet: q̃ nouos impetus dabit. Nec enim rursus eos qui robur aliquod in stilo fecerũt: ad infœlicem calũniandi se pœnam alligandos puto. Nam quomodo sufficere ciuilibus officiis possit: qui singulis actionũ partibus ĩsenescat: Sunt autem quibus nihil sit satis omnia mutare: omnia aliter dicere: q̃ occurrit: uelut increduli quidam: & de ingenio suo pessime meriti: qui diligentiam putant facere sibi scribendi difficultatẽ. Nec prõptum est dicere utros peccare ualidius putẽ: quibus omĩa sua placent: an quibus nihil. Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter: ut labore cõsumant̃: & ĩ silentium usq; descendãt: nimia benedicendi cupiditate: qua de re memini narrasse mihi Iulium secũdum illum æqualem meũ: atq; a me: ut notum est familiariter amatum: miræ facundiæ uirum: infinitæ tamen curæ: quid esset sibi a patruo suo dictum. Is fuit Iulius Florus ĩ eloquẽtia galliarũ: quoniam ibi demum exercuit eam: prĩceps alioquĩ ĩter paucos disertus: & dignus illa propinquitate. Is cũ secũdũ scholæ adhuc operatum tristem forte uidisset: interrogauit: quæ causa frontis tam abductæ: nec dissimulauit adolescens tertium iam diẽ esse: ex quo omni labore materiæ ad scribendum destinatæ non inueniret exordium: quo sibi non præsens tantum dolor: sed etiam desperatio ĩ posterum fieret. Tum florus arridens: nunquid tu inquit melius dicere uis q̃ potes. ita se res habet: curãdũ est: ut q̃optime dicamus: dicẽdum tamẽ ꝓ facultate: ad profectũ .n. opus ẽ studio: nõ ĩdignatiõe. Vt possimus aũt scribere etiã plura celerius: nõ exercitatio mõ præstabit: in qua sine dubio multũ ẽ: sed etiã rõ: si nõ resupini spectãtesq; tectũ & cogitationẽ murmure agitãtes expectauerimus: qd obueniat: qd res poscat: quid ꝑsonã deceat: qd sit tẽpus: q iudicis animus: intuitu humão quodã mõ ad scribendũ accesserimus: sic nobis & ĩitia: & quæ sequũt̃ natura ipsa præscribit: Certa sũt .n. pleraq; & nisi cõniueamus ĩ oculos ĩcurrũt: ideo nec ĩdocti nec rustici diu quærũt ũde ĩcipiãt: quo pudẽdũ ẽ magis si difficultatẽ facit doctrina. Nõ ergo putemus semp optimum esse quod latet: ne ĩmutescamus: alioqn si nihil dicẽdũ uideat̃: nisi quod nõ inuenimus. Diuersũ ẽ huic eoꝝ uitiũ q primo quasi decurrere p materiã stilo q̃uelocissĩo uolũt: & sequentes calorem atq; ĩpetũ ex tẽpore scribunt.

Hanc siluam uocant: repetunt deinde & componunt quæ effuderant: sed uerba emendantur: & numeri manent: in rebus temere cõgestis: quæ fudit leuitas. protinus ergo adhibere curam rectius erit: atq; ab ĩitio sic opus ducere: ut cælandum non ex integro fabricandum sit. Aliquando tamen affectus sequimur: in quibus fere plus calor q̃ diligentia ual&: satis appar& ex eo q̧ hanc scribentium neglіgentiam damno: quid de illis dictandi deliciis sentiam. Nam in stilo quidem: q̃libet & propere rato dat aliquam cogitationi moram: non consequens celeritatem eius manus: ille cui dictamus urg&: atq; interim pud& etiam dubitare aut resistere aut mutare: quasi conscium infirmitatis nostræ timentes. Quo fit: ut non rudia tantum & fortuita: sed impropria interim: dum sola é connectendi sermonis cupiditas effluant: quæ nec scribentium curam: nec dicentium impetum consequantur. At idem ille qui excipit si tardior in scribendo: aut inertior in legendo: uelut offensator fuerit: ĩhibet̃ cursus: atq; omnis quæ erat conceptæ mentis intentio mota: & interdũ iracundia excutitur. Tum illa quæ apertiorem animi motum sequunt̃: quæq; ipsa animum quodammodo concitant: quorũ est iactare manũ: torquere uultum: simul uertere latus: & interĩ obiurgare: quæq; Persius notat: cum leuiter dicendi genus significat: Nec pluteum inquit: cædit: nec demorsos sapit ungues: etiã ridicula sũt nisi cũ soli sumus. Deniq; ut semel quod est potissimum dicam: secretũ quod dictando perit: atq; liberum arbitris locũ: & q̃altissimum silentium scribentibus maxĩe conuenire nemo dubitauerit: non tamen protinus audiendi qui credunt aptissima ĩ hoc nemora siluasq;: q̧ illa cæli libertas locorũq; amœnitas: sublimem animum: & beatiorem spiritum parent: mihi certe iucundus hic magis q̃ studiorum hortator uidetur esse secessus. Nanque illa ipsa quæ delectent necesse est aduocent ab intentione operis destinati. Neq; enĩ se bona fide in multa simul intendere animus totũ põt: & quocũq; respexit desinit intueri: quod propositum fuerat. Quare siluarũ amœnitas: & præter labentia flumina: & inspirantes ramis arborum auræ uolucrumq; cantus: & ipsa late circunspiciendi libertas ad se trahunt: ut mihi remittere potius uoluptas ista uideat̃ cogitationem q̃ intendere. Demosthenes melius qui in se locũ: ex quo nulla exaudiri uox poterat: & ex quo nihil prospici poss& recumbebat: ne aliud agere mẽtẽ cogerẽt oculi. Ideoq; lucubrantes silentium noctis & clausum cubiculum: & lumen unum uelut rectos maxĩe teneat. Sed cũ in omni studiorũ genere: tum in hoc præcipue bona ualitudo: quæq; eam maxime præstat: frugalitas necessaria est: cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data in acerrimum laborem conuertimus. Cui tamẽ

non plus irrogandum eſt:q̄ ꝙ ſomno ſupererit:aut deerit.Obſtat enim diligentiæ ſcribendi etiam fatigatio:ꝙ abunde ſi uac& lucis ſpacia ſufficiunt.Occupatos in noctem neceſſitas agit.Eſt tamē lucubratio quotiens ad eam integri ac refecti uenimus.Optimum ſecreti genus:ſed ſilentium & ſeceſſus & undiq; liber animus ut ſunt maxime optanda:ita non poſſunt ſemper contingere.Ideoq; nō ſtatim ſiquid obſtrepet abiiciendi codices erunt:& deplorandus dies:uerum īcōmodis repugnādū:& hic faciendus uſus:ut oīa quæ impedient uincant intentio:quam ſi tota mēte in opus ipſum direxeris:nihil eorum quæ oculis uel auribus incurſāt ad animum perueniet.An uero frequenter etiam fortuita hæc cogitatio præſtat:ut obuios non uideamus:& itinere deerremus:nō cōſequemur idem ſi & uoluerimus:non eſt indulgendum cauſis deſidiæ. Nam ſi non niſi refecti:non niſi hilares:non niſi oībus curis uacantes: ſtudendum exiſtimauerimus:ſemper erit propter quod nobis ignoſcamus.Quare in turba:itinere:cōuiuiis:uel concione:etiam faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretum:quid alioquin fiet:cum in medio foro tot circūſtātibus:iudiciis:iurgiis:fortuitis:etiam clamoribus erit ſubito cōtinua orōe dicendum:ſi particulas quas ceris mandamus:niſi in ſolitudine reperire nō poſſumus:ꝓpter quæ ille idē tantus amator ſecreti Demoſthenes in littore:in quo ſe maximo cum ſono fluctus illideret̄:meditās conſueſcebat concionum fremitus non expaueſcere.Illa quoq; minora: (ſed nihil in ſtudiis paruū eſt)non ſunt tranſeunda:ſcribi optime ceris: in qbus facillima eſt ratio delendi:niſi forte uiſus infirmior mēbranaꝝ potius uſum exiget:quæ ut iuuant aciem:ita crebro relatiōi:ꝙ intīgūt calami morantur manum:& cogitationis impetum frāgūt. Relīquēdæ autem in utrolib& genere contra eum uacuæ tabellæ:in quibus libera addiiciendi ſit excurſio . Nam interim pigritiam emendandi anguſtiæ faciunt:aut certe nouorum interpoſitione priora confundant.Ne latas quidem ultra modū eſſe ceras uelim expertus iuuenē ſtudioſū:alioqn prælongos habuiſſe ſermones:qa illos numero uerſuū metiebatur:idq; uitium:quod frequenti admonitiōe corrigi nō potuerat:mutatis codicibus eſſe ſublatum.Debet uacare etiam locus in quo notētur quæ ſcribētibus ſolent extra ordinem:ideſt ex aliis q̄ qui ſunt immanibus locis occurrere. Irrūpūt enim optimi nōnūq̄ ſēſus:quos neq; īſerere oport&: nec differre tutum eſt:quia īterim elabūtur:īterim memoriæ ſui ītētos ab alia īuētiōe declināt.Ideoq; optime ſunt in depoſito.

DE Emēdatione.

SEquitur emēdatio pars ſtudiorum lōge utiliſſima . Neque enim ſine cauſa creditum eſt ſtilum nō minus agere cum del&.Huius

auté operis est adiicere: detrahere: mutare: sed facilius in iis simpliciusq; iudicium quæ replenda uel deiicienda sunt. Premere uero tumétia: humilia extollere: luxuriantia astringere: inordinata digerere: soluta cōponere: exultantia coercere duplicis operæ. Nam & damnanda sunt quæ placuerant: & inuenienda quæ fugerāt. Nec dubium est optimum esse emendandi genus: si scripta in aliquod tépus reponantur: ut ad ea post interuallum uelut noua atq; aliena redeamus: ne nobis scripta nostra quasi recentes fœtus blandiantur. Sed neq; hoc contingere semper pōt: præsertī oratori: cui sæpius scribere ad præsentes usus necesse est: & ipsa emendatio finem hab&. Sunt enī qui ad omnia scripta tanq̄ uitiosa redeant: & quasi nihil fas sit rectum esse: quod primum est: melius existiment quicquid est aliud: idq; faciant: quotiens librum in manibus resumpserunt similes: medicis etiam integra secantibus: accidit itaque ut cicatricosa sint & exanguia: & cura peiora. Sit ergo aliquando quod placeat: aut certe quod sufficiat: ut opus poliat lima: non exterat. Téporis quoq; esse deb& modus. Nam quod Cinnæ Smyrnam noué annis accepimus scriptā: & panagericū Isocratis q parcissie decé ānis dicūt elaboratum: ad oratorem nihil pertin&: cuius nullum erit: si tā tardū fuerit auxilium.

Quæ scribenda sunt præcipue.

PRoximum est ut dicamus quæ præcipue scribenda sunt. Hæc ex imperantibus: id quidé est opis: ut explicemus quæ sūt materiæ: quæ prima: aut secunda: aut deinceps tractāda sint. Nam id factum id etiam primo libro: quo pueroꝝ: & secundo quo iam robustorum studiis ordiné dedimus. Sed de quo nunc agitur: unde copia & facilitas maxīe ueniat uertere græca in latinū ueteres nostri oratores optimū iudicabāt. Id se. L. Crassus in illis Ciceronis de oratore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequentissime præcipit: quin etiā libros Platonis atq; Xenophōtis edidit hoc genere trāslatos. Marco id Messallæ placuit: multæq; sunt ab eo scriptæ ad hunc modum orationes adeo: ut etiā cū illa Hiperidis pro Phirne difficillima romanis subtilitate contender&: & manifesta est exercitationis huiusce ratio. Nam & rerum copia græci auctores abundant: & plurimum artis in eloquentiam intulerūt: & hos transferentibus uerbis uti optimis licet. Omnibus enim utimur nostris. Figuras uero quibus maxime ornať oratio: multas & uarias excogitādi etiam necessitas quædam est: quia plerunq; a græcis romana dissētiūt. Sed etiam illa ex latinis conuersio multum & ipsa contulerit: ac de carminibus quidem neminé credo dubitare: quo solo genere exercitationis diciť usus esse Sulpitius. Nā & sublimis spiritus attollere orationé pōt:

& uerba poetica libertate audaciora:& præsumunt eandem dicendi facultatem:sed & ipsis sententiis adiicere liceat oratoriũ robur:& omissa supplere:& effusa substringere. Neq; ego periphrasim esse ĩterpretationem tantum uolo. Sed circa eosdem sensus certamen atq; æmulationẽ: ideoq; ab illis dissentio:q uertere orationes latinas uetant:qa optimis occupatis quicquid aliter dixerimus:necesse sit esse deterius. Nam neq; semper est desperandum aliquid illis:quæ dicta sunt melius posse reperiri:neq; adeo ieiunã ac pauperẽ natura eloquentiã fecit:ut una de re bene dici nisi semel non possit:nisi forte histrionũ multa circa uoces easdem uariare gestus potest. Orãdi minor uis:ut dicatur aliqd præter quod in eadem materia nihil dicendum sit. Sed esto:neq; melius quod inuenimus esse:nec par:est certe proximus locus: an non ipsi nobis ac sæpius de eadem re dicimus. Et quidẽ cõtinuas nõnũq̃ sententias:nisi forte contendere nobiscum possumus:cum aliis nõ possumus. Nam si uno genere bene dicetur fas erit existimari præclusam nobis a prioribus uiam in dicendo:nunc uero innumerabiles sunt modi:plurimæq; eedẽ uiæ ducunt:siue breuitatis gr̃a:siue copiæ. alia trãslatis uirtus:alia propriis: hoc oro recta:illud figura declinata commẽdat:ipsa denique utilissima est exercitationi difficultas. Quid ꝙ auctores maximi sic diligẽtius cognoscunt? Non enim scripta lectione secura transcurrimus:sed tractamus singula:& necessario ĩtrospicimus. Et quantũ uirtutis hẽant: uel hoc ipso cognoscimus:quod imitari non possumus:nec aliena tãtũ transferre:sed etiã nr̃a plurimis modis tractare proderit:ut ex industria sumamus sẽtẽtias q̃sdã:easq; uersemus q̃ numerosissĩe:uelut eadẽ cera: aliæ atq; aliæ formæ duci solent. Plurimũ autẽ parare facultatis existĩo ex simplicissima quaq; materia. Nam illa multiplici personaꝝ:causaꝝ: tẽporũ:locoꝝ:dictoꝝ:factoꝝ diuersitate facile delitescet infirmitas:tot se undiq; rebus:ex qbus aliquã apprehendas offerẽtibus. Illud uirtutis iudicium est fundere:quæ natura contracta sũt:augere parua uarietatẽ similibus:uoluptatẽ expositis dare:& bene dicere multa de paucis. In hoc optĩe faciẽt infinitæ quæstiões:quas uocari thesis diximus. Quibus Cicero iã princeps in re.p. exerceri solebat. His confinis est destructio: & confirmatio sententiaꝝ. Nã cũ sit sententia decretum quoddam atq; præceptum quod de reo:idest de iudicio rei quæri potest. Tum loci cõmunes:quos etiam scriptos ab oratoribus scimus. Nã q hæc recta tãtũ & in nullos flexus recedentia copiose tractauerit:utiq; in illis plures excursus:recipientibus magis abũdabit:eritq; ĩ oẽs causas Gracchus. Oẽs enĩ generalibus quæstionibus constant. Nam quid interest Cornelius tri.pl. ꝙ codicem legerit reus sit:an quæramus uioletur ne maiestas:si

magiſtratus rogationem ſuam populo ipſe recitauerit. Milo Clodium recte ne occiderit: ueniet in iudicium: oporteat ne inſidiatorem ĩterfici uel perniciosũ rei.p. ciuem: etiam ſi nõ inſidietur. Cato Martiã honeſte ne tradiderit Hortenſio: an conueniat ne res talis bono uiro: de pſonis iudicat: ſed de rebus cõtendit. Declamatiões uero qles in ſcholis rhetorꝝ dicunt: ſi mõ ſunt ad ueritaté accõmodatæ: & orationibus ſimiles: non tantũ dum adoleſcit profectus: ſunt utiliſſimæ quæ inuetioné diſpoſitionem pariter exercét: ſed etiã cum eſt conſumatus ac iam in foro clarus. Alitur enim atq; eniteſcit uelut pabulo lætiore facundia: & aſſidua contentionum aſpitate fatigata renouat. Quapropter hiſtoriæ nõnũq̃ ubertas in aliqua exercendi ſtili parte ponenda: & dialogoꝝ libertate geſtiendum: ne carmine quidem ludere contrariũ fuerit: ſicut athletæ remiſſa qbuſdã tpribus ciboꝝ atq; exercitationũ: certa neceſſitate: ocio: & iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoq; mihi uidet. M. Tullius tantũ intuliſſe eloquetiæ lumen: quod ĩ hos quoq; ſtudioꝝ ſeceſſus excurrit. Nã nobis ſola materia fuerit ex litibus: neceſſe eſt deterrat fulgor: & dureſcat articulus: & ipſe ille mucro ingenii quotidiana pugna retundat. Sed quéadmodũ foréſibus certaminibus exercitatos: & quaſi militares reficit ac repat. Hæc uelut ſagina dicendi: ſic adoleſcentes non debent nimiũ in falſa reꝝ imagine detineri: & manibus ſimulacris uſqueadeo ut difficilis ab iis digreſſus ſit aſſuefacere: ne ab illa in qua prope cõſueuerint umbra uera diſcrimina uelut quendã ſolem reformident. Quod accidiſſe etiã portio latroni: q primus clari nominis pfeſſor fuit tradit: ut cum ei ſummã in ſcholis opinioné obtinenti cauſa in foro eſſ& orãda: ĩpenſe petierit: uti ſubſellia in baſilicã tranſferent: ita illi cælũ nouũ fuit: ut oĩs eius eloquentia contineri recto ac parietibus uideret. Quare iuuenis q rationé inueniédi eloquendiq; a præceptoribus diligenter accepit: quod non eſt finiti operis ſi docere ſciant: & uel exercitationem quoq; modicã fuerit cõſecutus oratoré ſibi aliqué: quod apud maiores fieri ſolebat: deligat: qué ſequat: qué imitet: iudiciis interſit q̃plurimis: & ſit certaminis: cui deſtinatur frequens ſpectator: tũ cauſas uel eaſdé quas agi audierit ſtilo: & ipſe componat: uel etiam alias ueras modo: & utrũq; tractet: & quod in gladiatoribus fieri uidemus: de rhetoriis exerceat: ut feciſſe Brutum diximus pro Milone. Melius hoc q̃ reſcribere ueteribus orationibus: ut fecit Sextius cõtra Ciceronis actionem habitam pro eodem: cum alteram partem ſatis noſſe non poſſ& ex ſola defenſione. Citius autem ſi idoneus erit iuuenis: quem præceptor coegerit in declamando: q̃ſimillimum eſſe ueritati: & per totas ire materias: quarũ nunc facillima: & maxĩe fauorabilia decerpũt. Obſtat huic quod ſecũdo

libro posui fere turba discipulo℞:& consuetudo classium certis diebus audiendarum:non nihil etiã psuasio patrum numerantiũ potius declamationes:q̃ æstimantiũ. Sed quod dixi primo ut arbitror libro:nec ille se bonus præceptor maiore numero q̃ substinere possit onerabit:& nimiam loquacitatem recidet:ut oĩa quæ sunt in controuersia:nõ ut qdã uolunt:quæ in re℞ natura ducant̃:& uel lõgiore potius dierum spacio laxabit dicẽdi necessitatem:uel materias sibi diuidere pmitt&:diligẽter effecta plus ꝓderit:q̃ plures incohatæ & quasi degustatæ:propter quod accidit:ut nec suo loco quicq; ponatur:nec illa quæ prima sunt seruẽt suam legem. Iuuenibus flosculos oĩum partium in ea quæ sunt dicturi congerentibus:quo fit ut timentes:ne sequentia pdãt:priora cõfũdãt.

DE Cogitatione.

PRoxima stilo cogitatio est:quæ & ipsa uires ab hoc accipit:& est inter scribendi laborem:extemporaléq; fortunã media quædam:& nescio an usus frequẽtissimi. nam scribere nec ubiq; nec sẽp possumus cogitatiõi tp̃is ac loci plurimũ est. Hæc paucis admodũ horis:magnas etiam causas complectitur. Hæc quotiens intermissus est somnus ipsis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios re℞ actus aliquid inuenit uacuũ:ocium nõ patitur:neq; uero re℞ ordinem mõ:quod ipsum satis erat intra seipsa disponit:sed uerba etiam copulat:totamq; ita cõtexit orationem:ut ei nihil præter manũ desit. Nã memoriæ quoq; plerũq; inhær& fidelius:quod nulla scribendi securitate laxatur. Sed ne ad hãc quidem uim cogitandi perueniri põt:aut subito:aut cito:nam primũ faciẽda multo stilo forma est:quæ nos incogitantes sequatur:tum assumendus usus paulatim:ut pauca primum complectamur animo:quæ reddi fideliter possint:mox p incrementa tam modica:ut onerari se labor ille non sentiat:augenda usu:& exercitatiõe multa continenda est: quæ qdẽ maxĩa ex parte memoria constat:ideoq; aliqua mihi in illum locum differenda sunt. Eo tamen puenit:ut is cui non refraget̃ ĩgeniũ acri studio adiutus tantũ conseq̃t̃:ut ea etiam quæ cogitarit:quæq; scripserit atque edidicerit:in dicendo fidem seruẽt. Cicero certe græcorum Metrodo℞ ephesium:& Emphillum rhodium:nostrorũq; Hortensium tradidit:quæ cogitauerant ad uerbum in agendo retulisse. Sed si forte aliquis inter dicendum effulserit:extemporalis color non superstitiose cogitatis:demum est inhærendum:neq; enĩ tantum habent curæ:ut nõ sit dandus & fortunæ locus. Cum sæpe etiam scriptis ea quæ subito nata sũt inserantur. Ideoq; totum hoc exercitationis genus ita ĩstituendũ est:ut & digredi ex eo:& redire ĩ id facile possimus. Nã ut primum est domo afferre paratam dicendi copiam:& certam:ita refutari temporis

munera. lõge stultissimum est: quare cogitatio in hoc præparet᷑: ut nos fortuna decipe nõ possit: adiuuare possit. Id aũt fiet memoriæ uiribus: ut ea quæ complexi aĩo simus: fluant secura: ne solicitos & respicientes & una spe suspensos recordationis non sinãt præuidere: alioqn uel extẽporalem temeritatem malo: q̃ male cohærentem cogitationem. Peius. n. quærit᷑ retrorsus: qa cum illa desideramus: ab aliis auertimur: & ex memoria potius repetimus: q̃ ex materia. Plura sũt autẽ si strictius utrũq; quærendum est: quæ inueniri possunt: q̃ quæ inuenta sunt.

Quẽadmodum extẽporalis facultas paretur & contineatur.

MAximus uero studioꝝ fructus est: & uelut premiũ quoddã ãplius lõgi laboris ex tẽpore dicendi facultas: q̃ qui non erit consecutus. mea quidem sententia ciuilibus officiis renunciabit: & solam scribendi facultatẽ potius ad alia opera cõuert&. Vix enĩ bonæ fidei uiro cõuenit auxilium ĩ publicum polliceri: quod præsẽtissimis qbusq; piculis desit intrare portum: ad quẽ nauis accedere: nisi lenibus uentis uecta nõ possit. Si qdẽ ĩnumerabiles accidũt subitæ necessitates: uel apud magistratus: uel repræsẽtatis iudiciis cõtinuo agẽdi. Quaꝝ siqua nõ dico cuicũq; innocentium ciuium: sed amicoꝝ atq; propĩquoꝝ alicui euenerit: stabit ne mutus: & salutarem petentibus uocẽ: statĩq; si nõ succurrat᷑ pituris moras: & secessum: & silentium quær&: dum illa uerba fabricetur: & memoriæ insidant: & uox ac latus præparetur. Quæ uero patit᷑ hoc orõ: ut qsq̃ sit orator aliquando mitteretur casus? quid cũ aduersario respõdendum erit fiet? Nã sæpe ea quæ opinati sumus: & contra quæ scripsimus fallunt: ac tota subito causa mutat᷑: atq ut gubernatori ad ĩcursus quoq; tempestatum: sic agenti ad uarietatem causarum ratio mutanda est. Quid porro multus stilus & assidua lectio: & longa studiorum ætas facit? si man& eadem quæ fuit incipientibus difficultas. perisse ꝑfecto confitendum est præteritũ laborem: cui semꝑ idem laborandum ẽ: neq; ego hoc ago: ut ex tpr̃e dicere mallit: sed ut possit. Idẽ aũt maxime hoc mõ consequemur: nota sit primum dicendi uia. neq;. n. prius contĩgere cursus potest q̃ scierimus: quo sit & qua perueniendũ: nec satis est non ignorare quæ sunt causaꝝ iudicialium partes: aut quæstionũ ordinem recte disponere: q̃q̃ ista sint præcipua. Sed quid quoq; loco primũ sit: quid secundum: ac deinceps: quæ ita sunt natura copulata: ut mutari aut interuelli sine confusione non possint. Quisquis autẽ uia ducetur: ducetur ante omnia reꝝ ipsa serie: uelut duce: propter quod hoĩes etiã modice exericati: facillime tenorem in narrationibus seruãt. Deinde qd quoque loco quærant scient: nec circunspectabunt: nec offerentibus se aliunde sensibus turbabunt᷑: nec confundent ex diuersis orationẽ: uelut

salientes huc illuc:nec usq̃ insistentes. Postremo habebunt modum & finem qui esse citra diuisionem nullus potest. Expletis pro facultate oĩbus quæ proposuerint:peruenisse se ad ultimũ sentient. Et hæc qdem ex arte:illa uero ex studio:ut copiã sermonis optimi queadmodũ præceptũ est comparemus:multo ac fideli stilo sic formet oro:ut scriptorꝝ colorem etiam ea quæ subito effusa sunt reddãt:ut cum multa scripserimus etiam qui multa dicamus:nã cõsuetudo et exercitatio facilitaté maxime parit:quæ si paulum intermissa fuerit:nõ uelocitas illa modo tardatur:sed ipsum coit atq; concurrit:q̃q̃ enim opus est naturali q̃dã mobilitate animi:ut dum proxima dicimus:struere ulteriora possimus: semperq; nostram uocem prouisa & formata cogitatio excipiat. Vix tamen aut natura aut ratio in tam multiplex officium diducere animum quæat:ut inuentioni:dispositioni:eloquutioni:ordini uerborũ rerũq;: tũ iis quæ dicit quæ subiuncturus est:quæ ultra spectãda sũt adhibita uocis:pronunciationis:gestus obseruatione una sufficiat. longe enim præcedat oport& intentio:ac præ se res agat:quãtũq; dicendo cõsumit: tãtũ ex ultimo prorogetur:ut donec perueniamus ad finem:nõ minus prospectu ꝓcedamus q̃ gradu:si non intersistentes offẽsantesq; breuia illa:atq; concisa singultantium mõ electuri sumus. Est igitur usus irrationabilis quidam:quem græci uocant:q̃ manus in scribendo decurrit:qua oculi totos simul in lectione uersus flexusq; eorꝝ:& transitus intuentur:& ante sequentia uident q̃ priora dixerunt: quo constant miracula illa in scænis pilariorum ac uentilatorum:ut ea quæ emiserint ultro uenire in manus credas:& qua iubentur decurrere. Sed hic usus ita proderit:si ea de qua locuti sumus:ars antecesserit:ut ipsum illud quod in se rationem non hab&:in ratione uersetur. Nam mihi ne dicere quidem uidetur:nisi qui disposite:ornate:copiose dicit. Sed tumultuarii:nec fortuiti sermonis contextum mirabor unq̃:quem iurgantibus etiam mulierculis superfluere uideo:cum eo quod si calor & spiritus tulit frequenter accidit:ut successum extemporalem conseq cura non possit:deum tunc affuisse:cum id euenisſ& ueteres oratores: ut Cicero dicit aiebant:sed ratio manifesta est. Nam bene concepti affectus:& recẽtes rerꝝ imagines:continuo ĩpetu ferũt:quæ nonnunq̃ mora stili refrigescunt:& dilatæ non reuertuntur. Vtiq; uero cum infelix illa uerborꝝ cauillatio accessit:& cursus ad sigula uestigia restitit: nõ potest ferri contorta uis:sed ut optime uocum singularꝝ cædat electio:nõ cõtinua:sed composita est. Quare capiendæ sunt ille de quibus dixi rerũ imagines:quas uocari ĩdicauimus:oĩaq; de qbus dicturi erimus:personæ:quæstiones:spes:metus habenda in oculis:in affectus

persuadeat:moneat:quibus natura cohæreat:ut etiã delectet. Cõciliatio fere aut cõmendatione moꝝ: q nescio qũo ex uoce etiã atq; actione per- lucẽt:aut orõnis suauitate cõstat:psuadẽdi uis affirmatione:quæ interĩ plus ipsis ꝓbationibus ualet:an ista inqt Callidio Cicero si uera essent: sic a te dicerẽť:& tãtũ abest:ut iflãmares nostros aĩos sõnũ isto loco uix tenebamus:fiducia igiť appareat:& cõstantia utiq; si auctoritas subest: Mouẽdi aũt est rõ aut in repræsẽtandis aut imitãdis affectibus. Ergo cũ iudex ĩ priuatis aut preco ĩ publicis dicere de causa iusserit:leuiter cõsur- gendũ:tũ in componẽda toga:uel si necesse erit:etiã ex integro iniiciẽda duntaxat in iudiciis. Apud principẽ enim & magistratus ac tribunalia nõ licebit: paulũ ẽ cõmorãdũ ut & amictus sit decẽtior:& ꝓtinus aliqd spacii ad cogitãdũ & cũ ad iudicẽ nos cõuertiũs & cõsultus prætermiserit dicere:nõ ꝓtinus ẽ erũpẽdũ:sed dãda breuis cogitatiõe mora. Mire enĩ audituꝝ dicturi cura delectat:& iudex se ipse cõponit:hoc præcipit Ho- merus Vlixis exẽplo:quẽ stetisse oculis in terrã defixis:ĩmotoq; sceptro priusq̃ illã eloquentiæ procellam effundere dicit. In hac cunctatione sũt quædã nõ ĩdecentes:ut appellant scænici moræ caput mulcere:manum intueri:ifringere articulos:simulare conatum:suspiratione solicitudinẽ fateri:aut quod quenq; magis decet:eo diutius si iudex nõdũ intendit aĩum:status sit rectus: æqui & diducti paulũ pedes:uel ꝓcedens mini- mo sinister genua recta:sic tamẽ ut nõ extẽdãť. Humeri remissi uultus seuerus nõ mœstus: nec stupens:nec lauguidus:brachia a latere modice remota:manus sinistra:qualẽ supra demõstraui:dextra cũ iã ĩcipiendũ erit:paulum prolata ultra sinum:gestu q̃modestissimo uelut spectans quãdo incipiẽdũ sit. Vitiosa enĩ sũt illa intueri lacunaria:pfricare faciẽ: & quasi ĩ ꝓbã facere:tendere cõfidentia uultũ:aut quo sit magis toruus supciliis astrĩgere:capillos a frõte cõtra naturam retro agere:ut si horror ille terribilis:tũ id quod græci frequẽtissĩe faciũt:crebro digitoꝝ laboꝝq; motu cõmentari:clare excreare:pedẽ alteꝝ lõge ꝓferre:ptẽ togæ sinistra tenere:stare diductũ:uel rigidũ:uel supinum:uel incuruũ:uel humeris ut luctaturi solent ad occipitium ductis: procemio frequentissĩe lenis cõuenit ꝓnunciacio. Nihil est enim ad cõciliãdum gratius uerecundiã: nõ tamen semper:nec enĩ uno modo dicuntur exordia ut docui:plerũq; tamen & uox temperata: ac gestus modestus:& sedes humero toga: & laterũ lenis in utranque partẽ motus eodẽ spectantibus oculis decebit. Narratio magis prolatã manum:amictũ recidentem:gestũ distinctum: uocem sermoni proximam: ac tantum apertiorem sonum simplicem frequentissime postulabit in his duntaxat. Q. enim Ligarius cum esset in africa nulla belli suspicio:&. A: Cluẽtius habitus pr̃ huiusce:aliud in

eadem poscent affectus uel concitati: nubit genero socrus: uel flebilis cōstituit̃ in foro lodiceæ spectaculū acerbum & miseꝶ toti asiæ ꝓuīciæ. Maxime uaria & multiplex actio est ꝓbationum. Nam ꝓponere: ptiri: interrogare sermoni sunt ꝓxima: & cōtradictionē sumere. Nā ea quoq; diuersa ꝓpositio est. Sed hæc tamen aliquando irridentes: aliquando imitantes pronunciamus. Argumentatio plerunq; agilior & acrior & instantior consentientem orationi postulat etiam gestum idest fortem celeritatem. Instandū qbusdā ī partibus: & densandi oratio. Egressiones fere lenes & dulces & remissæ: raptus Proserpinæ: siciliæ descriptio: Gn. Pompeii laus. Neq; enī mirum minus hr̃e cōtentionis ea quæ sūt extra quæstioē. Mollior nōnūq̃ cum reprehensione diuersæ ptis imitatio. Videor uidere alios intrantes: alios autem exeuntes: quosdam ex uitio uacillantes: ubi non discedens a uoce permittitur. gestus quoq; in utranq; partē tenera quædā: sed intra manus tamen & sine motu lateꝶ translatio. Accendendi iudicis plures sunt gradus: summus ille & quo nullus est ī oratore acutior suscepti bello Cæsar gesto: etiam iam ex pte magna: prædixit enim q̃tum potero uoce contendam: ut populus hæc romanus exaudiat. Paulum īferior & hēns aliquid iam iucūditatis: qd enim tuus ille Tubero in acie pharsalica gladius agebat. plenius adhuc & lentius ideoq; dulcius. In cœtu uero populi romani negociū publicū gerens: producenda omnia: trahendæq; tum uocales. aperiendæq; sūt fauces: pleniore tamen hæc canali fluunt. Vos albani tumuli atq; luci: nam cantici quidā habent: sensimq; resupina sunt: saxa atq; solitudines uoci respōdēt. Tales sunt illæ inclinationes uocis: quas inuicem Demosthenes atq; Aeschines exprobrāt. Non ideo īprobandæ: cum enī uterq; alteri obiiciat palam est utrunque fecisse. Nam neque ille p marathonis & plateaū & salaminis ꝓpugnatores recto sono iurauit: nec ille thebas sermone defleuit. Est his diuersa uox: & pene extra organum: cui græci nomen amaritudinis dederunt supra modum: ac pene naturam uocis humanæ acerba: qn compescitis uocem istam indicem stultitiæ: testem paucitatis. Sed id quod excedere modum dixi in illa pte prima est: qn cōpescitis. Epilogus si enumerationem reꝶ habet: desiderat quandam concisoꝶ continuationem: sed ad concitandos iudices est accōmodatus aliquid ex iis quæ supra dixi: si placandos inclinatam quandā leuitatē: si misericordia cōmouendos flexum uocis: & flebilem suauitatem: qua præcipue frangunt̃ animi: quæq; est maxime naturalis. Nam etiā orbos uiduasq; uidebas in ipsis funeribus canoro quodammodo ꝓclamantes: hic etiam fusca illa uox qualē Cicero fuisse in Antonio dicit: mire faciet: habet enim in se quod imitamur: duplex est tamen miseratio: altera cū

inuidia qualis mō dicta de dānatione Philodami: altera cū deprecatiōe demissior: quare etiā si ē in illis quoq; cantus obscurior: īcœtu uero populi.ro. Nō enī hæc rixantis modo dixit: & uos albani tumuli: neq; enī quasi inclamaret: aut detestaret locutus est: tamen infinito magis illa flexa & circūdata me miserꝝ & me infœlicem. Et quid respōdebo liberis meis: & reuocare tu me ī patriā potuisti Milo: p hos ego te ī eadē patria p eosdem retinere nō potero. Et cū bona. C. Rabrii uno sextertio adiicit. O meum miserꝝ acerbūq; preconiū. Illa quoq; mire facit in poratione uelut deficientis dolore: & fatigatione cōfessio: ut p eodē Milone si finis sit: neq; enī præ lachrymis iā loq possum: quæ similē uerbis habere debēt etiā pnūciationem: possūt uideri alia quoq; huius ptis atq; officii reos excitare: pueros attollere: ppīquos pducere: uestes laniare: sed suo loco dicta sunt. Et quia in partibus causæ & aliis est uarietas: satis apparet accōmodādā sententiis ipsis pnunciationē sicut ostēdimus. Sed uerbis quoq; quod nouissime dixeram: nō semper sed aliquando. At non hæc misellus & pauperculus submissa atq; cōtracta fortis & uehemēs elatio: erecta & cōcitata uoce dicendū est. Accedit enī uis & pprietas rebus tali adstipulatione: quæ nisi adsit: aliud uox: aliud aīus ostendat. Quid q eadem uerba mutata pnūciatione indicāt: affirmāt: exprobrāt: negant: mirant: īdignant: interrogāt: irrident: eleuant: aliter enī dicit Tu mihi quodcunq; hoc regni: & Cantando tu illum: & Tu ne ille æneas: & me q; timoris argue tu Drāce: & ne morer ītra se qsq;: uel hoc uel aliud quod uolet: per oēs affectus uerset: uerꝝ esse quod dicimus sciet. Vnum iā iis adiiciendū est: cū præcipue in actione spectet deorꝝ sæpe aliud alios decere. Est enim latens quædā ī hoc ratio: & inenarrabilis: & ut uere dictū est: caput esse artis dicere quod facias: id ita nec sine arte esse: nec totum arte tradi potest. In qbusdam uirtutes non habent grām: in quibusdam uitia ipsa delectāt. Maximos auctores comœdiarꝝ Demetriū & Stratoclē placere diuersis uirtutibus uidiūs. Sed illud minus mirꝝ: q alter deos: & iuuenes: & bonos p̄res: seruosq;: & matronas: & graues anus optīe: alter acres senes: callidos seruos: pasitos: lenones: & oīa agitatiora melius. fuit enī natura diuersa. Nam uox Demetrii iucundior: illius acrior erat. Annotandæ magis pprietates quæ transferri nō poterant: manus iactare: & dulces exclamationes theatri eā pducere: & īgrediēdo uentū cōcipere ueste: & nōnūq dextra latere facere gestus: quod neminē alium præter Demetrium decuit. Nanq; in hæc omnia statura & mira specie adiuuabat. Illū cursus & agilitas: & uel parū conueniēs personæ risus: quem non ignarus rationis populo dabat: & contracta etiam ceruicula. Quicqd horꝝ alter fecisset: fœdissimū uideret. Quare norit se qsq;: nec

tantũ ex cõibus præceptis: sed etiã natura sua capiat cõsiliũ formandæ actionis: neq; illud tamen est nefas: ut aliquem uel oĩa uel plura decẽt. Huius quoq; loci clausula sit eadẽ necesse est: quæ cæteroꝝ est: regnare maxĩe modum: nõ enim comœdũ esse: sed oratorem uolo: quare nec in gestu ꝓsequemur oẽs argutias: nec in loquẽdo distinctionibus: tpĩbus: affectationibus moleste utemur: ut si sit in scæna dicẽdum. quid igitur faciã? nõ eã: ne nũc qdẽ cũ accersor ultro: an potius ita me cõparem nõ ꝑpeti meretricũ cõtumelias. Hic eni ẽ dubitationes moras: uocis flexus: uarias manus: diuersos nutus actor adhibebit: aliud oratio sapit: nec uult nimium esse cõdicta: actione enim constat non imitatione. Quare non immerito reprehendit̃ pronunciatio uultuosa: & gesticulationibus molesta: & uocis mutationibus resultãs: nec inutiliter ex græcis ueteres trãstulerunt: quod ab his sũptũ Lenes Popilius posuit esse hãc mociosã actionem. Optime igitur idem qui oĩa Cicero præceperat: quæ supra ex oratore posui. Quibus similia in Bruto de. M. Antonio dicit. Sed iam recepta est actio paulo agitatior: etiã exigit̃: & quibusdam partibus conuenit: ita tamen temperanda: ne dum actoris captamus elegantiam: perdamus uiri boni & grauis auctoritatem.

M. FABII QVINTILIANI LIBER VNDECIMVS FINIT.

M. FABII QVINTILIANI LIBER DVODECIMVS ET VLTIMVS INCIPIT.



ENTVM EST AD PARTEM Operis destinati lõge grauissimã. Cuius equidem onus si tantum opinione prima concipere potuissem: quanto me premi ferens sentio: maturius consuluissem uires meas: sed initio pudor omittendi quæ promiseram tenuit: mox q̃q̃ ꝑ singulas quoq; partes labor cresceret: ne perderẽ quæ iam effecta erant ꝑ omnes difficultates animo me sustentaui. Quare nunc quoq; licet maiori q̃ unq̃ molle premar: tamen prospicienti finẽ mihi constitutum est: uel deficere potius q̃ desperare. fefellit autem ꝙ initium a paruis cœperamus: mox uelut aura solicitante ꝓuecti lõgius: dum tantum nota illa & plerisq; artium scriptoribus tractata præcipimus: nec adhuc a littore procul uidebamur: & multos circa uelut isdẽ se uẽtis credere ausos habebamus. Iam cum eloquendi rationem nouissime repertam paucissimisq; temptatam ingressi sumus ratis: quæ iam procul a portu recessisset rapiebatur. Postq̃ uero nobis ille quem instituebamus orator a dicendi magistris dimissus: aut suo iam impetu fert̃:

aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapientiæ penetralibus petit: q̃ in altum sumus ablati sentire cœpimus: nunc cælum undiq; & undiq; pontus. Vnum modo in illa immensa uastitate cernere uidemur. M. Tullium: qui tamen ipse q̃uis tanta atq; ita instructa naue hoc mare ingressus: contrahit uela: inhibetq; remos: & de ipso demum genere dicendi: quo sit usurus perfectus orator: satis hēt dicere. At nr̃a temeritas etiam mores ei conabitur dare: & assignabit officia: ita nec antecedentem consequi possumus: & lõgius eundum est: ut res feret. probabilis tamen cupiditas honestorum: & tutioris audaciæ est temptare quibus paratior uenia est.

NON Posse oratoren nisi uirum bonum esse.

Sit ergo nobis orator quē cõstituimus is: qui a. M. Catõe finit̃: uir bonus dicendi peritus. Verum id quod ille posuit prius: & ipsa natura potius ac maius est utiq; uir bonus: id non eo tantum quod si uis illa dicendi malitiam instruxerit: nihil sit publicis priuatisq; rebus perniciosius eloquentia: nosq; ipsi qui pro uirili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati sumus: pessime mereamur de rebus humanis: si latroni cõparemus hæc arma nõ militi. Quid de nobis loquor? rerum ipsa natura in eo quo præcipue indulsisse homini uidetur: nos quoq; a cæteris animalibus separasse non parens: sed nouerca fuerit: si facultatem dicendi: sociam scelerum: aduersam innocentiæ: hostem ueritatis inuenit: mutos enim nasci & egere omni ratione satius fuisset: q̃ prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. Longius tendit hoc iudicium meum. Neq; enim tantum id dico: eum qui sit orator uirum bonum esse opotere: sed ne futurum quidem oratorē nisi uirum bonum. Nam certe neq; intelligentiam cõcesseris iis: qui proposita honestorũ ac turpiũ uia peiorem sequi malũt: neq; prudentiā cũ grauissĩas frequenter legum. semper uero malæ cõscientiæ pœnas a semet ipsis improuiso rerum exitu induantur. Quod si neminem malum esse nisi stultum: eundem non modo a sapientibus dicitur: sed uulgo quoq; sēp est creditum. certe non fiet unq̃ stultus orator. Adde q ne studio quidē operis pulcherrimi uacare mens: nisi omnibus uitiis libera potest. Primum q in eodem pectore nullum est honestorum turpiumq; cõsortiũ: & cogitare optima simul & deterrima: nõ magis est unius animi q̃ eiusdem hominis bonũ esse ac malum: tum illa quoq; ex causa: q mentem tantæ rei intentam: uacare omnibus aliis etiam culpa carentibus curis oportet. Ita demum enim libera ac tota nulla distringente atq; alio ducente causa spectabit id solum ad quod accingitur. quod si agrorum nimia cura: & solicitior rei familiaris diligentia: uenandi uoluptas: & dari spectaculis dies: multum studiis auferũt (Huic enim rei petit tēpus

quodcunq; alteri dat) quid putamus facturas cupiditatem: auaritiam: inuidiam: quarũ ĩpotentissimæ cogitationes: somnos etiam ipsos: & illa per quietem uisa pturbent. Nihil est enim tam occupatum: tam multiforme: tot ac tam uariis affectibus cõcisum atq; laceratum q̃ mala mẽs. Nam & cum ĩsidiatur præ curis labore distringitur: etiam cum sceleris compos fuerit: solicitudine: pœnitentia: pœnarum omnium expectatiõe torquetur. Quis inter hæc litteris: aut ulli bonæ arti cultus? non hercle magis q̃ frugibus interea sentibus ac rubis occupata. Age non ad pferẽdos studiorum labores necessaria frugalitas? Quid ergo ex libidine aut luxuria spei? non præcipue acuit ad cupiditatem litteraꝝ amor laudis? Num igitur malis esse laudem curæ putamus. Iam hoc quis non uidet maximam partem orationis in tractatu æqui boniq; consistere: dicet ne de iis secundũ debitam reꝝ dignitatem malus atq; iniquus? Deniq; ut maximam partem quæstionis eximiam demus id quod nullo modo fieri potest: idẽ ingenii: studii: doctrinæ pessimo atq; optimo uiro: uter melior dicetur orator: nimirum qui homo quoq; melior. Non igitur unq̃ malus idem homo & perfectus orator. Non enim perfectum qcq̃ quo melius ẽ aliud. Sed ne more socraticorũ nobismet ipsis responsum finxisse uideamur: sit aliquis adeo cõtra ueritatẽ obstinatus: ut audeat dicere eodem ingenio: studio: doctrina: præditum nihilo deteriorem futurum oratorem malum uirum q̃ bonum. Conuincamus huius quoq; amentiam. Nam hoc certe nemo dubitabit omnem oratorem id agere: ut iudici quæ proposita fuerint: uera & honesta uideantur. Vtrum igit̃ hoc facilius bonus uir psuadebit: an malus. bonus qdem & dicet sæpius uera atq; honesta. Sed etiã siquãdo aliquo ductus officio: quod accidere ut mox docebimus põt: falso hæc affirmare conabit̃: maiore cũ fide necesse est audeatur. At malis hõibus ex conceptu opinionis & ignorãtia recti nõnũq̃ excidit ipsa simulatio. Inde ĩmodeste ꝓponũt sine pudore affirmãt. Seqt̃ ĩ iis quæ certum est effici nõ posse de formis ptinacia & irritus labor: nã sicut ĩ uita ita ĩ causis quoq; spes ĩꝓbas habẽt. Frequẽter aũt accidit: ut iis etiã uera dicẽtibus fides desit: uideat̃q; talis aduocatus malæ causæ augmentũ. Nũc de iis dicẽdũ ẽ quæ mihi quasi cõspiratiõe quadã uulgi reclamari uidet̃. Orator ergo Demosthenes nõ fuit: atqui malũ uirũ accepimus. Nõ Cicero: atq; huius quoq; mores multi reprehẽderũt. Quid agã? magna respõsi ĩuidia subeũda: mitigãdæ sũt prius aures. mihi. n. nec Demosthenes tã graui moꝝ dignus uidet̃ ĩuidia: ut oĩa quæ ĩ eũ ab inimicis cõgesta sũt credã: cũ & pulcherrĩa eius rei. p. cõsilia & finẽ uitæ claꝝ legã. Nec. M. Tulio defuisse uideo: ĩ ulla pte ciuis optimi uoluntatem. Testimonio est actus nobilissime consulatus:

integetrīe ꝓuīcia admīſtrata: & repudiatus uiginti uiratus: & ciuilibus bellis quæ in ætate eius grauiſſima inciderunt: neq; ſpe : neq; metu de/ clinatus aīmus: quo minus optimis partibus rei. p. ſe iungeret. Parum fortis uidetur quibuſdam: quibus optime reſpondit ipſe non ſe timidū in ſuſcipiendis ſed in prouidendis ꝑiculis: quod probauit morte quoq; ipſa: quā præſtātiſſīo ſuſcepit aīo. Quod ſi defuit iis uiris ſūma uirtus ſic quærētibus an oratores fuerīt: reſpōdebo qūo ſtoici ſi interrogarent̃: an ſapiens Zeno: an Cleantes: an Cryſippus ipſi reſpondeant magnos qdē illos ac uenerabiles: nō tamen id quod natura homīs ſummū hēbat cōſecutos. Nam & Pythagoras nō ſapientē ſe & q ante eum fuerūt: ſed ſtudioſum ſapiētiæ uocari uoluit. Ego tamē ſecundū cōem loquēdi cō/ ſuetudinem ſæpe dixi dicāq; ꝑfectum oratorē eſſe Ciceronē: ut amicos & bonos uiros & prudentiſſimos dicimus uulgo: quorum nihil niſi per/ fecte ſapiēti datur. Sed cū proprie & ad legem ipſam ueritatis loquen/ dum erit: eum quæram oratorem quem & ille quærebat: q̄q̄ eīm ſtetiſſe eum in faſtigio eloquentiæ fateor: ac uix quid adiici poterit inuenio: fortaſſe īuenturus quid adhuc abſciſſurum putem fuiſſe. Nam fere ſic docti iudicauerunt plurimū in eo uirtutū: nō nihil fuiſſe uicioꝝ: et ſe ipſe multa ex illa iuuenili abundantia coercuiſſe teſtatur: tamē quādo nec ſapientis ſibi nomen minime ſui contemptor aſſeruit: & melius dicere certe: data longiore uita ætate ad componendum ſecuriore po/ tuiſſ&: nō maligne crediderī defuiſſe ei ſummā illā ad quā nemo ꝓpius acceſſit. Et licebat ſi aliud ſentirem fortius id liberiusq; defendere. An uero. M. Antonius neīem a ſe uiſum eloquentē: quod tāto minus erat profeſſus eſt. Ipſe etiā. M. Tullius quærit adhuc eū: & tantū imaginat̃ ac fingit. Ego nō audeā dicere aliqd ī hac quæ ſupeſt æternitate īueni/ ri poſſe: eo ꝙ fuerit ꝑfectius. Trāſeo illos q Ciceroni ac Demoſtheni ne in eloquētia qdē ſatis tribuūt: q̄q̄ neq; ipſi Ciceroni Demoſthenes ſatis uideat̃ eſſe ꝑfectus: quē dormitare īterim dicit: nec Cicero Bruto Cal/ uoq; q certe cōpoſitionē illius ēt apud ipſū reprehēdūt: nec Aſinio uti/ q; q uitia oīonis eius ēt inimice pluribus ī locis cōſequūt̃. Cōcedamus ſane quod mīme naťa patit̃ reptū eſſe aliquē malū uiꝝ ſūme diſertū: nihilo tamē minus oratorē eū negabo. Nā nec omībus q fuerīt manu ꝓmpti uiri fortis nomē cōceſſerī: qa ſine uirtute intelligi nō pōt forti/ tudo. An ei q ad defendēdas cās aduocat̃: nō eſt opus fide quā nec cupi/ ditas corrūpat nec grā auertat: nec metus frāgat: ſed ꝓditorē tranſfugā præuaricatorē donabiūs oratoris illo ſacro noīe. Quod ſi mediocribus etiā patronis conuenit: hæc quæ uulgo dicitur bonitas. cur nō orator ille q nondū fuit: ſed pōt eſſe tā ſit moribus q̄ dicēdi uirtute ꝑfectus?

Non.n.forensem quandã instituimus operã:nec mercenariã uocẽ:nec ut asperioribus uerbis parcamus nõ inutilẽ sane litium aduocatũ: quẽ denic; causidicum uulgo uocant: sed uirum cum ingenii natura præ-stãtem: tum uero tot pulcherrimas artes penitus mente cõplexũ: datũ tandẽ rebus humanis: qualẽ nulla antea uetustas cognouerit singularẽ perfectũq; ũdiq; optima sentientẽ optimeq; dicentẽ. In hoc quota ps erit: quod aut innocẽtes tuebit᷑: aut ĩproborum scelera compescet: aut in pecuniariis quæstionibus ueritati cõtra calumniam addiderit. Sũmis ille quidem in iis quoq; fuerit: sed in maioribus clarius elucebit: cum regenda senatus cõsilia: & popularis error ad meliora ducendus. An nõ tale quendã uidetur finxisse Virgilius: quẽ ĩ seditione uulgi iam faces & saxa iaculãtis: moderatorẽ dedit animi. Tũ pietate grauẽ ac meritis si forte uirũ quẽ cõspexere silent: arrectisq; auribus adstant. Habemus igit᷑ ante oĩa uirũ bonũ: post hæc adiecit dicendi peritũ. Ille regit dictis aĩos & pectora mulcet. Et quid non in bellis quoq; idem ille uir quẽ ĩ-stituimus si sit ad prælũ miles cohortandus ex mediis sapiẽ præceptis orationẽ trahet? Nam quo modo pugnã ineuntibus tot simul metus laboris: doloris: postremo mortis ipsius exciderẽt: nisi ĩ eorum locũ pietas & fortitudo & honesti patris imago successerit: quæ certe melius psuadebit aliis q̃ prius psuaserit sibi: pdit.n.se quãlibet custodiat᷑ simulatio: nec ũq̃ tãta fuerit eloquendi facultas: ut non titubet ac hæreat: quotiẽs ab aĩo uerba dissentiunt. Vir autẽ malus aliud dicat necesse ẽ q̃ sentiet. bonis nũq̃ honestus sermo deficiet: nũq̃ rerum optĩarum: nã iidẽ etiã prudẽ-tes erũt. Inuentioq; etiã si lẽocinii destituta sit: satis tamen natura sua ornat᷑: nec quicq̃ non diserte quod honeste dicit᷑. Quare iuuentus ĩmo oĩs ætas: (neq;.n.rectæ uoluntati serũ est tempus ullum) totis mẽtibus huc tendamus: in hac elaboremus: forsan & cõsumare contingat. Nã si natura non phibet & esse uirũ bonum: & esse dicẽdi pitum: cur non aliqs etiã unus utrũq; cõseq posset? Cur autẽ nõ se qsq; speret fore illũ aliquẽ? ad quod si uires ingenii nõ suffecerint: tamẽ ad quẽ usq; modũ pcesserimus: meliores erimus: ex utroq;: hoc certe pcul eximat᷑ aĩorum pulcherrimã eloquẽtiã cum uitiis mentis posse misceri. Facultas dicẽdi si ĩ malos incidit: & ipsa iudicãda est malũ: peiores.n. illos facit qbus cõtigit. Videor mihi audire quosdã: nec.n.deerit unq̃ q diserti esse: q̃ boni malĩt illa dicentes. Quid ergo tãtũ artis est in eloquẽtia: cur tu de coloribus & difficiliũ cãrum defẽsione: non nihil etiã de cõfesso loquutus es? nisi aliquãdo uis & facultas dicẽdi expugnat ipsã ueritatem: bonus enim uir non agit nisi bonas causas: eas porro etiã sine doctrina satis p se tuet᷑ ueritas ipsa. Quibus ego cũ de meo primũ ope respondero etiã

pro boni uiri officio: siquādo eū ad defensionem nocētiū ratio duxerit satisfaciā. Protractare .n. quo mō aut etiā p falsis aut p iniustis aliqdo dicat̄: nō ē inutile: uel pter solū hoc: ut ea facilius & deprehendamus & refellamus: queādmodū remedia melius adhibebit: cui nota quæ nocēt fuerit. Neq; .n. academici cū in utrāq; dixerūt ptē: non secundū alterā uiuūt: neq; Carneades ille q romæ audiēte Cēsorio Catone: nō minoribus uiribus cōtra iustitiā dicit̄ disseruisse: q pridie p iusticia dixerat: iniustus ipse uir fuit. Verū & uirtus qd sit aduersa ei malitia detegit: & æquitas fit ex iniq contemplatione manifestior: & plurima cōtrariis probantur. Debent ergo oratori sic esse aduersarioꝝ nota consilia: ut hostiū impatori. Verū & illud quod prima ppositōe durū uidet̄: pōt afferre rō: ut uir bonus in defēsione causæ uelit auferre aliquādo iudici ueritatem. Quod siquis a me pponi mirabit̄: quāquā non est hæc mea pprie sententia: sed eoꝝ quos grauissimos sapientiæ magistros: ætas uetus credidit: sic iudicet pleraq; esse: quæ non tam factis q̄ causis eoꝝ uel honesta fiant uel turpia. Nā si hōiē occidere sæpe uirtus: liberos necare nōnūq̄ pulcherrimū est: asperiora quædam adhuc dictu: si coīs utilitas exegerit facere cōcedit̄: ne hoc quidē nōdum ē ītuendū: qualē causā uir bonus. Sed etiā quare & qua mēte defēdāt: Ac primū cōcedāt mihi oēs oportet: quod stoicoꝝ quoq; asprimi cōfitēt̄: factuꝝ aliqdo bonū uirū: ut mēdacium dicat. Et qdem nō nūq̄ leuioribus causis: ut in pueris ægrotantibus utilitatis eoꝝ gratia multa fingimus: multa nō facturi promittimus: nedum si ab hōie occidendo grassator auertēdus sit: aut hostis p salute patriæ fallēdus: ut hoc quod alias ī seruis quoq; reprehendendū est: sit alias in ipso sapiente laudandū. Id si cōstitent multa iā uideo posse euenire: pter quæ bene orator tale suscipiat causæ genus: quale remota rōne honesta nō suscepisset. Nec hoc dico: qa seueriores sequi placet leges pro patre fratre amico periclitātibus: tam. & si nō mediocris hæsitatio est: hīc iustitiæ proposita imagine: inde pietatis nihil dubii reliquamus. Sit aliqs īsidiatus tyrāno: atq; ob id reus: utrū ne: saluū eū nolet is q a nobis finit̄ orator: an si tuendū suscepit: nō tā falsis defēdet: q̄ q apud iudices malā causā tuet̄. Quid si quædā benefacta damnaturus est iudex: nisi ea non esse facta conuicerimus: nō uel hoc mō seruabit orator: nō īnocentē modo: sed laudabilem ciuē. Quid si quædā iusta natura sed cōditōe tēpoꝝ īutilia ciuitati sciemus: Nōne utemur arte dicendi bona qdē: sed malis artibus simillima? Ad hoc nemo dubitabit: quādo si nocētes mutari ī bonā mentem aliquo mō possīt: sicut posse īterdū cōcedit̄ saluos esse eos magis e re.p. sit: q̄ puniri. Si liqueat igit̄ oratori futuꝝ bonū uiꝝ: cū uera obiicient̄: non

id aget ut saluus sit. Da nũc ut crĩne maĩfesto premat̃ dux bonus: & sine quo uĩcere honeste ciuitas nõ possit: nõne ei cõmunis utilitas oratorẽ aduocabit? Certe Fabritius Corneliũ Ruffum: & aliquado malum ciuẽ & sibi inimicũ: tamen qa utilẽ sciebat ducẽ iminẽte bello palã consulẽ suffragio suo fecit: atq; id admirãtibus qbusdã respõdit: a ciue se spoliari malle: q̃ ab hoste uenire: ita si fuisset orator nõ defẽdisset eundem Ruffum: uel manifesti peculatus reũ: multa dici possẽt similia: sed uel unũ ex iis quolibet sufficit: non. n. hoc agimus: ut istud illi quẽ formamus uiro sit sæpe faciendũ: sed ut si talis coegerit ratio. Sit tamẽ uera finitio: oratorem esse uirum bonũ dicendi peritum. Præcipere uero ac discere: qũo etiã ꝓbatiõe difficilia tractẽt̃ necesse est. Nã frequẽter etiã optimæ causæ sĩles sũt malis: & ĩnocẽs reus multis uerisĩlibus premit̃. Quo fit ut eadem actionis ratione defendẽdus sit: quasi nocens esset. Iã ĩnumerabilia sũt bonis causĩs malisq; cõia: testes: litteræ: suspitiões: opĩones: nõ aliter aũt uerisĩlia q̃ uera & cõfirmãt̃ & refellũt̃. Quaꝓpter ut res feret flectetur oratio manente honesta uoluntate.

Cognoscenda esse oratori quibus mores formentur.

QVando igit̃ orator est uir bonus: is autẽ citra uirtutẽ intelligi non põt (Virtus & si quosdã ĩpetus a natũa suĩt) tamen pficiẽda doctrina est. Mores ante oĩa oratori studiis erunt excolendi: atq; omĩs honesti iustiq; disciplina pertractãda: sine qua nemo nec uir bonus esse: nec dicendi peritus põt: nisi forte accedaũs iis q natura cõstare mores: & nihil adiuuari disciplina putãt: scilicet ut ea q dem quæ manu fiũt: atq; eoꝝ contẽptissĩa confiteant̃ egere doctoribus. Virtutem uero qua nihil hõi quo ad deos ĩmortales ꝓpius accedat: datũ est obuiã & illaboratã tantũ: quia nacti sumus hẽamus. Abstinẽs erit qcqd sit: abstinentia ignorat: Et fortis q metus doloris mortis supstitionis nulla rõne purgauerit. Et iustus q æq boniq; tractatũ: q leges: quæ natura sunt oĩbus datæ: quæq; ꝓprie populis gentibus constitutæ: non eruditione aliquo sermone tractauerit. O q̃ istud paꝝ putãt: quibus nõ facile uidet̃. Sed hoc transeo: de quo neĩnẽ q lr̃as uel primis ut aiũt labris degustarit dubitatuꝝ puto. Ad illud sequens reuertar: ne dicendi qdem satis pitũ fore: qui non & naturæ uĩ oẽm penitus ꝓspexerit: & mores præceptis ac rõne formarit. Neq; enim frustra in tertio de oratore libro. L. Crassus cuncta quæ de æquo: iusto: uero: bono: deq; iis quæ sũt contra posita dĩcũt̃: ꝓpria esse oratoris affirmat: ac phõs cũ ea dicẽdi uiribus tuẽtur: uti rhetoꝝ armis nõ suis. Idẽ tamen cõfitet̃ ea iã esse a phĩa petenda: uidelicet qa magis hæc illi uidetur in possessione eaꝝ reꝝ fuisse. Hinc etiã illud est: quod Cicero pluribus libris & epistolis testatur dicendi facultatem ex ĩtimis

sapiētiæ fōtibus fluere. Ideoq; aliquādiu præceptores eosdē fuisse mo℞ atq; dicēdi. Qui ꝓpter hæc exhortatio mea nō eo ꝑtinet: ut esse oratorē phūm uelī: quādo nō alia uitæ secta lōgius a ciuilibus officiis: atq; ab oī munere oratoris recessit. Nā qs phō℞ aut ī iudiciis frequēs: aut clarus ī concioībus fuit? Quis deniq; ī ipsa quā maxīe pleriq; præcipiūt rei. p. admīstratōe uersatus? Atq eo illū quē īstitutū romanū quēdā uelī esse sapiētem: q non secretis disputationibus: sed rerum experimentis atq; operibus uere ciuilē uirū exhibeat. Sed quia deserta ab iis qui se ad eloquētiā contulerīt studia sapientiæ: nō iā in actu suo atq; in hac fori luce uersant͛. Sed ī porticus & gymnasia primū: mox in conuentus scholarū recesserīt. Id quod est oratori necessarium: nec adiicendi præceptoribus traditur: ab iis petere nimi℞ necesse est: apud quos remansit euoluēdi penitus auctores: qui de uirtute præcipiūt: ut oratoris uita cum scientia diuinarū re℞ sit: humana℞q; coiūcta: quæ ipsæ q̄to maiores ac pulchriores uiderētur: si illas ii docerent: qui etiā eloqui præstātissime possēt. Vtināq; sit tpūs ūq̄: quo perfectus aliqs q̄lē optamus orator hāc partem superbo nomine: & uitiis quo℞dam bona eius corrūpētiū īuisam uēdicet sibi: ac uelut rebus repetitis in corpus eloquētiæ adducat. Quæ quidem cum sit in tres diuisa partes: naturalē: moralem: rōnalem: qua tandē nō ē cum oratoris ope coniuncta? Nam ut ordinē retro agamus: de ultima illa quæ tota uersatur ī uerbis: nemo dubitauerit: si & ꝓprietates uocis cuiusque nosse: & ambigua apire: & ꝑplexa discernere: & de falsis iudicare: & colligere ac resoluere quæ uelis oratoris est: q̄q̄ ea nō est tam minute atq; concise ī actionibus utendū: q̄ in disputationibus: quia nō docere mō: sed mouere etiā ac delectare audientes debet orator: ad quod īpetu quoq; & uiribus ac decore ē opus: ut uis amnium maior est altis ripis: multoq; gurgitis tractu fluentiū: q̄ tenuis aquæ & obiectu lapillo℞ resultantis: & ut palestrici doctores illos quos numeros uocāt: non iccirco discentibus tradunt: ut iis omnibus qui didicerūt: in ipso luctandi certamine utant͛. plus. n. pōdere & firmitate & spiritu agit͛: sed ut subsit copia illa: ex qua unū aut alterum cuius se occasio dederit efficiāt. Ita hæc pars dialectica: siue illā dicere malimus disputatricē: ut est utilis sæpe & finitionibus: & comprehensionibus: & separandis: quæ sūt differentia & resoluēda ambiguitate: distinguendo: diuidendo: illiciēdo: implicādo: itā si totum sibi uendicauerit ī foro certamen obstabit: melioribus & sectas ad tenuitatem suā uires ipsā subtilitate consumet: itaq; reperias quosdam in disputando mire callidos: cum ab illa uero cauillatione discesserint: non magis sufficere in aliquo grauiore actu: q̄ parua quædā aīalia: quæ in angustiis mobilia in campo deprehēdūt͛.

Iam qdem pars illa moralis quæ dicit̃ ethice certe tota oratoris ē. Nam in tāta causa℞ ut ſupioribus libris diximus uarietate: cū alia cōiectura quærāt̃: alia finitioĩbus cōcludāt̃: alia iure ſūmoueāt̃: uel trāſferāt̃: alia colligāt̃: uel ipſa īter ſe cōcurrāt: uel ī diuerſū ābiguitate ducant̃: nulla fere dici pōt: cuius non parte in aliqua tractatus æ q & boni reperiant̃. pleraſq; uero eſſe qs neſcit: quæ totæ in ſola q̃litate cōſiſtāt? In cōſiliis uero quæ rō ſuadēdi eſt ab hoēſti quæſtione ſepoſita? Quī illa etiam pars tertia quæ laudādi ac uituperādi officiis cōtinet̃? Nepe ī tractatu recti prauiq; uerſat̃: an de iuſtitia: fortitudine: abſtinentia: temperātia: pietate non plurima dicet orator? Sed ille uir bonus: q hæc nō uocibus tātum ſibi nota atq; noībus aurium tenus ī uſū līguæ perceperit: ſed q uirtutes ipſas mente cōplexus ita ſentiet: nec in cogitādo ita laborabit: ſed quod ſciet uere dicet. Cū aūt oīs generalis quæſtio ſpeciali potētior: qa uniuerſo pars continēt̃: non utiq; accedit parti: quod uniuerſum ē: ꝑfecto nemo dubitabit generales quæſtioēs in illo maxīe ſtudio℞ more uerſatas. Iā uero cū ſīt multa ꝓpriis breuibuſq; cōprehēſioībus finiēda. Vnde etiā ſtatus cauſa℞ dicit̃ finitiuus: nōne ad id quoq; inſtrui ab iis q plus ī hoc ſtudii dedeŕt optet? Quid nō quæſtio iuris oīs: aut uerbo℞ ꝓprietate: aut æq diſputatione aut uolūtatis coniectura cōtinet̃: quo℞ pars ad rōnalē: pars ad moralē tractatum redūdat. Ergo natura ꝑmixta eſt oībus iſtis orō: quæ qdem orō ē uere. Nā ignara quidē huiuſce doctrinæ loquacitas erret neceſſe ē: ut quæ uel nullos uel falſos duces hēat. pars uero naturalis cum eſt ad exercitationem dicendi: tanto cæteris uberior: q̃to maiore ſpiritu de diuinis rebus q̃ humanis loquēdū ē. Tū illam etiā moralem ſīe qua nulla eſſe ut docuimus orō pōt: totā cōplectit̃. Nam ſi regit̃ ꝓuidentia mundus: administranda certe bonis uiris erit res.p. Si diuina noſtris aīs origo tendendū ad uirtutem: nec uoluptatibus terreni corporis ſeruiendum: an hoc non frequenter tractabit orator. Iam de augu℞ reſpōſis religioneq; omni: de qbus maxima ſæpe in ſenatu conſilia uerſata ſunt: nō erit ei diſſerēdum? ſiqdem ut nobis placet futurus eſt uir idem ciuilis: quæ deniq; intelligi ſaltem pōt eloquentia hominis: optima neſcientis? Hæc ſi rōne manifeſta nō eſſent: exemplis tamen crederemus. Siqdem & Periclem: cuius eloquentiæ etiā ſi nulla ad nos monumenta uenerŕt: uim tamē quādam incredibilē: cū hiſtorici: tum etiam liberrimū genus hominum comici ueteres tradūt Anaxagoræ phiſici conſtat auditorem fuiſſe: & Demoſthenē prīcipem omniū græciæ orato℞ dediſſe operā Platoni. Nam. M. Tullius nō tātū ſe debere ſcholis rheto℞: q̃tū achademiæ ſpaciis frequēter ipſe teſtatus eſt. Neq; ſe tāta in eo ūq̃ fudiſſ& ubertas: ſi īgeniū ſuū conſepto fori nō

ipsius rerũ naturæ finibus terminast &. Verũ ex hoc alia mihi quæstio exoritur: quæ secta conferre plurimum eloquentiæ possit: q̄q̄ ea non inter multos pōt esse contentio. Nam epicuris in primis nos a se ipse dimittit: q fugere omnem disciplinã nauigatione q̄uelocissime iubet. Neq; uero Aristippus sũmum in uoluptate corporis bonum ponẽs: ad hunc nos laborem hortetur. Pyron quidem quas habere ĩ hoc ope ptes pōt: cui iudices esse apud quos uerba faciat: & reũ pro quo loquatur: & senatum in quo sit dicenda sententia non liquebit. Acnademiam qdẽ utilissimam credunt: q mos in utranq; partẽ disserẽdi ad exercitationẽ forensium causarum proxime accedat. Adiiciunt loco probationis q ea præstantissimos in eloquentia uiros ediderit: peripatetici studio quoq; se quodam oratorio iactãt. Nam thesis dicere exercitationis gratia fere ab iis ẽ institutum. Stoici sicut copiam nitorẽq; eloquentiæ fere præceptoribus suis defuisse concedant necesse ẽ: ita nullos aũt pbare acrius: aut concludere subtilius contendunt. Sed hæc inter ipsos q ueIut sacramento rogati: uel etiã superstitione constricti nefas ducunt a suscepta semel psuasione discedere. Oratori uero nihil ẽ necesse in cuiusq̄ iurare leges. Maius. n. opus atq; præstantius ad quod ipse tendit: & cuius est uelut candidatus: siqdem est futurus tũ uitæ tum etiã eloquentiæ laude perfectus. Quare in exemplũ benedicendi facundissimũ quẽq; pponet sibi ad imitandũ: moribus uero formãdis q̄ honestissĩa præcepta rectissimãq; ad uirtutẽ uiã diliget. Exercitatiōe qdem utet oĩ: sed tamen erit plurimus in maximis qbusq; ac natura pulcherrimus. Nã quæ potest materia repiri ad grauiter copioseque dicendum magis abundans: q̄ de uirtute: de re. p. de puidentia: de origine aĩorũ: de amicitia? Hæc sunt quibus mens pariter atque oro ĩsurgant: quæ uero bona quid mitiget metus: coerceat cupiditates eximat nos opinionibus uulgi: animũq; cælestem: neq; ea solum quæ talibus disciplinis continent: sed magis etiã quæ sunt tradita antiqtus dicta ac facta præclare & nosse & aĩo semper agitare cõueniet: quæ pfecto nusq̄ plura maioraq;: q̄ in nostræ ciuitatis monumentis reperient. An fortitudinẽ: fidem: iustitiam: continentiã: frugalitatẽ: cõtemptũ doloris ac mortis: melius alii docebunt q̄ Fabricii Curii reguli: Decii: Mutii: aliiq; ĩnumerabiles? Quãtũ. n. græci præceptis ualẽt. tãtũ romani quod ẽ maius exemplis: tantumq; nõ cognatis sideribus admoneri: qui non modo pximum tpũs: lucẽq; præsẽtẽ ĩtueri satis credat: sed omnẽ posteritatis memoriam spatium uitæ honestæ: & curriculum laudis existimet. Hĩc mihi ille iustitiæ haustus bibat: hinc sumptam libertatem in causis atq; consiliis præstet. Neq; erit pfectus orator: nisi qui honeste dicere & sciet: & audebit.

NEcessariam iuris ciuilis oratori scientiam.

IVris quoq; ciuilis necessaria huic uiro scĩa ẽ:& morum ac religionũ eius rei.p.quã capesset. Nam qualis esse suasor in cõsiliis publicis priuatis ue poterit:tot rerũ qbus præcipuæ ciuitas continetur ignarus? Quo aũt mõ patronũ se causaꝝ non falso dixerit:qui quod ẽ in causis potentissimum:sit ab altero petiturus:pene nõ dissimillimis iis qui poetarũ scripta pronunciant? Nã quodãmõ mandata perferret: eaque quæ sibi a iudice credi postulaturus est:aliena fide dicet:& ipse litigãtiũ auxiliator egebit auxilio:qd quod fieri nõnũq̃ minore ĩcõmõ possit:cũ domi præcepta & cõposita:& sicut cætera quæ in causa sũt in discendo cognita ad iudicẽ ꝑferet? qd fiet in quæstionibus quæ subito inter ipsas actioẽs nasci solent:nõ deformiter respectet:& ĩter subsellia minores aduocatos interroget? Põt aut satis diligenter accipe:quẽ tum audiet cum ei dicenda sunt? aut fortiter affirmare:aut ĩgenue possit ꝑ suis dicere ĩ actionibus? quod fiet in altercatõe ubi occurrẽdũ cõtinuo: nec libera ad discẽdũ mora ẽ? Quid si forte peritus iuris ille nõ aderit: quod siqs non satis in ea rẽ doctus:falsum aliquid subiecerit? Hoc enĩ eis maximum ignorantiæ malum: quod credit eum scire qui moneat. neq; ego sum nr̃i moris ignarus: oblitus ue eorũ:qui uelut ad arculas sedẽt: & tela agẽtibus subministrant? Neq; idem græcos quoq; nescio factitasse. Vnde nomẽ iis pragmaticoꝝ datum ẽ:sed loquor de oratore qui nõ clamorem mõ suum causis:sed oĩa quæ profutura sunt debet? Itaq; eũ nec inutilem si ad horam forte cõstiterit:neq; in testationibus faciendis esse ĩperitum uelim. Quis.n.potius præparabit ea quæ cum aget esse in cã uelit:nisi forte imꝑatorem.qs idoneum credit in præliis qdem strenuũ & fortem:& oĩum quæ pugna possit artificem. Sed neq; dilectus agere: nec copias cõtrahere atq; instruere:nec ꝓspicere cõmeatus:nec locum capere castris scientem. Prius est enĩ certa parare bella q̃ gerere. Atqui simillimus huic sit aduocatus:si plura quæ ad uincẽdum ualẽt:aliis reliquerit. Cũ præsertim hoc quod ẽ maxĩe necessariũ:nec tã sit arduum:q̃ ꝓcul intuẽtibus fortasse uideat᷑. Nãq; oẽ ius quod ẽ certũ: ut scripto aut moribus constat.dubium æqtatis regula examinandũ est:quæ scripta sũt:aut posita in more ciuitatis nullã habẽt difficultatẽ. cognitionis sunt.n.non ĩuentionis:atq; consultoꝝ responsis explicãt᷑: aut in uerborum interpretatione sunt posita: aut recti prauiq; discrimine. Vim cuiusq; uocis intelligere:aut cõmune prudẽtiũ ẽ:aut ꝓpriũ oratoris:æquitas optimo cuiq; notissima ẽ. Nos porro & bonum uirũ & prudentẽ in primis oratorẽ putamus: qui cũ se ad id quod ẽ optimũ natura duxerit: non magnopere cõmouebitur:siquis ab eo consultus

differat: cũ ipsis illis diuersas ĩter se opinioẽs tueri cõcessũ sit. Sed etiã si nosse qd qsq; senserit uolet: lectionis opus ẽ: q̃ nihil ẽ in studiis minus laboriosũ. Quod si pleriq; despata facultate agendi ad discendũ ius declinauerũt: q̃ id scire facile ẽ oratori: quod discunt q sua quoq; cõfessiõe oratores esse nõ possũt. Verũ &. M. Cato cũ ĩ dicendo præstãtissimus: tũ iuris fuit idẽ pitissimus. Et Scæuolæ Seruioq; Sulpicio cõcessa ẽ etiã facũdiæ uirtus. Et. M. Tullius nõ mõ inter agendũ nũq̃ est destitutus scĩa iuris: sed etiã cõponere aliq̃ de eo cœperat: ut appeat posse oratorẽ nõ discendo tãtũ iuri uacare: sed ẽt docẽdo. Verũ ea quæ de moribus excolẽdis studioq; iuris præcipimus: nõ ne qs eo credat reprehẽdẽda: q multos cognouimus: q tedio laboris quẽ ferre tẽdẽtibus ad eloquẽtiã necesse ẽ: cõfugerĩt ad hæc diuerticula desidiæ: quorũ alii se ad albũ ac rubricas trãstulerũt: & formularii: uel ut Cicero ait legulei qdã esse maluerũt: tãq̃ utiliora eligẽtes ea: quorũ solã facilitatẽ sequebãtur: alii pigritiæ arrogãtioris: q subito frõte cõficta ĩmissaq; barba: ueluti despexissẽt oratoria præcepta: paulũ aliqd sederũt ĩ scholis phõrũ ut deĩde in publico tristes: domi dissoluti captarent auctoritatẽ cõtẽptu cæterorũ: phĩa. n. simulari põt: eloquẽtia nõ potest.

Necessariam oratori cognitionẽ historiarum.

IN primis uero abũdare deb& orator exẽplorũ copia: cũ ueterũ: tũ ẽt nouorũ: adeo ut nõ ea mõ quæ cõscripta sunt historiis aut sermõibus: uelut p manũs tradita quæq;: quotidie agũtur debeat nosse: uerũ ne ea qdẽ quæ sũt a clarioribus poetis ficta negligere. Nã ea qdẽ ppria aut testimoĩorũ: aut ẽt iudicatorũ obtinẽt locũ. Sed hæc quoq; aut uetustatis fide tuta sũt: aut ab hõibus magnis præceptorũ loco ficta credũtur. Sciat ergo q̃ pluria ũde ẽt senibus auctoritas maior ẽ: q plura nosse & uidisse credũtur: quod Homerus frequẽtissĩe testatur: sed nõ ẽ expectãda ultĩa ætas: cũ studia præstẽt: ut q̃tũ ad cognitionẽ ptinẽt rerũ etiã prætẽtis sæculis uixisse uideamur.

Quæ Sunt oratoris ĩstrumẽta.

HAEc sũt quæ me redditurũ pmiserã ĩstrumẽta: nõ artis ut qdã putauerũt: sed ipsius oratoris. hæc arma hr̃e ad manũ: horũ scĩa debet esse succinctus: accedẽte uerborũ figurarũq; facili copia: & ĩuẽtioĩs rõne: & disponẽdi usu: & memoriæ firmatæ: & actioĩs grã. Sed plurimũ ex iis ualet aĩ præstãtia: quã nec metus frãgat: nec acclamatio terreat: nec audiẽtiũ auctoritatis ultra debitã reuerẽtiã tardet. Nã ut abhominãda sũt cõtraria iis uitia cõfidẽtiæ temeritatis ĩpbitatis arrogãtiæ: ita citra cõstãtiã: fidutiã: fortitudinẽ: nihil ars: nihil studiũ: nihil pfectus ipse profuerit: ut si des arma timidis & ĩbellibus. ĩuitus mehercule dico quoniã & aliter accipi põt ipsã uerecũdiã: uitiũ qdẽ sed amabile: & quæ uirtutes facillĩe gener& esse ĩterĩ aduersã: multisq; ĩ cã fuisse: ut bona ĩgenii

ſtudiiq; ĩ lucẽ nõ ꝓlata ſitu quodã ſecreti cõſumerẽt. Sciat aũt ſiqs hæc forte minus adhuc pitus diſtĩguẽdi uĩ cuiuſq; uerbi leget: nõ ꝓbitatem a me reprehendi: ſed uerecũdiã quæ ẽ timor qdẽ reducẽs aĩmum ab iis quæ faciẽda ſũt. Inde cõfuſio & cœpti pœnitẽtia: & ſubitũ ſilẽtiũ. Quis porro dubitet uitiis aſcribere affectũ: ꝓpter quẽ facere honeſte pudet: Neq; ego rurſus nolo eũ q ſit dicturus ſolicitũ ſurgere: & colorẽ mutare & piculũ intelligere: quæ ſi non accidẽt: ẽt ſimulãda erĩt. Sed ĩtellectus hic ſit opis nõ metus: moueamurq; nõ cõcidaũs. Optĩa ẽ aũt emẽdatio uerecũdiæ fiducia. ẽt qlibet ĩbecilla frons magna cõſcĩa ſubſtinet. Sũt & naturalia ut ſupra dixi: quæ tamẽ & cura iuuãt ĩſtrumẽtã uox: latus: decor: quæ qdẽ tãtũ ualẽt: ut freqũeter famã ĩgenii faciãt. Habuit oratores ætas nr̃a copioſiores: ſed cũ dicerẽ eminere ĩter æqles Trachalus uidebat: ea corpis ſublĩtas erat: is ardor oculoꝝ: frõtis auctoritas: geſtus: præſtantia: uox qdẽ nõ ut Cicero deſiderat pene tragœdoꝝ: ſed ſup oẽs quos ego qdẽ audiuerĩ tragœdos. Certe cũ ĩ baſilica iulia dicerẽ primo tribunali. Quattuor aũt iudicia ut moris ẽ cogerẽt: atq; oĩa clamoribus fremerẽt: & auditũ eũ: & ĩtellectũ: & quod agẽtibus cæteris cõtumelioſũ fuit: laudatũ quoq; ex qttuor tribunalibus memini. Sed hoc notũ ẽ & rara fœlicitas: quæ ſi nõ adſit ſane ſufficiat ab iis qbus qs dicit audiri talis eſſe debet orator & hæc ſcire.

Quod ſit ĩcipiẽdi cãs agere tpũs.

AGẽdi aũt ĩitiũ ſĩe dubio ſecũdũ uires cuiuſq; ſumẽdũ ẽ. neq; ego annos definiã: cũ Demoſthenẽ pueꝝ admodũ actioẽs populares habuiſſe manifeſtũ ſit. Caluus: Cæſar: Pollio multũ ãte quæſtoriã oẽs ætatẽ grauiſſĩa iudicia ſuſceperũt prætextatos egiſſe quoſdã ſit traditũ. Cæſar auguſtus duodecĩ natus ãnos Auiã ꝓ roſtris laudauerit. Modus mihi uidet qdã tenẽdus: ut neq; ꝓpere diſtringat ĩmatura frõs: & qcqd eſt: illud adhuc acerbũ ꝓferat. Nã ĩde & cõtẽptus opis ĩnaſcit: & fũdamenta iaciunt ĩpudẽtiæ. Et quod ẽ ubiq; pnicioſiſſimũ præuenit uires fiducia. Nec rurſus differẽdũ ẽ tyrociniũ ĩ ſenectutẽ. Nã quotidie metus creſcit: maiuſq; fit ſẽp quod auſuri ſuũs: & dũ deliberamus quãdo incipiendũ ſit incipe iã ſerũ eſt. Quare fructũ ſtudioꝝ uiridẽ & adhuc dulcẽ ꝓmi decet: dũ & uenia & ſpes ẽ: & patus fauor audere nõ dedecet. Et ſiqd deſit opi ſupplet ætas. Et ſiq̃ dicta ſũt iuueniliter ꝓ ĩdolo accipiunt: ut totus ille Ciceronis ꝓ ſexto Roſcio locus: Quid. n. tam cõe q̃ ſpiritus uiuis: terra mortuis: mare fluctuãtibus: littus eiectis: quæ cu ſex & uiginti natus ãnos ſummis audiẽtium clamoribus dixerit: deferuiſſe tp̃e & annis liq̃ta iam ſenior idẽ fatet. Et hercle q̃tũlibet ſecreta ſtudia cõtulerĩt. Eſt tamen ꝓpius qdã fori ꝓfectus: alia lux: alia ueri diſcrimĩs facies: pluſq; ſi ſepares uſus ſine doctrĩa: q̃ citra uſum doctrina ualeat.

Ideoq; nonnulli senes in schola facti stupent nouitate cum in iudicia uenerũt:& oĩa suis exercitatioĩbus similia desiderãt. At illic & iudex tacet: & aduersarius obstrepit:& nihil temere dictũ pit. Et siqd tibi ipse sumas: pbandũ est:& laboratã cõgestãq; dieꝶ ac noctiũ studio actionẽ a q̃ deficit:& omisso magna sẽp flãdi tumore ĩ qbusdã causis loquẽdũ ẽ: quod illi deserti minĩe sciũt. Itaq; nõnullos repies q sibi eloquẽtiores uideãt:q̃ ut cãs agant. Cæteꝶ illũ quẽ iuuenẽ: tenerisq; adhuc uiribus nitẽtẽ in foꝶ deduximus:& ĩcipe:q̃ maxĩe facili ac fauorabili cã uelim: uti catuli feraꝶ molliore præda saginãt:& nõ utiq; ab hoc ĩitio cõtinuare opam & ĩgenio adhuc alendo callum inducere. Sed iã scientẽ quid sit pugna:& ĩ quã rẽ studendũ sit:refici atq; renouari. Sic & tyrocinii metũ dum facilius ẽ:audere transierit:nec audendi facilitatem usq; ad cõtẽptũ operis adduxerit. Vsus ẽ & hac rõne. M. Tullius:& cum iã claꝶ meruiss& inter patronos q tunc erant:nomen in asiam nauigauit:seq; & aliis sine dubio eloquẽtiæ ac sapientiæ magistris. Sed præcipue tamẽ Apollonio Moloni quem romæ quoque audierat:rhodi rursus reformãdũ:ac uelut recoquẽdũ dedit. Tũ dignũ ope præcipuũ uenit:cũ ĩter se congruũt præcepta & expimenta.

Quæ in suscipiendis causis oratori obseruãda sint.

QVã satis in oẽ certamen uiriũ fecerit:prima ei cura ĩ suscipiendis causis erit. In qbus defendere qdẽ reos pfecto q̃ facere uir bonus mallet:nõ tamẽ ita nomen ipsũ accusatoris horrebit:ut nullo neq; publico neq; priuato duci possit officio:ut aliquẽ ad reddendã rõnẽ uitæ uoc&. Nã & leges ipsæ nihil ualent:nisi actoris idonea uoce munitæ. Et si pœnas sceleꝶ expetere fas nõ est:ppe est:ut scelera ipsa pmissa sint: & licẽtiã malis dari certe cõtra bonos ẽ. Quare neq; socioꝶ quærellas: nec amici uel ppinq necem:nec erupturas ĩ rẽ.p. cõspirationes multas patiet̃ orator:nõ pene nocentiũ cupidus:sed emẽdãdi uitia corrigẽdiq; mores. Nã q rõne traduci ad meliora nõ possunt: solo metu cõtinent̃. Itaque ut accusatoriã uitã uiuere: & ad defendendos reos:primo duci pximũ latrocinio est:ita pestẽ ĩtestinã ppulsare cũ ppugnatoribus patriæ cõparãdum. Ideoq; principes ĩ re.p. uiri nõ detractauerũt hãc officii partẽ:creditiq; sunt ẽt clari iuuenes obsidẽ.rei.p. dare maloꝶ ciuiũ accusationẽ:qa nec odisse ĩpbos:nec simultates puocare:nisi ex fidutia bonæ mentis uidebãt̃. Idq; cũ ab Hortensio:Luculo:Sulpicio:Cicerone: Cæsare plurimis aliis:tum ab utroq; Catone factum est:quoꝶ alter appellatus est sapiẽs:alter nisi creditur fuisse uix scio cui reliquerit huius noĩs locũ. nãq; defendat oĩs orator idem portumq; illũ eloquẽtiæ suæ salutarẽ:nõ etiã pyratis patefaciet:ducet̃q; ĩ aduocationẽ maxĩe causa.

Quoniam tamen omnes qui non improbe litagabunt : quorum certe pars est substinere non potest unus aliquid etiam commedatiũ psonis dabit : & ipsorum qui iudicio decernent:aut optimi cuiusq; uolũtate moueatur. Nanq; hos & amicissimos habebit uir bonus. Summouẽdũ uero est utrũq; ambitus genus:uel potentibus contra humiles uẽdicãdi operam suã.uel illud etiam iactãtius:minores utiq; contra dignitatẽ attollendi.non enim fortuna causas uel iustas uel improbas facit:neq; uero pudor obstet:quo minus susceptam: cum melior uideretur litem cognita ĩter discendũ iniquitate dimittat:cum prius litigatori dixerit uerum. Nam & ĩ hoc maximum:si æqui iudices sumus beneficium est: ut nõ fallamus uana spe litigantem. Neq; enim dignus opera patroni: qui non utitur consilio . Et certe non cõuenit ei:quem oratorem esse uolumus iniusta tueri scientẽ. Nam si ex illis quas supra diximus falsũ tuebitur. Erit tamẽ honestũ quod ipse faciet:gratis ne ei sẽper agẽdum sit:tractari potest. Quod ex prima statim frõte diiudicare imprudẽtiũ est. Nam quis ignorat:quin id longe sit honestissimum:ac liberalibus disciplinis:& illo quem exigimus animo dignissimũ:non uendere opã nec eleuare tanti beneficii auctoritatem?Cum pleraq; hoc ipso possint uideri uilia:quod preciũ habent cæcis hoc ut aiunt satis est:nec quisq̃ qui sufficientia sibi(modica autem hæc sunt) possidebit hũc quæstum sine crimine sordiũ fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget:secundum omnium sapientium leges patietur sibi gratiã referri:cũ & Socrati collocatum sit ad uictum . Et Zeno Cleãtes Crysippus mercedes a discipulis acceptauerint. Neq; enim uideo quæ iustior acquirẽdi ratio:q̃ ex honestissĩo labore:& ab iis de quibus optĩe meruerĩt:quiq; si nihil iuicẽ præstẽt: ĩdigni fuerĩt defẽsiõe:quod quidẽ non iustum modo:sed necessarium etiam est:cum hæc ipsa opera tẽpus ueomne alienis negociis datum facultatem aliter acquirendi recidant. Sed tum quoq; tenendus est modus:ac plurimum refert :& a quo acci/piat:& quãtũ & quotisq; paciscendi quidem ille pyraticus mos:& ĩpo/nentiũ periculis precia ꝓcul abhominãda negociatio:etiã a mediocri ter improbis aberit . Cum præsertim bonos homines bonasq; causas tuẽti nõ sit metuendus ingratus:qui si futurus:malo tamen ille peccet nihil ergo acquirere uolet orator:utraq; q̃ satis erit:ac ne pauper qdem tanq̃ mercedem accipiet:sed mutua beniuolentia utetur:cum sciat se tãto plus præstitisse:quia nec uenire hoc beneficiũ oportet:nec perire. deniq; ut gratus sit ad eum magis pertinet qui debet.

Quæ in discendis causis oratori obseruenda sunt.

PRoximam discẽdæ causæ ratio:quod est oratoris fundamentum.

Neq; .n. quis q̄ tam ingenio tenui reperietur: qui cum omnia quæ sunt in causa diligeter cognouerit ad docendū certe iudicem nō sufficiat: sed eius rei paucissimis cura est. Nam ut taceam de neglegentibus: quorū nihil refert: ubi litium cardo uertatur: dum sint quæ uel extra causam ex personis ac cōmuni tractatu locorum occasionem clamandi largiāt: aliquos & ambitio peruertit: qui partim tanq̄ occupati: sēperq; aliud habentes: quod ante agendū sit pridie ad se uenire litigatorem: aut eodē matutino iubēt: nonnunq etiam īter ipsa subsellia didicisse se gloriant: partim iactātia ingenii: ut res cito accepisse uideantur tenere se & ītelligere pene priusq audiāt mentiti. Cum multa & diserte sūmisq; clamoribus: quæ neq; ad iudicem neq; ad litigatorem pertineat decātauerint: bene sudētes beneq; comitati per forū reducātur: ne illas quidē tulerim delicias eorum: qui doceri amicos suos iubent: q̄q̄ minus mali est: si illi saltem recte discat: recteq; doceant. Sed quis discet tā bene q̄ patronus. Quomodo autē sequester ille & media litium manus: & quida īterpres impendet æquo animo: laborem in alienas actiones: cum dicturus ipse nō sit. Pessimæ uero consuetudinis libellis esse contentum: quos cōposnit: aut litigator: qui confugit ad patronum: quia liti ipse non sufficit: aut aliquis ex eo genere aduocatorum: qui se nō posse agere confitent. Deinde faciunt id quod est in agēdo difficillimum. Nam qui iudicare quid dicendum: quid dissimulandum: quid declinandum: imitandum ue: fīgendū etiam si potest. Cur nō sit orator? quando quod difficilius ē facit. Hi porro nō tantum nocerent: si omnia scriberent: uti gesta sunt. Nunc consilium & colores adiiciunt: & aliqua peiora ueris: quæ plerīq; cum acceperunt mutare nefas habent: & uelut themata ī scholis posita custodiunt. Deinde deprehenduntur: & causam quam discere ex suis litigatoribus noluerunt: ab aduersariis discunt. Liberum igitur demus ante omnia iis: quorum negocium erit tempus ac locum: exhortemurq; ultro: ut omnia q̄libet uerbose: & ūde uolēt repetita ex tēpore exponat. nō eni tā obest audire superuacua: q̄ ignorare necessaria. Frequēter aūt & uulnus & remedium in iis orator inueniet: quæ litigatori in neutram partem habere momentum uidebantur: nec tanta sit acturo memoriæ fiducia: ut subscribere audita pigeat: nec semel audisse sit satis: cogēdus eadē iterum ac sæpius dicam litigator: non solum: quia effugere aliqua prima expōne potuerūt: præsertī hominē quod sæpe euenit imperitū. Sed etiam ut sciamus: an eadem dicat. Plurimi enim mentiūtur: & tāq̄ non doceant causam: sed agant: non ut cum patrono: sed cum iudice loquantur. Quapropter nūq̄ satis credēdū est: sed agitandus omnibus modis: & turbandus: & euocandus. Nam ut medicis nō apparentia mō

uicia curanda sunt:sed etiam inuenienda quæ latent:sæpe ea ipsis qui sanandi sunt occulentibus:ita aduocatus plura q̄ ostenduntur aspiciat: nā cū satis in audiendo patientiæ impenderit:in aliam rursus ei psonā transeūdū est:agendusq; aduersarius:proponendum quicqd omnino excogitari contra potest: quicquid recipit:in eiusmodi disceptatione nata. Interrogādus q̄ īfestissime ac premēdus:nā dū omnia quærimus aliquando ad uerum ubi minime expectauimus peruenimus: in sūma optimus est in discendo patronus incredulus:permittit enim litigator omnia testem populū paratissimas consignationes. Ipsū demq; aduersariū quædā nō negaturum. Ideoq; opus est intueri omne litis instrumentum:quod uidere non est satis:perlegendum erit. Nā frequētissīe: aut non sunt omnino quæ p̄mittebātur:aut minus continent aut cū alio aliquo nocitura permixta sunt:aut nimia sunt:& fidem hoc ipso detractura: q̄ non habent modum. deniq; linum ruptum:aut turbata cera:aut sine agnitiōe signa frequēter inuenies:quæ nisi domi excusseris in foro inopinata decipiēt:plusq; nocebūt destituta:q̄ non pmissa n cuissent. Multa etiā quæ litigator nihil ad causā pertinere crediderit patronus eruet:modo per omnes quos tradidimus argumētorum locus eat:quos ut circunspectare in agendo:& attemptare singulos minime cōuenit:propter quas diximus causas:ita ī discendo rimari necessariū est:quæ personæ quæ tēpora:quæ loca īstituta:īstrumenta:cætera:ex qbus nō tantū illud quod est artificiale probatiōis genus colligi possit: sed qui metuendi testes quo modo sint refellendi. nam plurimū refert inuidia:reus ac odio an contemptu laboret:quorum fere pars prima superiores:proxima pares:tertia humiliores premit:sic causā perscrutatus propositis āte oculis omnibus quæ prosint noceāt ue. tertiam deinde personam induat iudicis fingatq; apud se agi causam : & quod ipsum mouisset de eadem re pronunciaturum:id potentissimū apud quēcūq; ager existimet:& sic eū raro fallet euētus:aut culpa iudicis erit.

Quæ Seruanda in agendis causis oratori sint.

QVæ sūt in agendo seruanda toto fere opere executi sumus:pauca tamē propria huius loci quæ nō tam dicendi arte q̄ officiis agēdi cōtinentur:attingam. Ante omnia ne quod plerisq; accidit ab utilitate eū causæ presētis cupido laudis abducat. Nam ut gerentibns bella:nō semper exercitus per plana & amœna ducendus est:sed adeūdi plerūq; asperi colles:expugnandæ ciuitates quālibet præcisis īpositæ mōtibus: aut operum molle difficiles:ita oratio gaudebit quidē occasiōe latius decurrēdi:& æquo cōgressa cāpo:totas uires populariter explicabit. at si iuris anfractus:aut eruēdæ ueritatis latebras adire coget : nō obeqtabit

nec illis uibrantibus concitatisq; sententiis uel ut misilibus utetur: sed operibus & cuniculis & ĩ sidiis & occultis artibus rẽ geret. Quæ oĩa nondum fiunt: laudantur: sed cum facta sunt: unde etiã cupidissimis opinionis plus fructus uenit: nã cum illa dicendi uitiosa iactatio inter plausores suos detonuit: resurgit uera & uirtutis fortior fama: nec iudices ã quo sint moti dissimulant: & doctis creditur: nec est orationis uera laus nisi cum finita est. Veteribus quidem etiam dissimulare eloquẽtiã fuit moris. Idq; .M. Antonius præcipit: quo plus dicentibus fidei: minusq; suspectæ aduocatorum insidiæ forẽt: sed illa dissimulari quæ tũ erat potuit. nondunm .n. tantũ dicendi lumen accesserat: ut etiam per obstantia erumperet: quare artes quidem & consilia lateãt: & quicquid si deprehenditur perit: hactenus eloquentia secretum habet. Verbo℞ quidẽ delectus grauitas sententiarum figurarum elegantia: aut nõ sũt aut apparẽt: sed uel propter hoc ipsũ ostẽtãda nõ sunt: quod apparẽt: aut si unum est duobus eligendum: causa laudetur potiusq̃ patronus. Finem tamẽ hunc præstabit orator: ut uideatur optimã causã optime egisse. Illud certũ erit neminẽ peius agere: q̃ qui displicẽte causa placet. necesse ẽ .n. extra causã sit quod placet: nec ullo fastidio laborabit orator nõ agẽdi causas minores q̃tã ĩfra eũ sĩt: aut detractura sit opinioni minus liberalis materia: nam & suscipiendi ratio iustissima est: officiũ: & optandum etiam: ut amici q̃minimas lites habeant: & abunde dixit: bene quisqs rei satisfecit. At quidam etiã si forte susceperĩt: negocia paulum ad dicẽdũ tenuiora extrinsecus adductis ea rebus circunliniũt: ac si defecerint alia conuitiis implẽt uacua causa℞: si contingit ueris: si minus fictis: modo sit materia ĩgenua: mereaturq; clamorẽ dũ dicit. Quod ego adeo lõge puto ab oratore perfecto: ut eum ne uera quidem obiecturũ: nisi id causa exigit credã. Ea ẽ.n. prorsus canina: ut ait Appius eloquentia: cognituram maledicendi subire quod facientibus: & male audiendi præsumenda patientia est. Nã & ĩ ipsos fit impetus frequẽter qui egerunt: & certe patroni petulantiam litigator luit: sed hæc minora sunt ipso illo uitio animi: quo maledictus a malefico nõ distat: nisi occasione: turpis uoluptas & inhumana: & nulli audientium bono grata a litigatoribus quidem frequenter exigitur: qui ultionẽ malũt q̃ defensionem. Sed neq; alia multa ad arbitriũ eorum facienda sunt. Hoc qdẽ quis hominum liberi modo sãguinis sustineat: petulans esse ad alterius arbitriũ. Atq etiam in aduocatos partis aduersæ libenter non nulli ĩuehũt: quod nisi forte meruerint: & inhumanum ɔ͂st: respectu cõmuniũ officiorum: & tum ipsi qui dicit ĩutile. nam idem iuris respõsuris datur: tũ causæ cõtrariũ: quia plane aduersarii fiunt & ĩimici: & quãtulũcũq;

iis uiriũ eſt:cõtumelia auget̃. Super oĩa perit illa quæ plurimũ oratori & auctoritatis & fidei affert modeſtia:ſi a uiro bono ĩ tabulã latratoréq; cõuertit̃:compoſitus non ad animum iudicis:ſed ad ſtomachũ litigatoris. Frequenter etiam ſpecies libertatis deducere ad temeritaté ſolet: nõ cauſis modo:ſed ipſis etiam qui dixerunt periculoſã. Nec ĩmerito Pericles ſolebat optare:ne quod ſibi uerbũ ĩ mentem ueniret:quo populus offenderetur: Sed quod ille de populo:id ego de omnibus ſentio: qui tantũdem poſſunt nocere. Nam quæ fortia dũ dicuntur:uidebãtur ſtulta cum læſerũt uocantur:nũc qui uarium fere propoſitũ agẽtiũ fuit: & quorundam cura tarditatis:quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit:qué credam fore in hoc oratoris modũ tradere: nõ alienum uidetur. Affert ad dicendum curæ ſemper quãtũ plurimũ poterit:neq; n. ſolum negligẽtis & mali:& in ſuſcepta cauſa perfidi ac proditoris é peius agere q̃ poſſit. Ideoq; ne ſuſcipiendæ quidem ſunt cauſæ plures: q̃ quibus ſuffecturũ ſe ſciat. Dicet ſcripta q̃ res patiat̃ plurima. Et ut Demoſthenes ait:ſi cõtinget & ſculpta:ſed hoc aut primæ actiones:aut quæ in publicis iudiciis poſt interiectos dies dantur:pmiſerint. At cũ protinus reſpondendũ eſt:oĩa parari non poſſũt: adeo ut paulominus prõptis etiam noceat ſcripſiſſe:ſi alia ex diuerſo q̃ opinati fuerint occurrerint. Inuiti enim recedunt a præparatis:& nota actiõe reſpiciunt: requiruntq; nũ aliquid ex illis interuallis:atq; ex tempore dicendis ĩſeri poſſit: quod ſi fiat nõ cohæret:nec cõmiſſuris modo:ut in opere male iuncto hiantibus:ſed ipſa coloris in æqualitate detegitur. Ita nec liber é impetus:nec cura cõtexta:& utrunq; alteri obſtat. Illa enĩ quæ ſcripta ſũt retinẽt animũ:nõ ſequũtur. Itaq; ĩ his actionibus omni (ut agricolæ dicunt pede) ſtãdũ eſt. Nã cũ ĩ ppoſitiõe ac refutatiõe cauſa cõſiſtat: quæ noſtræ partis ſunt:ſcripta eſſe poſſunt: quæ etiam reſponſurum aduerſarium certum eſt (Eſt enim aliquando certum) pari cura refellũt̃. Ad alia unũ parum afferre poſſumus:ut cauſã bene nouerimus:alterũ ibi ſumere: ut dicentem aduerſarium diligenter audiamus:licet tamé præcogitare plura:& animũ ad omnes cauſas exponere. Idq; eſt tutius ſtilo:quo facilius & omittitur cogitatio:& transfertur: ſed ſiue reſpondẽdis fuerit ſubito dicẽdũ:ſiue quæ alia ita exegerit rõ:nũq̃ preſſũ ſe ac deprenſũ credet orator:cũ diſciplina & ſtudiũ & exercitatio dederit uires etiam facilitatis: quenq; armatum ſemper:ac uelut in procinctu ſtãtẽ:nõ magis ũq̃ in cauſis oratio:q̃ in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet:nec ſe unq̃ propter hoc oneri ſubtrahet:modo ſit cauſæ diſcẽdæ tempus:nam cætera ſemper ſciet.

DE Genere dicendi.

SVpeẽt ut dicā de genere orõnis: hic erat ꝓpositus a nobis ĩ diuisiõe prĩa locus tertius: nā ita ꝓmiserā me de arte: de artifice: de ope dicturū. Cū sit autē rhetorices atq; oratoris opus oratio: pluresq; eius formæ sicut ostendā: ĩ omnibus iis & ars est & artifex: plurimū tamē inuicē differūt: nec solū specie: ut signū signo: & tabula tabulæ: & actiõi actio: sed genere ipso: ut a græcis tuscanicæ statuæ: & asianus eloquens attico. Suos autē hæc operū genera: quæ dico ut auctores: sic etiā amatores habent: atq; ideo nōdū est perfectus orator: ac nescio an ars ulla nō solū quia aliud ĩ alia magis emiēt: sed ꝙ non una omnibus forma placuit: partim cōditiõe uel temporū uel locoꝝ: partim iudicio cuiusq; atq; ꝓposito: primi quorū quidē opera: nō uetustatis mõ gratia uisēda sūt: clari pictores fuisse dicūť Polignotus atq; Aglaofon: quoꝝ simplex color tā sui studiosos adhuc hēt: ut illa ꝓpe rudia ac uelut futuræ mox artis primordia maximis: qui post eos extiterūt auctoribus præferātur: ꝓprio quodā intelligendi mõ: ut mea opinio fert ambitu: post Zeusis atq; Parrasius: nõ multū ætate distantes. Circa pelopõnēsia ābo tēpora. Nā cum Parrasio sermo Socratis apud Xenophontē ĩuenitur: plurimū arti addiderūt. Quoꝝ prior luminū: ũbrarūq; ĩuenisse rationē: secūdus examinasse subtilius lineas traditur. Nā Zeusis plus mēbris corporis dedit: id āplius atq; angustius ratus: atq; ut existimāt Homerū secutus: cui ualidissĩa quæq; forma etiā ĩ fœminis placet. Ille uero ita circūscripsit oĩa: ut eū legum latorē uocēt: quia deorū atq; heroū effigies: quales ab eo traditæ cæteri tāꝗ ita necesse sit sequunť. Floruit autem circa Philippum & usq; ad successores Alexādri pictura præcipue: sed ex diuersis uirtutibus: nā cū Prothogenes ratione: Pāphilus ac Melātius facilitate: Antiphilus cōcipiendis uisionibus: quas uocāt: Theō samius ingenio & gratia: quam ipse in se maxime iactat: Appelles est præstantissimus. Eufranorem admirandum facit: ꝙ & cæteris optimis studiis inter præcipuos: & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit. Similis ĩ statuis differentia: nam duriora & tuscanicis ꝓxima Calō atq; Egesias iam frigida calamis molliora adhuc supra dictis Miron fecit: diligentia ac decor ĩ Polycleto supra cæteros: cui q̄ꝗ a plerisq; tribuatur palma: tamē ne nihil detrahatur deesse pōdus putāt. Nam ut humanæ formæ decorē addiderit supra uerū: ita nō expleuisse deorū auctoritatē uideť: quin ætatē quoq; grauiorē dicit refugisse nihil ausus ultra leues genas: at quæ Polycleto defuerūt: Phydiæ atq; Alcameni dāť. Phidias tamē diis ꝗ hominibus efficiendis melior artifex traditur. in ebore uero lōge citra æmulum: uel si nihil nisi Mineruam athenis: aut Olympium in elide Iouem fecisset: cuius pulchritudo adiecisse aliquid: etiā receptæ

religiōi uidetᷣ:adeo maiestas opis deū æquauit. Ad ueritaté Lysippū & Praxitelé accessisse optíe affirmāt. Nā Demetrius:tāq nimius in ea reprehēdit:& fuit similitudís q̄ pulchritudinis amātior. In oróne uero si species ítueri uelis:totidé pene repies ingenioꝝ:quot corpoꝝ formas: sed fuerūt quædā genera dicédi cōditione téporū horridiora:alioqn magnā iā uí ígenii præ se ferétia. Híc sūt Lelii:Africani:Catones:Gracchiq; quos tu licet Pilognotos uel Calones appelles. Mediā illā formā teneāt: L. Crassus. Q. Hortésius:tū deíde efflorescat nō multū íter se distātiū tépore oratoꝝ ígés ꝓuétus. híc uí Cæsaris:ídolé Cælii:subtilitaté Calidii grauitaté Bruti :acumé Sulpicii:acerbitatem Cassii:diligétiam Polliōis: dignitaté Mesallæ : sāctitaté Calui repiemus: In his etiam quos ipsi uidimus copiā Senecæ:uires Africani:maturitaté Afri:iucūditaté Crispi: sonū Trachali:elegātiā Secūdi. At. M. Tulliū nō illū hémus Eufranoréᷣ circa pluriū artiū species præstāté:sed í oíbus quæ í quoq; laudātᷣ eminétissimūᷣ Qué tamé & suorū homíes téporū ícessere audebāt:ut timidioré:& Asianū:& redūdanté:& in repetitióibus nimium:& in salibus aliquādo frigidū:& í cōpositióe fractū exultāté:ac pene quod ꝓcul absit uiro molliore. Postea uero q̄ triū uitali ꝓscriptióe cōsūptus est:passí q oderāt:q inuidebāt:q æmulabātᷣ:adulatores etiā præsétis potétiæ non respōsurū íuaserūt. Ille tamé q ieiunus a quibusdā atq; aridus habetur: nō aliter ab ipsis inimicis male audire:q̄ nimiis floribus & ígenii affluentia potuit. falsū utrūq;. sed tamé illa métiendi proprior occasio:præcipue uero presserūt eum:q uideri atticoꝝ imitatores cōcupiebāt. Hæc manus quasi quibusdā sacris íitiata:ut alienigenā:& uirū superstitiosū:deuinctumq; illis legibus ísequebantur. Vnde nūc quoq; aridi & exucci & exāgues. Hi sūt.n. qui suæ imbecilitati sanitatis appellationé: quæ est maxía contraria obtendāt:q quia clarioré uim eloquétiæ:uelut solé ferre nō possūt:ūbra magni noís delitescūt:quibus quia multa & pluribus locis Cicero ipse respōdit:tutior mihi de hoc disserédi breuitas erit. Et ātiqua qdé illa diuisio íter atticos atq; asianos fuit:cū ii pressi & integri:cōtra inflati illi & inanes haberétᷣ. In his nihil superflueret:illis iudicium maximum ac modus deesset. Quod quidé quoꝝ & sāctra est: hoc putāt accidisse:quod paulatim sermōe græco in proximas asiæ ciuitates influente nōdū satis periti loquédi facūdia cōcupierint. Ideoq; ea quæ ꝓprie signari poterāt:circuitu cœperít enūciare:ac deinde in eo perseuerauerint. Mihi auté orónis differentiā fecisse:& dicétium & audiétiū naturæ uidétur: quod attici limati quidem & emūcti nihil íane aut redūdās ferebāt. Asiana gés tumidior:alioquin & iactātior uaniore etiā dicédi gloria inflata est. Tertiū mox qui hæc diuidebant:adiecerūt

genus rhodiũ : quod uelut mediũ esse:atq; ex utroq; mixtũ uolũt. neq; .n.attice pressi:neq; asiane sũt abũdãtes:ut aliqd habere uideant̃ gentis aliquid auctoris.Aeschines enim qui hũc exilio delegerat locũ intulit: eo studia athenarum:quæ uelut sata quædam cælo terraq; degenerant. saporẽ illũ atticũ pegrino miscuerũt.Lẽti ergo qdam ac remissi: nõ sine põdere tamẽ:neq; fõtibus puris: neq; torrẽtibus t̃bidis:sed lenibus sta-gnis similes habẽt̃. Nemo igit̃ dubitauerit longe esse optimum genus atticoꝝ: ĩ quo ut ẽ aliqd ĩter ipsos cõmune.i.iudiciũ acre tersumq;:ita ĩgenioꝝ plurimæ formæ.Quaꝑpter mihi falli multũ uidẽt̃:q solos esse atticos credunt tenues & lucidos & significãtes: sed quadã eloquentiæ frugalitate cõtẽtos:ac sẽp manũ ĩtra paliũ cõtinẽtes.Nã qs erit hic atti-cus:sit Lysias.hũc enĩ ãplectũt̃ amatores istius nõis modum. Non igit̃ iã usq; ad Coccum : & Antocidẽ remittemur.Interrogare tamẽ ueli an Socrates attice dixerit.nihil.n.tã ẽ Lysiæ diuersũ negabũt.At eius scho-la prĩcipes oratorũ dedit.Quærat̃ similius aliqd Hyperides atticus certe At plus indulsit uoluptati. Trãseo plurĩos Lycurgũ Aristogitona:& iis priores Isæũ Antiphõtẽ:quos ut homĩes ĩter se genere dissimiles :diffe-rẽtes dixeris specie.Quid ille:cuius mõ feciũs mẽtionẽ Aeschines:nõne iis latior & audentior & excelsior ? Quid deniq; Demosthenes:nonne cũctos illos tenues & circũspectos sublimitate: ui :ĩpetu:cultu:cõposi-tiõe supauit:nõ ĩsurgit locis:nõ figuris gaudet:nõ translatiõibus nitet: nõ orõne ficta dat tacentibus uocem:nõ illud iusiurandũ per cæsos in marathõe ac salamine ꝓpugnatores rei.p. satis manifesto docet præce-ptorẽ eius Platonẽ fuisse.Quẽ ipsũ nũ asianũ appellabimus:plerunq; instinctis diuino spiritu uatibus cõparãdũ?Quid Periclea?similem ne credimus lysiacæ? gracilitati: quem fulminibus et cælesti fragori cõpa-rãt comici:dum illi conuicient.Quid est igitur cur in iis demũ:q tenui uenula ꝑ calculos fluũt:atticũ saporẽ putẽt? ibi demũ thymũ redolere dicãt:quos ego existimo:siquod in iis finibus uberius inuenerĩt:solum fertiliorẽ ue segetem negaturos atticã esse: quod plusq̃ acceperit semĩs reddat.Quia hãc eius terræ fidem Menãder eludit.Ita nũc siquis nunc ad eas Demosthenis uirtutes:quas ille sũmus orator habuit. tamẽ quæ defuisse ei:siue ipsius natũra:siue lege ciuitatis uidẽtur adiecerit:ut affe-ctus cõcitatius moueat.audiã dicẽtẽ:nõ fecit hoc Demosthenes:& siqd exierit numeris aptius fortasse nõ possit.Sed tamẽ siquid exierit:non erit atticũ.Melius de hoc noĩe sentiat credãtq; attice dicere esse optime dicere:atq; in hac tamen opinione perseuerãtes græcos magis tulerim: latina mihi facundia:ut inuẽtione:dispositione:cõsilio cæterisq; huius generis artibus similis græcæ ac prorsus discipula eius uidetur:ita circa

rõnem eloquendi uix habere imitationis locũ.nãq; ipsis est stati sonus durior:quãdo & iucũdissimas ex græcis litteras nõ habemus uocalem alteram cõsonãtẽ:quibus nullæ apud eos dulcius spirãt:quas mutuari solemus:quotiẽs illorũ nomĩbus utimur.Quod cũ cõtĩgit:nescio quo mõ hilarior:ꝑtinus reuidet oratio:ut in zephyris zopyrisq;:quæ si nr̃is litteris scribãtur:surdũ quidẽ & barbarũ efficiẽt sonũ:& uelut ĩ locum earũ succedũt tristes & horridæ:qbus græcia caret.Nã & illa quæ sexta ẽ nr̃arũ pene nõ humana uoce:uel omĩno nõ uoce potius ĩter discrĩna dẽtiũ efflãda est:quæ etiã cũ uocalẽ proximã accipit:quassa quodã mõ utiq;:quotiens aliquã cõsonãtẽ frãgit:ut in hoc ipso frangit:multo fit horridior. Aeolicæ quoq; litteræ qua seruũ ceruũq; dicimus:etiã si forma a nobis repudiata ẽ:uix tamẽ nos ipsa ꝑsequit̃.Duras & illa syllabas facit:quæ ad cõiungẽdas demũ subiectas sibi uocales est utilis:alias superuacua ut equos ac equũ scribimus:cũ ipsæ ẽt uocales duæ efficiãt sonũ:qualis apud græcos nullus ẽ:ideoq; scribi illorũ lr̃as nõ põt.Quicquod:pleraq; nos illa quasi mugiẽte lr̃a cudimus : in qua nullũ græce uerbũ cadit. At illi iucũdã & ĩ fine præcipue quasi tinnẽtẽ illius loco ponũt:quæ ẽ apud nos rarissima ĩ clausulis.Quicquid syllabæ nostræ.b. litterã &.d.initũt̃.adeo aspere:ut pleriq; nõ antiquorũ quidẽ:sed tamẽ ueterũ mollire tẽptauerint:nõ solũ aduersa pro aduersis dicendo : sed & ĩ ꝑpositione.b.litteræ absonã:& ipsã.f.subiiciẽdo:sed accẽtus quoq; cũ rigore quodã :tũ similitudĩe ipsa minus suaues habemus:qa ultĩa syllaba nec acuta unq̃ excitatur:nec flexa circũducitur:sed in grauẽ:uel duas graues cadit semper.Ita q; tãto est sermo græcus latino iucundior: ut nostri poetæ quotiẽs dulce carmẽ esse uoluerunt:illoꝝ id nominibus exornẽt.His illa potentiora ꝙ res plurimæ carẽt appellationibus:ut eas necesse sit trãsferre aut circũire:etiam in his quæ dãnata sunt summa paupertas:in eadẽ nos frequẽtissĩe reuoluit.At illis nõ uerborum mõ : sed lĩguarum etiam ĩter se differẽtium copia.Quare qui a latinis exigit illã gratiã sermonis attici:det mihi ĩ loquẽdo eãdẽ iucunditatẽ & parem copiã.Quod si negatum ẽ sẽtẽtias aptabimus iis uocibus:quas hẽmus: nec rerum nimiam tenuitatẽ:ut nõ dicã pinguioribus fortioribus certe uerbis:miscebimus:ne uirtus utraq; pereat ipsa cõfusiõe.Nam quo minus adiuuat sermo rerũ ĩuentiõe pugnãdum ẽ.sẽsus sublimes uariiq; eruãtur:permouẽdi omnes affectus erunt.Oratio trãslationum nitore illuminãda ẽ:nõ possumus esse tã graciles simus fortiores : subtilitate uincimur:ualeaũs põdere ꝑprietatis penes illos ẽ certior copia.uincaũs ĩgenio græcoꝝ:etiã minora suos portus habẽt:nos plerunq; maioribus uelis moueamur.ualidior spũs sinus nostros tendat:nõ tamẽ alto sẽp

feremur. Nam & littora interim sequenda sunt: illis facilis p qualibet uada accessus. Ego aliquid non multo tamen altius ĩ quo mea cymba non considat inueniam. Neq; enim si tenuiora hæc ac pressiora: græci melius: in eoq; uincimur solo. Et ideo in comœdiis nõ contendimus. prorsus tamen omittenda pars hæc orationis: sed exigenda ut optime possumus: possumus autẽ rerũ modo et in iudicio esse similes. uerborũ gratia quam in ipsis non habemus extrinsecus concidenda est. at non in priuatis & acutis: & non asper & non indistĩctus & nõ supra modũ elatus. M. Tullius: non in. M. Callidio insignis hæc uirtus: nõ Scipio Lælius Cato in loquendo: uelut attici romanorum fuerunt: cui porro non satis esse: quo est melius nihil potest: Adhuc quidam nullam esse naturalem putãt eloquẽtiã: nisi quæ sit quotidiano sermoni simillĩa: quo cum amicis: coniugibus: liberis: seruis loquimur contenti pmere animi uoluntatem: nihilq; accersiti & elaborati requirentes: quicquid huc sit adiectum id esse affectionis: & ambitiosæ in loquẽdo iactãtiæ: remotum a ueritate: fictumq; ipsorũ gratiarũ uerborũ: quibus solum natura sit officium attributum seruire sẽsibus: sicut athlætarũ corpora: etiam si ualidiora fiant exercitatione: & lege quadam ciborum: nõ tamẽ esse naturalia atq; ab illa specie quæ sit concessa hominibus abhorrere: Quid enim inquit attinet circuitu res ostẽdere: & trãslationibus: idest aut pluribus aut alienis uerbis: cũ sua cuiq; sĩt assignata noĩa. Deniq; antiquissimũ quẽq; maxime secundũ naturã dixisse contẽdunt. mox poetis similiores extitisse: etiam si parcius: simili tamen ratione falsa & ĩpropria uirtute dicentes: quia in disputatione non nihil ueri ẽ: ideoq; nõ tam procul q̃ fit a quibusdam recedendũ aut propriis atq; coĩbus. Siquis tamen ut in loco dixi cõpositionis ad necessaria: quibus nihil minus est aliqd melius adiecerit: nõ erit hac calũnia reprehẽdẽdus: nã mihi aliã quandã uidet̃ habere naturã sermo uulgaris: aliam uiri eloquentis oratio: cui si res iudicare mõ satis ess& : nihil ultra uerborum proprietatem elaboraret: sed cum debeat delectare mouere in plurimas animum audientis species impellere: utetur iis quoq; adiutoriis quæ sunt ab eadem nobis concessa natura. Nam & lacertos excitatione constringere: & augere uires: & calorem trahere naturale est. Ideoque in omnibus gentibus alius alio facundior habetur: & eloquendo dulcis magis. Quod si non eueniret omnes pares essent: & idem oẽs deceret. at loquuntur: & saluant personarum discrimen. Ita quo quisque plus efficit dicendo: hoc magis secundum naturæ eloquentiam dicit. Quapropter ne illis quidem nimium repugno: qui dandum putant non nihil esse. temporibus atque auribus nitidius aliquid atque affectibus

postulantibus. Itaque non solum ad priores me Catonem Gracchosq; sed ne ad hos quidem oratorem alligandum puto. Atque id fecisse. M. Tulliū uideo : ut cum omnium utilitati: tum partem quandam delectationi daret: cum & ipsam se rem agere dicer&. Agebat autem maxīe litigatoris. Nam hoc ipso proderat quod placebat: ad cuius uoluptates nihil equidem quod addi possit inuenio : nisi ut sensus nos quidem dicamus plures: neq; enim fieri potest salua tractatione causæ & dicēdi auctoritate: si non crebra hæc lumina : & continua fuerint : & inuicem offecerint. Sed me hactenus cedentem nemo insequatur: ultra do tempori ne nigra toga sit : non serica ne intonsum caput: non smaragdus atq; annuli centum sint cum eo: quod si non ad luxuriam ac libidinem referas: eadem speciosiora quoque sint: quæ honestiora . Cæterum hoc quod uulgo sententias uocamus: ueteribus præcipueq; græcis in usu nō fuit. Apud Ciceronem enim inuenio dum rem contineant & copia redundent: & ad uictoriam spectent : quis utile neget? feriunt animum & uno ictu frequenter impellunt: & ipsa breuitate magis hærent: & dictione persuadent. Ac sunt qui hæc excitatiora lumina etiam si dicere permittant: a componendis tamen orationibus excludenda arbitrētur. Quo circa mihi ne hic quidem locus intactus est omittendus : quod plures eruditorum aliam esse dicendi rationem : aliam scribendi putauerunt: ideoq; in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisq; mox litteris reliquisse ut Periclem: & Demadem: rursus alios ad componendum optimos actionibus idoneos non fuisse: ut Isocratem: præterea in agendo plus impetum plerunq; & petitas: uel paulo licentius uoluptates. Commouendos enim esse docendosq; animos imperitorum. At quod libris dedicatur & in exemplum redditur: tersum ac limatum: & ad legem ac regulam compositum esse oportere: quia ueniat in manus doctorum: & iudices artes habeat artifices : quin illi subtiles ut similes ac multi persuaserunt magistri
dicendo

scribendo esse a tuis tradiderunt . Mihi unum atque idem uidetur bene dicere ac bene scribere: neq; aliud esse oratio scripta: quā monumēta actionis habitæ. Itaq; nullas non ut opinor debet habere uirtutes: dico non uitia: nam imperitis placere aliquando quæ uitiosa sunt scio: quo different igitur. quod si mihi des consilium iudicium sapientum: perq̄multa recidā ex orōnibus: nō Ciceronis mō: sed ēt eius q ē strictior multo Demostheīs. neq;. n. affectus oīno mouēdi ēēt: nec aures delectatiōe mulcēdæ: cū ēt pœmiū supuacuū esse apud tales Aristoteles existimet.

Non enim trahent͠ iis illi sapientes : proprie & significanter rē indicare : probatione colligere satis est. Cum uero iudex detur: aut populus: aut ex populo: laturiq; sententiam indocti sæpius: atq; iterim rustici oīa: quæ ad obtinēdū quæ ītēdimus prodesse crediūs: adhibēda sūt: ea quæ & cū dicimus promenda: & cū scribimus ut doceamus: qūo dici opteat: an Demosthenē malle sit egisse ut scripsit: aut Ciceronem: aut eos præstātissimos oratores alia q̃ scriptis cognosciūs: melius egerūt igit͠ an peius. nam si peius sic potius optuit dici ut scripserūt: si melius sic optuit scribi ut dixerūt. Quid ergo sēp sic aget orator: ut scribit. si licebit semp: quod si impediant breuitate tēpora a iudice data: multum ex eo ꝙ potuit dici reciderūt: editio hēbit oīa. Quæ autem secūdū naturā iudicātiū dicta sūt: nō ita posteris tradēt͠: ne uideant͠ propositi fuisse non tēporis. nam id quoq; plurimū refert quo mō audire iudex uelit: atq; ei uultus sæpe ipse rectus est dicentis: ut Cicero præcipit. Iōq; īstādum his quæ placere ītellexeris: resilēdum ab iis quæ non recipient͠: sermo ipse q facile iudicem doceat optandus: nec id mirū sit: cū etiā testiū psonis aliqua mutēt͠: prudēter enī qui cū īterrogasset rusticū testē: at Amphion negat: & detraxit aspiratiōem breuiauitq; secūdam eius nominis syllabā: & ille eum sic optīe norat: huiusmodi casus efficiunt: ut aliquando dicat͠ aliter q̃ scribit͠: cū dicere quomodo scribendū est nō licet. Altera est diuisio quæ ī tres ptes & ipsa discedit: qua discerni posse etiam recte dicendi genera inter se uident͠: nanq; unū subtile: quod uocant: alterū grande atq; robustum: ꝙ constituit tertium alii medium ex duobus: alii floridū. nanq; id appellāt addiderūt: quoꝝ tamen ea fere rō ē: ut primum docendi: secūdum mouendi: tertium illud utrocūq; nomīe delectandi: siue aliud interconciliandi præstare uidetur officiū. In docendo aūt acumē: interconciliādo lenitas: ī mouendo grauitas uideat͠. Itaq; illo subtili præcipue rō narrandi ꝓbandiq; consistet. Sed ꝙ etiā detractis cæteris uirtutibus suo genere plenum: medius hic & translationibus crebrior: & figuris erit iucundior: egressionibus amœnis: cōpositiōe captus: sententiis dulcis: lenior tamen & amnis lucidus qdam ē: & uirentibus utrinq; siluis ūbratus: at ille q saxa deuoluat: & pōtem īdignetur: & ripas sibi faciat: multus & torrens iudicem: uel nitentem contra feret: cogetq; ire qua rapit. Hic orator & defunctos excitabit: ut Apium cæcum: apud hunc & patria ipsa exclamabit. Aliquandoq; Ciceronem ī oratione contra Catilinam in senatu alloquet͠. Hic & āplificationibus extollet orationem: & in suplationem quoq; eriget: quæ carybdis tam uorax: & oceanus mediusfidius ipse: nota sunt enim iam

ſtudioſis hæc lumina :hic deos ipſos in cõgreſſũ prope ſuũ ſermonẽq; deducet. Vos enim albani tumuli atq; luci. Vos ĩ quã albaorũ obrutæ aræ ſacro℞ populi romãi ſociæ & æquales:hic irã:hic miſericordiã ĩſpirabit:hic dicet te uidit & fleuit & appellauit:&p omẽs affectus tractat. Hic itaq; illuc ſequetur :nec doceri deſiderabit .Quare ſi ex tribus hic generibus neceſſario ſit eligẽdũ unum :quis dubitet hunc præferre oĩbus?& ualidiſſimum :alioqn & maximis quibuſq; caĩs accõmodatiſſimum?Nam & Homerus breuem quidem cum iucũditate & propriã. (Id enim eſt non errare uerbis)& carentem ſupuacuis eloquentiam:Menelao dedit:quæ ſunt uirtutes generis illius pmi:ex ore Neſtoris dixit dulciorem melle ꝓfluere ſermonem :qua certe delectatione nihil fĩgi maius põt.Sed ſi in mare greſſus eſſet:ut ĩ Vlixe facundiam & magnitudinem illi iũxiſſet:cui orõnem niuibus hibernis :& copia uerborum atq; impetu parem tribuit.Cum hoc igitur nemo mortalium cõtẽdet. hunc ut deum homines intuebunt.Hanc uim & celeritatem in Pericle miratur Eupolis:hanc fulminibus Ariſtophanes comparat: hæc ẽ uere dicendi facultas: ſed neq; iis tribus quaſi formis ĩcluſa eloquentia eſt. Nam ut inter gracile ualidumq;: tertium aliquid conſtitutum eſt:ita horum interualla ſunt.Atq; inter hæc ipſa miſtum quiddam ex duobus medium eſt eorum.Nam & ſubtili plenius aliquid atq; ſubtilius: & uehementi remiſſius atq; uehementius inuenitur: ut illud lene aut aſcendit ad fortiora: aut ad tenuiora ſuĩtur: ac ſi prope innumerabiles ſpecies repiuntur : quæ utiq; aliquo momento inter ſe differant :ſicut quattuor generaliter uẽtos totidem mundi cardinibus accepimus flare. Cum interim plurimi medii: & eo℞ uarietate regionum ac fluminum proprie deprehẽdunt:eademq; muſicis rõ eſt:qui cum in cythara quĩq; cõſtituerũt ſonos:plurima deinde uarietate cõplent ſpacia illa neruo℞: atq; iis quos interpoſuerũt :inſerũt alios:ut pauci ĩlli trãſitus multos gradus hẽant. Plures igitur etiam eloquentiæ facies:ſed ſtultiſſimum quærere:ad quam recturus ſe ſit orator.Cum oĩs ſpẽs quæ mõ recta eſt hẽat uſum : atq; id ipſum non ſit oratoris :quod uulgo genus dicendi uocant. Vtet enim ut res exiget oĩbus :nec pro cauſæ mõ:ſed pro partibus cauſæ.Nam ut nõ eodem mõ pro reo capitis:& ĩ certamine hæreditatis : & de interdictis ac ſponſionibus :& de certa credita dicet.Sẽtẽtiarum ĩ ſenatu & cõtionum & priuato℞ cõſiliorũ ſeruabit diſcrimina uitam ex differentia perſonarum:locorum :temporumq; mutabit: ita in eadem oratione aliter conciliabit:nõ ex iiſdem partibus iram & miſericordiam petet: alias ad docendum :alias ad monendum adhibebit artis: nõ unus color procemii narrationis argumentorum egreſſionis :

porationis seruabitur. Dicet idem grauiter: seuere: acriter: uehemēter: concitate: copiose: amare comiter: remisse: subtiliter: blāde: leniter: dulciter: breuiter: urbane: non ubiq; simul: sed ubi pars ibi: sic fiet cum id propter quod maxīe repertus est usus orōnis: ut & dicat utiliter: & ad efficiendum quod intendit potenter: tum laudem quoq; non doctoꝝ mō: sed etiā uulgi cōsequāt. Fallunt enim plurimi q uitiosū & corruptū dicendi genus: quod aut uerboꝝ licentia resultat: aut puerilibus sententiolis lasciuit: aut īmodico tumore turgescit: aut inanibus locis bacchatur: aut casuris si leuiter excutiantur flosculis nitet: aut præcipitia pro sublimibus auet: aut specie libertatis insanit: magis existimet poplāre atq; plausibile. Quod qdem placere multis: nec inficior: nec miror. Est enī iucūdioris ac fauorabilis qualiscūq; eloquentiæ: & ducit āīmos naturali uoluptate uox oīs. neq; aliunde illi p fora atq; aggerem circuli: quo minus mirum ē: quod nulli non agentium parata uulgi corona ē. Vbi uero quid exquisitius dictum accidit auribus īperitorum: qualecūq; id quod mō se ipsi posse disperent habet admirationē: neq; īmerito: nam ne illud quidē facile ē: sed euanescunt hæc atq; moriūt cōpatione melioꝝ: ut lana tincta fuco citra purpuras placet: at si cōtuleris ēt lacernæ cōspectu melioris obruat: ut Ouidius ait. Si uero iudicium is corruptis acrius adhibeas: ut succinis sulfura: iā illud q fefellerat exuat mentitū colorem: & quadā uix enarrabili fœditate pallescat: luceat igit hæc citra solē & ut quædam exigua animalia igniculi uidēt ī tenebris. Deniq; mala multi probāt: nemo īprobat bona. Neq; uero omnia ista de quibus locuti sumus orator optīe tantū: sed etiā facillīe faciet: neq; enim uis sūma dicendi esset admiratione digna: si īfœlix usq; ad ultimū solicitudo pseqt ac oratorem macerat: & coquit ægre uerba uertentem: & ppendendis coaugmentandisq; eis ītabescentē: nitidus ille & sublimis & locuples circūfluētibus undiq; eloquētiæ copiis imperat. Desinit enī ī aduersa niti: q peruenit ī sūmū scandenti: circa ima laboret. Cæterū quantū pcesseris molliet diues: & lætius solum. Et si quoq; hæc iā lenius suprema pseuerantibus studiis euaserit. Inde fructus illaborati offerūt sese & oīa sponte pueniūt: quæ tamen quotidie nisi decerpant arescūt. Sed & copia hēt modum: sine quo nihil nec laudabile nec salutare est. Et nitor ille cultū uirilē: & inuentio iudiciū: sic erūt magna nō nimium sublimia: nō abrupta: fortia nō temeraria: seuera non tristia: grauia non tarda: læta non luxuriosa: iucūda non dissoluta: fortia non tumida. Similis ī cæteris rō. Tutissīa fere p mediū uia: quia utriusq; ultimum uitium est.

Quæ post finem studia

HIs dicendi uirtutibus usus orator ĩ iudiciis : cõsiliis : cõcionibus: senatu in oĩ deniq; officio boni ciuis finẽ quoq; dignũ: & optimo uiro & opere sãctissimo faciet . nõ qa ꝓdesse unq̃ satis sit: & illa mente atq; illa facultate prædito : non conueniat opis pulcherrimi q̃lõgissimũ tempus. Sed quia decet hoc quoq; prospicere : neqd id peius q fecerit faciat: neq;.n. sciẽtia modo cõstat orator : quæ augetur annis : sed uoce latere firmitate: qbus fractis aut imminutis ætate seu ualitudĩe cauẽdũ est : nequid in oratore sũmo desideret̃ : non intersistat fatigatus: nec quæ dicet parũ audiri sẽtiat: nec se querat̃ peiire . Vidi ego lõge oĩum quos mihi cognoscere cõtigit sũmũ oratorẽ Domitiũ afrũ ualde senẽ quotidie aliqd ex ea quã meruerat auctoritate ꝑdẽtẽ : cũ agẽte illo: quẽ prĩcipẽ fuisse quõdã fori: alii nõ erat dubiũ: quod indignũ uideat̃: riderent alii erubescerẽt: quæ occasio illi fuit dicẽdi: malle eũ deficere q̃ desinere : neq; erant illa qualiacũq; mala: sed minora . Quare anteq̃ in has ætatis ueniat ĩsidias: receptui canet: & ĩ portũ ĩtegra naue perueniet. neq; enĩ minores eũ: cũ id fecerit: studiorũ fructus sequẽt̃. Aut ille monumẽta rerũ posteris: ut. L. Crassus ĩ libris Ciceronis destinabat quærẽtibus reddet: aut eloquẽtiæ cõponet artẽ: aut pulcherrimis uitæ præceptis dignũ os dabit. Frequẽtabũt uero eius domũ optimi iuuenes more ueterũ: & uerã dicẽdi uiã uelut ex oraculo petent. Hos ille formabit q̃si eloquẽtiæ parẽs: & ut uetus gubernator littora & portus: & quæ tẽpestatum signa quid secũdis flatibus qd aduersis ratis poscat docebit . non humanitatis solũ cõi ductus officio: sed amore quodã opis. nemo eĩm minui uelit id ĩ quo maximus fuit. Quid porro est honestius: q̃ docere quod optime scias? Sic ad se cæliũ deductũ a p̃re Cicero ꝓfitetur: sic Pãsã Hirtiũ Dolobellã ĩ morẽ præceptoris exercuit: quotidie dicẽs audiẽsq;. Ac nescio an eum tũc beatissimũ credi oporteat : cum iam secretus & cõsecratus liber ĩuidia ꝓcul a cõtẽtionibus fama ĩ tuto collocarit. & sẽtiat uiuus eã: quæ post fata præstari magis solet uenerationẽ: & quid apud posteros futurus sit uidebit . Cõscius sũ mihi quãtũ mediocritate ualui : quæq; antea scierim : quẽq; operis huiusce gr̃a potuerĩ ĩquirere. candide me atq; sĩpliciter ĩ notitiã eorũ siqui forte cognoscere uoluissẽt ꝓtulisse: atq; id uiro bono satis est docuisse quod scient. Vereor tamen ne aut magna nimiũ uidear exigere q eũdẽ uirũ bonũ esse : & dicẽdi pitũ uelĩ: aut multa q tot artibus ĩ pueritia discẽdis morum quoq; præcepta & scĩam iuris ciuilis . Præterea quæ de eloquẽtia tradebant̃ adiecerĩ: qq; opi nr̃o necessaria esse crediderĩ : uelut põdus rei phorrescãt: ac desp̃ẽt ãte expimẽtũ. Nãq; qui primũ renũciẽt sibi q̃ta sit hũani generis uis? q̃ potẽs efficiendi quæ uelit: cũ maria trãsire : siderum

cursus:numerosq; cognoscere: mundum ipsũ pene dimetiri: minores & difficiliores artes potuerint? tum cogitent quãtã rem petant: q̃q; nullus sit hoc ꝓposito ꝓœmio labor recusandus: quod si mẽte conceperint. Huic quoq; parti facilius accedẽt: ut ipsum iter neq; imperuium: neq; saltem durũ putent. Nam id quod prius quodq; maius est: ut boni uiri simus uolũtate maxime constat: quã qui uera fide induerit facile easdẽ quæ uirtutẽ docent artes accipiet. Neq; enim aut tam ꝑplexa: aut tam numerosa sunt: quæ premũt: ut non paucoꝝ admodũ annoꝝ ĩtentione discantur. longã.n. facit operam quod repugnamus: breuis est ĩstitutio uitæ honestæ beatæq; si credas. Natura enĩ nos ad mẽtẽ optimã genuit: adeoq; discere meliora uolentibus prõptũ est: ut uere intuẽti mirũ sit: illud magis malos esse tã multos. Nã ut aqua piscibus: ut sicca terreĩs: circũfusus nobis spiritus uolucribus cõueĩt: ita certe facilius esse oportebat secũdũ naturã: q̃ cõtra eã uiuere. Cætera uero etiã si ætatẽ nr̃ã nõ spacio senectutis: sed tẽpore adolescẽtiæ metiamur abunde multos ad discedũ ãnos habẽt. Oĩa enĩ breuiora reddet ordo: & ratio: & modus. Sed culpa est ĩ præceptoribus: prima libẽter detinẽtibus puerũ: partim cupiditate diutius exigendi mercedulas: ꝑtĩ ambitione: quo difficilius sit quod pollicẽt: ꝑtim etiã ĩsciẽtia tradẽdi: uel negligẽtia ꝓxĩa ĩ nobis q morari ĩ eo ꝙ nouimus: q̃ discere quæ nõdũ scimus melius putamus. nã ut de nostris potissimũ studiis dicã: quid attinet tã multis annis q̃ ĩ more est plurimoꝝ: ut de iis a quibus magna ĩ hoc pars ætatis absuĩt taceã declaĩtare ĩ schola? & tãtũ laboris ĩ rebus falsis cõsũere? cũ satis sit modico tẽpore imaginẽ ueri discrimĩs: & dicẽdi leges cõperisse. Quod non dico quia sit unq̃ omittẽda dicẽdi exercitatio: sed quia nõ sit eius specie cõsenescẽdũ. cognoscere: & præcepta uiuendi perdiscere: & ĩ foro nos experiri potuimus: dũ scholastici sumus. discendi r̃o talis: ut non multos annos poscat. quælibet enĩ plus ex iis artibus: quaꝝ habui mẽtionẽ ĩ paucos libros cõtrahi solet: adeo ĩfĩto spacio ac traditiõe opus. Reliqua est quæ uires cito facit cõsuetudo: reꝝ cognitio quotidie crescit: & tamen multoꝝ ad eas libroꝝ necessaria lectio est: quibus aut reꝝ exẽpla ab historicis: aut dicẽdi ab oratoribus petũt. Phõꝝ quoq; cõsultoꝝq; opiniones: sicuti alia uelimus legere: ne quod quidẽ põt omnia. Sed breue nobis tẽpus nos fecimus: quãtulũ enĩ studiis patimur: alias horas uanus salutãdi labor: alias datũ fabulis ociũ: alias spectacula: alias cõuiuia trahũt. Adiice tot genera ludẽdi: & ĩsanam corporis curam. Trahat ĩde ꝑegrinatio iura calculoꝝ: anxiæ solicitudines: multæ causæ libidinũ & uinũ: & flagitiis oĩ genere uoluptatũ animis: ne ea quidem tempora idõea: quæ supsũt. Quæ si omĩa studiis impenderentur: iam

nobis lõga ætas & abunde satis ad dicẽdũ spacia uiderẽt: & diurna tãtũ cõputãtibus tempora. at noctes quarũ bona pars omni sõno longior est adiuuarẽt. Nũc cõputamus annos: nõ quibus studuimus: sed quibus uiximus: nec uero si geometræ & grãmatici: cæterarũq; artiũ pfessores omnẽ suam uitam: q̃libet lõga fuerit in singulis artibus consũpserunt: sequit ut plures quasdã uitas ad plura discenda desideremus. Neq; illi didicerunt hæc usq; in senectutem: sed ea sola didicisse cõtenti fuerũt: ac tot annos nõ ĩ præcipiẽdo exhauserũt. Cæterũ ut de Homero taceã: in quo nullius nõ artis aut præcepta aut certe nõ dubia uestigia repiũt: ut Heliũ Hippiã transeam: q nõ liberaliũ modo disciplinarũ præ se sciẽtiam tulit: sed uestẽ & ãnulum crepidas quoq;. omnia tulit: manu sua fecerat: in usu habuit: atq; ita se præpauit: ne cuius alterius ope egeret nullius rei. Gorgias quoq; sũmæ senectutis: hic quærere auditores: de quo quisq; uellet iubebat. Quæ tãdẽ ars digna litteris Platoni defuit? quod sæculis Aristoteles didicit: ut non solũ quæ ad phõs atq; oratores ptinẽt sciã cõplecteret: sed animaliũ satorũq; naturas omẽs pquireret. illis enĩ hæc ĩueniẽda fuerũt: nobis cognoscẽda sũt: tot nos præceptoribus: tot exẽplis ĩstruxit antiquitas: ut possit uideri nulla forte nascẽdi ætas fœlicior q̃ nostra: cui docẽdæ priores elaborauerũt. M. Censorius Cato idẽ orator: idem historiæ cõditor: idem iuris: idem rerũ rusticarũ peritissimus fuit: inter tot operas militiæ: tantas domi cõtentiones: rudi sæculo. litteras græcas ætate iam declinata didicit: ut esset homĩbus documento: ea quoq; præcipi posse quæ senes cõcupissent. Quam multa pene oĩa tradidit Varro: quod ĩstrumentum dicendi. M. Tullio defuit? Quid plura cum etiam Cornelius. Cel. mediocri uir ĩgenio: nõ solum de iis omnibus cõscripsent artibus: sed amplius rei militaris & rusticæ etiã & medicinæ præcepta reliquerit: dignus uel ipso propoĩto: ut eũ scisse omnia illa credamus. At pficere tãtũ opus: arduũ ẽ & nemo pfecit. Ante omnia sufficit ad exhortationẽ studiorũ non capere: rerum naturã: ut qcquid nõ ẽ factũ ne fieri qdẽ possit: cũ omnia quæ magna sũt atq; admirabilia tempus aliquod: quo primũ efficerẽtur habuerit. Quãtũ. n. poesis ab Hõero & Virgilio: tãtũ fastigiũ accipit eloquẽtia a Demosthene atq; Cicerone. Deniq; quicquid est optimum ante non fuerat. Verũ etiam siquis sũma desperet: quod cur faciat? cui ingeniũ: ualitudo: facultas: præceptor non deerunt: tamẽ ẽ ut Cicero ait pulchrũ in secũdis tertiisq; consistere. Neq; enim siquis Achillis gloriã imbecillis consequi nõ potest: Aiacis aut Diomedis laudem aspnabit. neq; q Homeri: non Tyrrei: qn ĩmo si hanc cogitationẽ homines habuissẽt: ut nemo se meliorem fore eo q optimus fuisset arbitraretur: ii q ipsi sũt

optimi non fuisset. Neq; post Lucretiũ ac Macrũ Virgilius. Nec Post Crassũ & Hortẽsiũ Cicero: sed nec alii postea uicerũt. Verũ ut trãscẽdi spes nõ sit magna: tamen est dignitas subsequẽdi. An Pollio & Messalla qui iã Cicerone arcẽ tenẽte eloquẽtiæ agere cœperũt: parum ĩ uita dignitatis habuerũt: parũ ad posteros gloriæ tradiderũt. Alioqn pessĩe de rebus humanis pductæ ĩ sũmũ artes mererẽt: si quod optimũ fuisset defuisset. Adde q magnos modica quoq; eloquẽtia parit fructus. Ac siquis hæc studia utilitate sola metiat: pene illi pfectæ par est. Neq; erat difficile: uel ueteribus: uel nouis exẽplis palam facere: nõ aliunde maiores honores: opes: amicitias: laudem præsentẽ: futurã hõibus cõtigisse: si tamẽ dignũ litteris esset ab opere pulcherrimo: cuius tractatus atque ipsa possessio plenissimam studiis gratiam refert. hãc minorẽ exigere mercedem more eorum: q a se non uirtutes: sed uoluptatẽ quæ fit ex uirtutibus peti dicunt. Ipsam igit orãdi maiestatem: qua nihil dii ĩmortales melius hõi dederunt: & qua remota muta sunt oĩa & luce præsenti: & mẽoria posteritatis carent: toto aĩo petaũs: nitamurq; sẽp ad optima: quod facientes aut euademus ĩ summum: aut certe multos infra nos uidebimus. Habes Marcelle Victori quibus præcepta dicẽdi pro uirili parte adiuuari posse p nos uidebãt: quorũ cognitio studiosis iuuenibus si nõ magnã utilitatem afferret: at certe quod magis petiũs bonam uoluntatem.

M. FABII QVINTILIANI LIBER DVODECIMVS ET VLTIMVS FELICITER FINIT.

QVINTILIANVM ELOQVENTIAE FONTEM AB ERVDITISSIMO OMNIBONO LEONICENO EMENDATVM. M. NICOLAVS IENSON GALLICVS VIVENTIBVS POSTERISQVE MIRO IMPRESSIT ARTIFICIO.

ANNIS. M. CCCCLXXI. MENSE MAII DIE. XXI.

DEO GRATIAS.

13

